Quod cum in obscuro carcere volutatus esset in testis con fractis cum recentibus wulneribus et iaceret ligno constrictus, lux immensa per carcerem spargitur et trabe dissoluta testarum asperitas in florum suavitatem mutatur et sic ambulans super flores psallebat: *Serm. Quinqu.* 36 (p.86).

## **ligo, -are**

Item eodem die feci portare de Chand funes ad ligandos boves in allodio Sar: *1521 Nógrádi, Kanizsai* II,797 (p.55).

## **ligo, -are**

Ut ... castellanus tunc castrum Kermend eundem fratrem simulcum dicta femina captivasset, et tandem eandem ad mediastrum dicti oppidi ligari ... fecisset: Erdélyi, *Register* p.96.

**ligo, -are** *m.*

Ladislaus ... missis suis famulis ... iobagionem ... seminare volentem captivassent, captum itaque conservando oculos eiusdem cum sacco, in quo ipsum semen exstiterat exportatum, prout furi et latroni, ligari faciendo in ... villam ... deduci fecissent: 1370 Keglevich, *Garamsztb.* p.173.



**ligo, -onis m.**

Item feria sexta ante festum Conversionis Sancti Pauli emi lignonem d<enarii> 10: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* I,25 (p.14).

## **ligoniso, -are**

Item eodem die quinque laboratoribus, qui in ortu caulis (*sic, recte: caules?*) ligonisaverunt, dedi d<enarios] 20: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,668 (p.95).

**ligosinator, -oris** *m.*

Item eodem die duobus ligosinatoribus dedi d<enarios]  
14: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,911 (p.106).

**lilium, -ii n.**

Interpretatur enim mundus vel sanctus, quod Christo convenit, qui est mundus, sicut flos campi et lilium convallium et sanctus sanctorum: *Serm. Quinqu. 28 (p.73).*

**limes, -itis m.**

A ... primo domus limite ... usque ad primum  
introitum: 1482 Zimmermann, *Urkb.* VII p.325.

**limitatio, -onis f.**

Quatenus huiusmodi limitationem nostram in nullo excedere praesumant: 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.279.

**limitatio, -onis f.**

Item de expositione florenorum centum per famulum Iohannem Olah de Izdencz reductorum ex generali limitatione dominorum capitularium remansit debitor in florenis 31: *1520 Reg.Strig.* p.136.

**limitatio, -onis f.**

Iuvenes nostri petiverunt a nobis sibi dari quamdam terram ... in limitatione comitatus Symigiensis et Tolnensis existentem: *1284 Reg.duc.* p.137.



## **limito, -are**

Ne ... exinde ipsam civitatem nostram ad numerum huiusmodi grossorum in ipsa solutione compellant, volumus et ita limitamus, ut tales census annuales ipsa civitas nostra cum moneta nostra praefata ... solvat comitibus praenotatis:  
*1467 Zimmermann, Urkb. VI p.279.*

## **limito, -are**

Sub eisdem metis, ... quibus antea ad castrum suum Nitriensem (*sic ed.*) pertinuisse et per castrens limitate seu habite dinoscerentur: [1281], 1402 *Erd.Múz.* 1992 p.

**linea, -ae** *f.* 'latinul' : körülírva — magyarul  
... in fine linee (est); ... lineam dicte possessionis ... edificiis carentem et habitatoribus destitutam ... (scil. possident): 1413 *Zsigm.oklt.* IV,550.

**linea, -ae f.** (lyne)

(Possessiones iuraque possessionaria) tamquam propinquiores generationis lyne (!) (ipsis – id est ingerentibus – spectant): *1413 Zsigm.oklt.* IV,1070.

**linea, -ae f.**

Deinde per eandem lineam de monte in quandam vallem descendendo sub arbore quercina esset meta terrea: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.163.

**lineatim** *adv.*

Item ab ipsa tertia meta lineatuim procedendo  
a parte eiusdem ville Felfalu in vertice montis  
... esset meta terrea: 1369 Keglevich, *Garamsztb.*  
p.162.

**linguagium, -ii n.**

Quum sub forensi domino et non sue linguagii  
fuit tentum et gubernatum (*sc. regnum*): 1505 Tu-  
*dománytár* 1839/VI p.66.

## **linio, -are**

Quod aliquando laici in tabernis inebriatorum huiusmodi fratrum Augustiniensum capita et clericas ac tonsuram liniendo et inungendo cum cibariis de milio factis penitus commaculassent et deturpassent: Erdélyi, itRegister p.127.



## **linquo, -ere**

Ne < ... > Beati ... Michaelis archangeli, patroni nostri inceptum opus linqueretur imperfectum: 1511/1521 Entz, *Kolozsvár* p.150; *Df* 277 780.

**linteramen, -inis** *n.*

Item lego honorabili Francisco plebano meo de Zaak tres florenos auri et unum pulvinar cum linteramine ac unam dwhnam: 1477 Neumann, *Korlátköviek* p.181.

**linum, -i n.**

Item feria sexta . . . feci portare semen lini d<enarii>  
16: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,36 (p.17).

**linum, -i n.**

Item in festo Fabiani et Sebastiani martirum de  
Cepreck feci portare oleum lini d<enarii> 36:  
1520 Nógrádi, *Kanizsai* I,19 (p.14).

**lippitudo, -onis f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput cephalea, ... lippitudo: BONF.  
*Symp.* III,442.

## **liquefacio, -facere, -feci, -factus**

Anima sua liquefacta a pristina duricia, sicut cera:  
*Serm. Quinqu. 6* (p.35).

**lislitis f.**

Quod specialitas generalitati non deroget, nec  
econtra ad prosequendum et pertractandum cau-  
sam predictam ... litem seu lites contestandum  
et contestari videndum: Erdélyi, *Register* p.42.

**litigator, -oris m.**

Immo non modo aadiudicaretis, sed litigatores etiam et caussantes spirituales compelleretis ad standum coram vobis iuri neglecta ipsius decani iurisdictione: 1522 Katona, *Hist.crit.* XIX p.375.

**litigator, -oris m.**

Immo non modo aadiudicaretis, sed litigatores etiam et caussantes spirituales compelleretis ad



standum coram vobis iuri neglecta ipsius decani  
iurisdictione: 1522 Katona, *Hist.crit.* XIX p.375.

[Szovák] 2015.2.16.

## **litiginarius, -a, -um**

Extunc ... una partium alteri ... quelibet iura possessionaria premissio modo sibi invicem concambiata absque ullo litiginario (*sic*) processu ipso facto pure et simpliciter ac integre remittere debeat: 1517 *Doc.Bátori* I p.260.

## **litigiosus, -a, -um**

Pro qua ... particula terre inter magnificum principem, dominum Ladislaum ducem Opulye, proximum et palatinum vestrum ab una, parte vero ex altera Stephanum filium Iacobi ... litigiosa vertitur altercatio: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.167.

## **litigiosus, -a, -um**

Etiam ex linea consanguineitatis ipsum concernere vineam litigiosam: 1486 SZAPOLYAI OKLT. p.170.

**litoralis, -e f.**

Quum Hydruntum, littoralis Apuliae civitas, expugnata captaque a Turcis detineretur: 1521 Kationa, *Hist.crit.* XIX p.250.

## **litoralis, -e**

Quum Hydruntum, littoralis Apuliae civitas, expugnata captaque a Turcis detineretur: 1521 Kationa, *Hist.crit.* XIX p.250.

**littera, -ae f.**

Cui in signum subiectionis rex dedit nova insignia, vexillum scilicet ex serico album cum aquila nigra habente torquem auream in collo, ex qua pendet littera S: 1525 BROD. *Epist.* p.108.

## **litterae, -arum *f.***

Cum tibi copias ostendet Aegidius meus, praesentium tabellarius, homo bonarum literarum et virtutum omnium alumnus studiosissimus, quem tibi ita commendo, ut maiore diligentia quidem commendare non possim: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).



## **litterae, -arum *f.***

Item eodem die misi litteras magnifici domini ad Valentinum Dessoe ... et ... dedi expensas d<enarios> 20: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* II,734 (p.52).

**litterae, -arum f.**

Item eodem die Gregorio Nadasdy condam provi-  
sori pro liberatione litterarum in Yker<war> de-  
di d<enarios> 29: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,167  
(p.23).

**litteratorie** *adv.* (literatorie)

Nihilominus tamen eorum audacula facinora literatorie castigavi: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

[Szovák] 2015.2.16.

## **litteratus, -a, -um**

Item die sabati ... bursatori litterato pro redemptione litterarum monetam Ungaricalem dedi fl<orenos> 2: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,438 (p.38).

**litteretorie *adv.***

Quod, credimus, secus non facietis, et quidquid in premissis feceritis, nobis litteratorie consignetis: *1463 Szapolyai oklt. p.71.*

**litterula, -ae f. (literula)**

Literulas quicumque legunt, Deum omnipotentem rogent: XII<sup>ex.</sup> *Várady 2002 p.?*; *sc. lapis de Aracs, cf. Csemegi 1958, Gerevich 1938, Mezey 1958 (ArchÉrt. 85[1958]189—190).*

**litterula, -ae f.** (literulum)

Quare ... taciturnitatem tuam magis silentio transire, quam inelegantibus ac importunis litterulis meis tibi molestus esse volui: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

**lividitas, -atis f.**

Ut tamen ea, que nec emula lividitas, nec livida  
emulacio celare posset, per nos non celentur: 1350  
TGy 1835/II p.93.



**lividus, -a, -um**

Ut tamen ea, que nec emula lividitas, nec livida  
emulacio celare posset, per nos non celentur: *1350*  
*TGy 1835/II p.93.*

**livio, -onis f.**

His ... *cupimus* planos aditus, quibus ad lucis in-  
deficientis claritatem in spiritu possint pulsa li-  
vione peccati ascendere, facilius ante oculos de-  
signare: 1387 Süttő, *Anjou* II p.390.

**livor, -oris** *m.*

Quod ipse inimicus humani generis (*sc. fervor*) incendium odii et livoris excitat in cordibus reproborum: GEORG. HUNG. *Tract.* p.334.

**lixa, -ae f.**

Hominibus christianis et sacerdotibus non pro calonibus dumtaxat et laxis, sed pro iumentis etiam utuntur (*sc. Turci*): 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.248.

**lixa, -ae f.**

Hominibus christianis et sacerdotibus non pro calonibus dumtaxat et laxis, sed pro iumentis etiam utuntur (*sc. Turci*): 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.248.

**loca, -orum** *n.*

Demon evellat oculos tuos et stercoribus impleat  
loca eorum: Szilády, *Temesvári* p.32.

**loca, -orum n.**

Cuius (*sc. Iesu Christi crucifixi*) quinque vulnerum  
loca perfusis sepius hora lacrimis deosculabatur  
(*sc. B.Margareta*): *Vita Marg.* p.19.

## **localis, -e**

Hoc enim persuasit localis remota distantia et negotii qualitas: 1412 Finke, *Acta Const.* I p.399.



**locatio, -nis** *f. 'donatio' : scil. partis domini molendinis — adomány*  
ratione ... locationis et assignationis cuiusdam  
portionis in quodam molendino: *1413 Zsigm.oklt.*  
IV,418.

## **locatio, -onis f.**

*Ut homo regius prohibeat eosdem ... ab indebita occupatione terre prenotate ac locatione iobagionum in facie eiusdem quoquo modo facta vel facienda: 1385 Süttő, Anjou II p.261; cf. superius: super facie ... particule terre ipsorum iobagiones descendere facerent moraturos.*

**locatio, -onis f.**

Item ad octauum articulum responderat, quod prefatas quinque villas dicti ciues in terris ipsius Sandrini locassent, quod tamen ipse ab huiusmodi locatione serius prohibuisset, qui a dicta locatione desistere noluisent; sed dictas villas in terris suis potencialiter collocassent: *1429 CD Hung. X/7 p.89.*

**locatio, -onis f.**

Que dicuntur ultima primo, a situ locacionis, quia sita sunt in ultimis universi partibus, scilicet in celo empireo: *Serm. Qinqu.* 17 (p.54).

**locatio, -onis f.**

Dicit preterea testis constare sibi, quod per huiusmodi provisionem et locationem fratrum minorum ad monasterium provisum extitit: Erdélyi, *Register* p.137.

**loco, -are** 'locare': *domicilium collocare* — *települ*  
(Delne-i Kakas dictus János) ... *quasdam silvas*  
*ipsorum cum Volahys suis succidi et annihilari,*  
*... ipsos in facie eiusdem locari et descendi fecis-*  
*set: 1413 Zsigm.oklt. IV,33.*

## **loco, -are**

Supra vero murum eundem edificii locandi nostris interdicta concivibus auctoritas: 1511/1521 Entz, *Kolozsvár* p.150; *Df* 277780.

## **locumtenens, -entis**

Georgius Dei et apostolice sedis gratia episcopus Quinqueecclesiensis ... metropolitanarum, canonicis parochialumque ecclesiarum rectoribus seu locumtenentibus ... salutem in Domino: Erdélyi, *Register* p.13.



## **locupletas, -atis f.**

Attamen / iuxta promissa mea sponsionibus vestre magnificencie per me factis transgressor fieri volui minime, / non advertens locupletates terrenas, sed iuxta dictum Sapientis plus in gaudio buccellas / panis satagens, quam plenam manum cum labore: *1493 Dl 93630.*

**locus, -i m.**

Nec quisquam nostris et successorum nostrorum temporibus eundem ... et suos heredes ad communem locum Syculorum vel alias contra ipsorum voluntatem causa residence ire compellere presummat: 1326/1365 MNy 1931p.208.

**locus, -i m.**

In iis enim sum locis, quo et propter diversa viarum discrimina et propter longinquitatem tardissime omnia perferuntur: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**locus, -i m.**

Acta sunt hec et facta anno, indictione, die, mense, hora, loco et pontificatu: Erdélyi, *Register* p.45.

[Hegy] 2015.2.16.

**locus, -i m.**

Honesta femina ... quem adoptaverat loco heredum: *1503 M.Sion* 1867 p.608.

**locus, -i m.**

Si idem comes, donec vivit, vel heres ipsius sive aliquis cognatorum post obitum eiusdem elemosynam dederit dicto loco, quam se obligavit, continue, etiamsi aliunde secundum modum et formam ordinis stare in eodem poterimus: 1248 /XVIII CD Hung. IV/2 p.23.

**locusta, -ae f.**

More locustarum totius terre superficiem imple-  
bunt (*sc. Turci*): GEORG. HUNG. *Tract.* p.324.

**locutio, -onis f.**

Leo est princeps, mel in ore suavitas locucionis,  
per quam acquirit dileccionem suorum: *XIII* Ma-  
das, *Serm.* p.52.



## **logisticus, -a, -um**

Anima tribus partibus absolvitur: logistica, thymica, epithymetica: BONF. *Symp.* III,410.

**lonca, -ae f.**

Lego ... loncam meam meliorem cum pectorali inferiore ac galea (sc. *filio*): 1420 *Zsigm.oklt.* VII,1444.

**lonca, -ae f.**

Lego ... loncam meam meliorem cum pectorali inferiore ac galea (sc. *filio*): 1420 *Zsigm.oklt.* VII,1444.

## **longaevus, -a, -um**

Tertium (*sc. indicium odii divini*) est longeva derivatio super ceteras sectas: GEORG. HUNG. *Tract.* p.316.

**longanimitas, -atis f.**

Longanimitas est virtus, qua patienter vite eterne premium expectamus: PAUL. HUNG. *Penit.* p.213.

## **longanimitas, -atis f.**

Nobilis Iohannes ... vir utique industrius et sedulus, vestri zelator honoris, ad vestri exaltationem nominis et longanimitatis vestre laudem in nostra et principum nostrorum consiliariorum presentia constitutus: 1412 Finke, *Acta Const.* I p.400.

**longe** *adv.*

Ego cum a ... domino meo ... longe nunc ab-  
sim: 1524 BROD. *Epist.* p.94.

**longe** *adv.*

Nisi quod per has moras exitium nostrum longius proferri ac prorogari videtur: 1525 BROD. *Epist.* p.111.



**longe** *adv.*

Illud ... unum neque ego possum tacere. Me ...  
ob ... intercessionem immo contentiones quoque  
... baronis pro mea promotione nomine vestrae  
sanctitatis factas factum esse longe addictiorem  
et obstrictum vinctumque esse perpetuis vinculis  
in perpetuam ... servitute[m]: 1524 BROD. *Epist.*  
p.103–104.

**longe** *adv.*

Ego is sum, cui quicquid per vestras maiestates oneris ... iniungetur, libens feram, etiam si longe ultra Hispanias mihi esset in servitiis vestrarum maiestatum eundem: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

**longinquitas, -atis f.**

In iis enim sum locis, quo et propter diversa viarum discrimina et propter longinquitatem tardissime omnia perferuntur: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**longinquitas, -atis f.**

Quando morbus arripuerit ... longinquitatem:  
PAUL.HUNG. *Penit.* p.194.

## **longinquus, -a, -um**

Quoniam testis in longinquis mansisset et ad ista predicta parvam vel nullam gessisset curam: Erdélyi, *Register* p.82.

**longinquus, -a, -um** *adv.*

Cum nos ob refrigerium animarum nostrarum  
et parentum, cum et nostri sexus fragilitatem  
claustraliter in longinquis partibus simus incluse:  
*a.1400 Veszpr.okl. II p.364.*

**longitudo, -inis f.**

(Meta) transiret ... in longitudine unius iugeris  
vulgo *dyolew* vocati: 1414 *Zsigm. oklt.* IV,2746.

## **longitudo, -inis f.**

Singuli annotati (*sc. cives*) singula adinvenire (*sic ed., recte forsitan: adinvenientes*) subterfugia excusacionis, alii huiusmodi terra non indigere, alii longitudine sex pedum satis habere, alii alio modo se ab empcione excusavere: 1511/1521 Entz, *Kolozsvár* p.150; *Df* 277780.



## **longitudo, -inis f.**

In villa Walko a quadam fovea circa ortum Laurencii ... existenti infra directe ad plateam per longitudinem ipsius ville procedentem ... ordo sessionis ipsius ville meridionalis usque ad domum seu curiam Petri ... iobagiones locandi habeant facultatem (*sic*): 1341 Diaconescu, *Documente* p.32; *Dl* 30640.

## **longiturnus, -a, -um**

Qui non solum remorati et indignissime tenti sunt, sed, ut ipsi dicunt, nescitur, quibus etiam terroribus afflicti et angustiati, excepta eorum longiturna retardatione permanserunt: 1496 Kato, *Hist.crit.* XVIII p.47.

## **longiturnus, -a, -um**

Qui non solum remorati et indignissime tenti sunt, sed, ut ipsi dicunt, nescitur, quibus etiam terroribus afflicti et angustiati, excepta eorum longiturna retardatione permanserunt: 1496 Kato, *Hist.crit.* XVIII p.47.

## **longus, -a, -um**

Ne vero nunc longioribus litteris sim vestrae sanctitati taedio: 1524 BROD. *Epist.* p.103.

**longus, -a, -um** *adj.* 'maior': (*de candelis*) — *hos-  
szú gyertya*

unam longam candelam ... ac decem candelas  
unius palme longitudinis et in qualibet candela  
tres denarios regales (recipiunt): *1413 Zsigm.oklt.*  
IV,221.

## **longus, -a, -um**

Qui non longo ante tempore in reverendissimi domini mei aulicorum numerum adscitus est:  
*1514 TAUR. Epist. 1 (p.128).*

## **loquacitas, -atis f.**

Homerus ... Thersiten ... sine iudicio et sine modo loquentem cum loquacitatis, tum deformitatis damnat: 1522 ADR.WOLPH. p.298.

**loquela, -ae f.**

Varias Mithridatem scisse loquelas / audierat:  
IAN. PANN. *Paneg.* 3,1,293–94.



**loquor, -i, locutus sum** (loquere)

Necesse esset, ut loquamur invicem: 1493 Wenzel,  
*Dóczyak* p.33.

## **loquor, loqui, locutus sum**

Quod ... abbatissa ... exhibuit nobis quasdam duas litteras, unam nostram ... super exempti<sup>one</sup> tributi loquentem et aliam venerabilis ... domini Ladislai, episcopi Wessprymiensis, phisici nostri dilecti super conservatione capellani ipsorum confectas: *1373 Veszpr.okl.* II p.313.

## **loquor, loqui, locutus sum**

Cum quo plura sumus locuti: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfa  
Tóth, *Levelesláda* p.102.

## **loquor, loqui, locutus sum**

*Pontifex* multa mecum et ... cardinali Caesio ...  
est locutus: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

## **loquor, loqui, locutus sum**

Qua de re neque praesens destiti assidue apud eos,  
ubi id faciendum videbatur, loqui et clamare: 1525  
BROD. *Epist.* p.119.

**loquor, loqui, locutus sum**

De praelatorum huc missione loquor: 1525 BROD.  
*Epist.* p.110.

[Monostori] 2015.2.16.

**lotho, -onis** *m.*

Item in Carnis priveoemi unum lothonem croci:  
*1520* Nógrádi, *Kanizsai* II,433 (p.37).

**lotio, -onis f.**

Item bacile magnum de argento similiter lego eidem, quod volo conservari pro lotionem pedum fratrum de capitulo in die Cene Domini: 1348  
*Veszpr.okl.* I p.131.



**lotio, -onis f.**

Materia baptismi est aqua, et hic supponitur nomine lavacri, quoniam locio fit per aquam et lavacrum: *Serm. Quinqu. 27* (p.71).

**lotrix, -i** cis *f.* (latrix)

Item latrice (sic ed.) relaxati sunt Vien[nenses] 150. —> Item altere latrice, videlicet uxori Benedicti Coro, relaxati sunt Vien[nenses] 50: 1520 Nógrádi, , *Kanizsai* III,162 (p.68): 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,160 67).

## **lubricus, -a, -um**

Hic alium acclivis pendentem in vertice saxi / lubrica praecipiti devolvit semita lapsu: IAN. PANN.  
*Paneg.* 3,2,267–268.

## **lubricus, -a, -um**

Qui dum vix dum ab ephebis excesserit, et aetatis lubrico et vafra quorundam veteratorum calliditate ac astu circumventus clandestine ad eos prolapsus, quos fratres minores vocitant: 1515 Theiner, *Mon.Slav.* I p.560.

## **luceo, -ere**

Cum enim lucebunt opera nostra, non deerunt,  
qui imitentur bona nostra: *Serm. Quinqu. 20* (p.59).

**lucerna, -ae f.**

PRAESVL <MAT>TERNVS MATERNAQVE  
/ VISCERA < ... > GESTANS / NATVRAE  
DEBITVM REDDENS / IN PACE QVIESCIT  
/ FORMA SACERDOTVM ET VIVA / LVCER-  
NA GREGIS / HVIC BASILICAE IMPETRANS  
GRATIAM / IVBILAEI A BONIFACIO / SVM-  
MO PONTIFICE NONO ANN<O> / DO<MINI>  
MCCCXCIX XXVII / SEPT<EMBRIS>: 1399 En-

[Szovák] 2015.2.16.

tz, *Gyulafehérvár* p.170–171.

[Szovák] 2015.2.16.

**lucerna, -ae f.**

PRAESVL [MAT]TERNVS MATERNAQVE /  
VISCERA [...] GESTANS. / NATVRAE. DEBIT-  
VM. REDDENS. / IN PACE QVIESCIT / FOR-  
MA. SACERDOTVM. ET. VIVA. / LVCERNA.  
GREGIS / HVIC. BASILICAE. IMPETRANS.  
GRATIAM. / IVBILAEI. A. BONIFACIO. / SVM-  
MO PONTIFICE NONO ANN[O] / DO[MINI]  
MCCCXCIX XXVII / SEPT[EMBRIS]: 1399 En-



tz, *Gyulafehérvár* p.170–171.

[Szovák] 2015.2.16.

**lucus, -i m.**

Item die dominico ... emi aurum ad deaurationem luceorum magistro Petro fl<orens> 1: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* II,664 (p.49).

**lucide**

Omnia lator presentium lucidius explicabit: 1515  
Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levele-  
sláda* p.106.

[Szovák] 2015.2.16.

## **lucido, -are**

Dedi ... Stephano, qui arma lucidat, d<enarios>  
80: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,507 (p.41).

## **lucidus, -a, -um**

Quae (*sc. lancea*) procul extremas delibans cassidis oras / lucida regalis disiiecit tegmina colli: IAN. PANN. *Paneg.* 3,2,150–151.

**lucratus, -a, -um** *adj.*

(Silva, quam a magistro Iohanne) propriis expensis iustitia requirente lucratus fuisset: *1414 Zsigm. oklt. IV,2598.*

## **lucror, -ari**

Et sic dividentes cumulum illum furfurum ad numerum personarum, pecunias impositas ad sortem lucrantur: Erdélyi, *Register* p.134.

**lucrum, -i n.**

Ut exinde dicti cives nostri discant sub principe glorioso devote famulari atque ab ipsis utilitatibus et honoris materia luctumque fructiferum regiae proveniat maiestati: *1383 CD Hung. X/8 p.122.*



**lucrum, -i n.**

Ut exinde dicti cives nostri discant sub principe glorioso devote famulari atque ab ipsis utilitatibus et honoris materia luctumque fructiferum regiae proveniat maiestati: *1383 CD Hung. X/8 p.122.*

**lucrum, -i n.**

Ubi licet non parum lucri mihi in horas vel consultando vel causas agendo cedat: 1514 TAUR.  
*Epist.* 1 (p.128).

**lucrum, -i n.**

Quod ipsi fratres lusissent ad cartas usque post medium noctis, et qui lucrum in cartis perdidisset: Erdélyi, itRegister p.121.

## **luctor, -ari**

Quod ... Georgius noctis tempore ... cum magnis insolentiis (*sic, recte forsan: insolentibus*) tumultibus et clamoribus horribilibus curiam suam subintravit, manicas brachiorum hinc inde more revolvens luctantium, facie turgida et inflata, oculis huc illucque disturrens (*sic ed., recte Df 228 141: discurrentibus*), verbis insultatibus (*sic, recte: insultantibus*), aliis quoque variis et mirabilibus

corporis sui gestibus animum suum indignantem  
in malumque machinantem patescat (*sic ed., recte:*  
patefecit) coram multis ... astantibus: *1425 Poz-*  
*sonyi vizsály* p.262.

## lucubro, -are

His itaque rationibus et respectibus praematurere ponderatis et lucubratis ... dominus Ioannes ... quasdam possessiones suas ... Thomae ... vendidit: 1495 Schmitth, *Ep.Agr.* II p.158.

**luculentia, -ae f.**

Propter mundiciam voluntatis et luculenciam rationis, que duo debent esse in predicatore: *Serm. Quinqu.* 1 (p.24).

**ludibrium, -ii n.**

Minime proficere potuimus, sed magis ludibria experti et delusiones (*sc. fuimus*): 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.251.



**ludicurator, -oris** *m.* (lubicatorius)

Item feria secunda ... ex commissione domini magnifici ludicatoribus (orig.: lubicatoriis) dedi fl<orens> 13: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,408 (p.36).

## **ludo, -ere**

Nisi mea me ludat opinio: *1514 TAUR. Epist. 1*  
(p.129).

**ludus, -i m.**

Item a feria tertia ... dedi domino magnifico ad ludum, videlicet ad carthas vulgo ad psalterium quatuor regum fl[orens] 3: 1521 Nógrádi, *Kanisai* III,163 (p.68).

**ludus, -i m.**

Quod fratres Augustinenses ... ludos tabernicales exercuissent: Erdélyi, *Register* p.88.

## **lugeo, -ere**

Quicumque ... eam (*sc. scientiam christianitatis*) ingredi aut negligit aut contempnit, quamvis doctissimus ignorantie sue tamen cecitatem in eternum lugebit: GEORG. HUNG. *Tract.* p.402.

## **lugeo, -ere**

Si qui ... nostrum contrarium premissorum facere presumpserent, tales perpetui infideles regni habeantur ... et ... iugo perpetue servitutis et <ru>sticitatis subiecti reatus ipsorum penam lugeant sine fine: 1505 *Tudománytár* 1839/VI p.68.

## **lugubris, -e**

Nulla est penitus, nulla in universa Pannonia domus non lugubris, non funesta, non alicuius cladis ac miseriarum particeps: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.251.

## **lugubris, -e**

Et ecce omnibus etiam viris et mulieribus, qui aderant, audientibus cepit mulier illa rapta inter paludes Kapus clamare voce lugubri plangendo 've, ve, ve' etc.: Szilády, *Temesvári* p.6.



## **lugubris, -e**

Nulla est penitus, nulla in universa Pannonia domus non lugubris, non funesta, non alicuius cladis ac miseriarum particeps: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.251.

**lumbrici, -orum *m.***

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... lumbrici ... abest:  
BONF. *Symp.* III,445.

## **luminosus, -a, -um**

Qui vero non habent veram confessionem, nec sunt decori, nec luminosi: *Serm. Quinqu. 6* (p.35).

## **luminosus, -a, -um**

Quia sicut lux procedit a luminoso sine diminutione substantie luminosi: *Serm. Quinqu. 9* (p.39).

## **luminosus, -a, -um**

Sicut lux procedit a luminoso sine diminutione  
substantie luminosi: *Serm. Quinqu.* 9 (p.39).

## **luminosus, -a, -um**

Invenitur autem in scripturis multiplex vestimentum multiplici gloria decoratum, ... primo luminosum per fidei claritatem, que est illuminatio prime veritatis: *Serm. Qinqu.* 4 (p.32).

## **luminosus, -a, -um**

Qui vero non habent veram confessionem, nec sunt decori, nec luminosi: *Serm. Quinqu.* 6 (p.35).

**lupanar, -is n.**

*Turci* templis autem et sacratissimis fanis pro stabulo utuntur et lupanaribus: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.249.



**lupanare, -is n.**

*Turci* templis autem et sacratissimis fanis pro stabulo utuntur et lupanaribus: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.249.

**lupibulare, -is *n.***

Item duo lupibularea argentea lego lectori eccl<esie> B<eati> Martini in Scepus: *1515 MTT XI*  
p.134.

## **lupinus, -a, -um**

Qui ... dogmatizant contra fidei catholicae veritatem, primum interdum bonum vinum ponendo, ut, cum inebriati fuerint auditores, tunc eis, quod deterius est, propinantes, et vestibus ovium lupinae rapacitatis exercent convivium: *1417 CD Hung. X/5 p.760.*

**lusor, -oris** *m.*

Quod ... ipsi lusores lucrati fuissent ab eodem  
Ambrosio fratre centum denarios Hungaricales:  
Erdélyi, *Register* p.138.

**lusus, -us** *m.*

Item feria quarta post Mathei dedi domino ad  
lusum Vien[nenses] 2: 1521 Nógrádi, *Kanizsai*  
III,263 (p.73).

## **Lutheranus, -a, -um**

Conquestus es ... sectam et haeresim Lutheranam dampnabilem tantum virium in locis ilis (*sic*) montanarum sumsisse *etc.*: 1525 Katona, *Hist.crit.* XIX p.496.

## **Lutheranus, -a, -um**

Conquestus es ... sectam et haeresim Lutheranam dampnabilem tantum virium in locis ilis (*sic*) montanarum sumsisse *etc.*: 1525 Katona, *Hist.crit.* XIX p.496.

## **lutifigulus, -i m.**

Quilibet suam vitam ducens cum aliqua arte vel magisterio, sive sit tabernator potus cuiuscumque, sive pellifex aut lucifigulus, cum similibus tenetur solvere pro tributo annuatim ... quinque denarios: *1346 Mon.civ.Zagr.* I p.183.



**lutifigulus, -i m.** (lucifigulus)

Item quilibet suam vitam ducens cum aliqua arte vel magisterio, sive sit tabernator potus cuiuscumque sive pellifex aut licifigulus, cum similibus tenetur solvere pro tributo annuatim ... quinque denarios: *1343 Mon.civ.Zagr.* I p.161.

**lutifigulus, -i m.**

Item eodem die lutifigulo, qui fornacem fecit, dedi ex commissione magnifici domini d<enarios> 20: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* II,783 (p.54).

## **lutifigulus, -i m.**

quilibet suam vitam ducens cum aliqua arte vel magisterio, sive sit tabernator potus cuiuscumque, sive pellifex aut lucifigulus, cum similibus tenetur solvere pro tributo annuatim ... quinque denarios: *1346 Mon.civ.Zagr.* I p.183.

**lutinista, -ae m.**

= Hédervári oklt., de névelemként: *1453 Dreska*  
III p.595.

**lutum, -i n.**

Ut possint (*sc. iusti*) esse in derisum et in despectum et in obprobrium omnibus, quasi iam non cum vivis, sed cum mortuis deputati, despecti et deiecti, quasi lutum et stercus execrati: GEORG. HUNG. *Tract.* p.340.

**lutum, -i n.**

Itaque detinemur adhuc in iisdem negociis et hę-  
remus in eo<d>em luto: 1518 Bessenyei, *Lettere*  
p.13.

**lux, -cis f.**

Tuam ... excellentiam ... obsecro, quatenus nasturtium edas, et sicut solent tortuosi elephantes praematurum foetum decimo saltem anno sub lucem emittas: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

**luxuria, -ae f.**

Luxuria est incontinentia corporis ex pruritu libidinis nascens: PAUL. HUNG. *Penit.* p.206.



**lychena, -ae f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... abest, ut ... ly-  
chenae: BONF. *Symp.* III,446.

**macellatio, -onis f.**

Item feria tertia dedi Ambrosio lanifici propter  
macellationem porcorum d[enarios] 28: 1521  
Nógrádi, *Kanizsai* III,415 (p.81).

**macellum, -i n.**

Eo non contenti ... domum propriam eorundem actorum ... simul cum uno macello et alia domo cuiusdam iobagionis ... ignis voragine comburissent et concremassent: 1497 Wenzel, *Dóczyak* p.37.

**maceria, -ae f.**

Cum hec (*sc. Ecclesia*) sit utique, prout est, dilecta illius (*sc. Christi*), columba eius de cavernis macerie id est latere eius sanctissimo progrediens seu procedens, ut sponsa de cubili suo et in illo requiescit hec columba eius: *1422 Mon.episc.Zagr. VI p.67.*

**machinamentum, -i n.**

Rex avisatus per quosdam, qui illos suspectos habuerant, eorum machinamenta cautus pervenit:  
GEORG. HUNG. *Tract.* p.384.

**machinamentum, -i n.**

quod (*sc. castrum*) pro tunc idem Procopius per  
suae dolositatis machinamenta ad suas manus  
usurparat: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.146.

**machinamentum, -i n.**

Quod (*sc. castrum*) pro tunc idem Procopius per  
suae dolositatis machinamenta ad suas manus  
usurparat: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.146.

**machinator, -oris** *m.*

Nos ... palatium seu domum lapideam quondam Conrrady Suevi, machinatoris nostri in civitate nostra Vysegradyensi Teutonicali per viam eiusdem civitatis transversaliter sitam ... contulimus prefato magistro: *1360 Mészáros, Visegrád* p.125.



## **machinor, -ari**

Quiquidem Nicolaus percipiens, quod insidiose ipsum captivare machinarentur, ideo propter metu<m> huiusmodi insidiae (*sic, recte: insidiarum*) personaliter comparere noluisset: 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.278.

## **machinor, -ari**

Quod ... Georgius noctis tempore ... cum magnis insolentiis (*sic, recte forsan: insolentibus*) tumultibus et clamoribus horribilibus curiam suam subintravit, manicas brachiorum hinc inde more revolvens luctantium, facie turgida et inflata, oculis huc illucque disturrens (*sic ed., recte Df 228 141: discurrentibus*), verbis insultatibus (*sic, recte: insultantibus*), aliis quoque variis et mirabilibus

corporis sui gestibus animum suum indignantem  
in malumque machinantem patescat (*sic ed., recte:*  
patefecit) coram multis ... astantibus: *1425 Poz-*  
*sonyi vizsály* p.262.

## **mactabilis, -e**

Item ad istam ebdomadam a Nicolao Nagy bovem mactabilem ad coquinam magnifici domini cum additione fl<oreni> 2,5: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* I,12 (p.13).

## **mactabilis, -is**

Preterea provideatis quamprimum et ordinetis ad coquinam domini nostri ... ducentos boves mactabiles: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.100.

**mactatio, -onis f.**

Item eodem die solvi propter mactationem porcorum, quos in larda paraverunt fl<orenos> 2 (p.d<enarios> 8 (p.Vien<nenses> 2: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,130 21).

**mactatio, -onis f.**

Item in die Sancti Anthonii confessoris propter mactationem porcorum solvi d<enarios> 48: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* I,13 (p.13).

## **macto, -are**

Item die sabati ... emi bovem ad mactandum  
ad coquinam domini magnifici Vien<enses> 500:  
1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,206 (p.25).



## **macto, -are**

Beatus Thomas duplici gaudet privilegio sicut vere martir et pontifex, scilicet prelacionis in ecclesiastica dignitate, et passionis pro ecclesiastica libertate, quia misit ad illos, scilicet Deus, servum, id est humilem prelatum, ... et illum in capite wlnraverunt, id est capite mactato ceciderunt: *Serm. Quinqu. 21* (p.61).

## **madido, -are**

Ubi ... letaliter extitit vulneratus et proprii sanguinis sui effusione madidatus: *1349 Erd.oklt.* III,533.

**maecenas, -atis** *m.*

Volvebam in animo, quidnam potissimum foret, quo te, Maecenas amplissime, demereri possem: 1513 Teleki-Kovácsnay: IAN.PANN: *Dedic.* II p.252.

**maecenas, -atis m.**

Volvebam in animo, quidnam potissimum foret, quo te, Maecenas amplissime, demereri possem: 1513 Teleki-Kovácsnay, IAN. PANN. *Dedic.* II p.252.

## **maestifico, -are**

Que de talium virtute et potentia fideliora utilioraque conspiciunt servitiorum auxilia passim ingruentibus rerum gerendarum varietatibus se percepturos: *1439 SzSzB Szle 2006 p.332.*

## **magicus, -a, -um**

Propheta vocat eos (*sc. magos*) reges dicentes: Reges offerunt tibi munera, ewangelista vero magos, a magnitudine sciencie, non a magica arte: *Serm. Quinqu. 25* (p.68).

**magis** *adv.*

Existimavi officium meum esse ex his, quae hic et in tota Christianitate agi video, vestram maiestatem, quae magis pater, quam patruus est ... domini mei, quid sentirem, facere certiolem: 1523  
BROD. *Epist.* p.74.

**magis** *adv.*

Ego nihil potuissem audire, quod me inter tot metus magis recreare potuisset et quod existimassem ad praesentem rerum nostrarum statum esse magis accomodatum: 1523 BROD. *Epist.* p.73.



**magis** *adv.*

Et proinde magis congrueret illas *annatas* nobis  
contribui, quam eiusmodi auctionibus nos et re-  
gna nostra expilari: 1523 BROD. *Epist.* p.78.

**magis** *adv.*

Proindeque et commendavimus iam saepe ipsi ... nepoti nostro virtutem et merita tua et commendare in dies magis non desistemus: 1525  
BROD. *Epist.* p.107.

**magis** *adv.*

Et si hactenus mansissent iidem fratres in dicto monasterio, magis desolassent ex eo, quod non vixissent religiose: Erdélyi, *Register* p.103.

**magis** *adv.*

Magis tamen diligeret fratres ordinis Sancti Francisci de observantia propter bonam et laudabilem vitam eorum, quam fratres Sancti Augustini: Erdélyi, *Register* p.54.

## **magis**

Quare ... taciturnitatem tuam magis silentio transire, quam inelegantibus ac importunis literulis meis tibi molestus esse volui: 1514 TAUR. *Epist.* 1(p.128).

**magister camerae m.**

Quod ... Cosmas ... magister camere nostre  
... et Gregorius ... petiverunt a nobis sibi dari  
quandam terram: *1284 Reg.duc.* p.137.

**magister, -i m.**

Nos, Stephanus, artium facultatis magister animarumque curae rector in Centumcumulis decanatus Kosdque decanus memoriae commendamus: 1461/? Zimmermann, *Urkb.* VI p.98.

**magister, -i m.**

Annotati Iohannes ... et cetera (*sic, recte: ceteri*)  
... ipsam causam discutiendi et discernendi me-  
diantibus ipsorum litteris transmissis in praesen-  
tiam magistri civium, necnon iudicis ac iurato-  
rum civitatis Cibiniensis transmitti postulassent:  
1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.278.



**magister, -i m.**

Literas praesentes sigilli mei munimine duxi roborari praesentibus reverendo artis facultatis viro magistro Anthonio, notario Brassoviensi, Iohannes Fryschysen et Paulo Dik ad hoc rogatis et petitis: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.150.

**magister, -i m.**

Ut in causa inter ipsum magistrum Nicolaum, ut actorem et principalem, necnon providum Petrum, magistrum hospitalis Beatae Elyzabeth in eadem civitate Coloswar constructi veluti in causam attractum mota ... iuramentum deponere minime admitterent (*sc. iudex et iurati*): 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.277.

**magister, -i** *m. 'm. hospitalis': praefectus hospitalis cuiusdam — .*

Qui iudex et iurati talismodi inhibitionem minime advertissent praemissumque sacramentum ipsi magistro hospitali deponendum adiudicassent: 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.277.

**magister, -i** *m.*

Item magistros possessionum nostrarum ... constituimus dominum Iohannem ... custodem ac magistrum Mathiam ... socios et concanonicos nostros ita, ut ipsi omnia iura nostra de eisdem possessionibus nobis obvenientia conscientiose admnistrent numerumque dicarum frugum et vinorum simili modo conscientiose presentare teneantur inmediate, postquam dicaverint: 1495

[Szovák] 2015.2.16.

*Lib.divis.Vespr. p.3; cf. 1496 Ibid. p.14.*

[Szovák] 2015.2.16.

**magister, -i m.**

Quod magistrum hospitalis ad deponendum suum iuramentum in praesentia eorundem compulissent: 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.278.

**magister, -i m.**

Ceterum illa, pro quibus huiusmodi bombardam cum lapidibus et magistro ad dictum locum ducetur, persolvit fidelis noster magister Laurentius comes cusionis monetarum camerae illius civitatis nostrae: 1464 Zimmermann, *Urkb.* VI p.182.

**magister, -i m.**

Sigismundus ... arbitrator et amicabilem compositor inter ... regem Poloniae ... ex una et ven<erabilem> fratrem Henricum de Plauen hospitalis S<anctae> Mariae ordinis Theutonicorum magistrum generalem et ipsum ordinem ... partibus ex altera: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.105.



**magister, -i m.**

Sigismundus ... arbitrator et amicabilem compositorem inter ... regem Poloniae ... ex una et ven[erabilem] fratrem Henricum de Plauen hospitalis S[anctae] Mariae ordinis Theutonicorum magistrum generalem et ipsum ordinem ... partibus ex altera: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.105.

**magister, -i m.**

Quod Nicolaus et Ladislaus filii Tuteus quondam magistri ianitorum domini regis ... nobis significare curaverunt, quod *etc.*: 1358 Mészáros, *Visegrád* p.122.

**magister, -i m.**

Que (*sc. B.Margareta*) ... translata est in claustrum. ... Ubi cum factā professione cum suis sororibus in manibus ... magistri ordinis esset inclusa: *Vita Marg.* p.18.

**magister, -i m.**

Idem prepositus magis et magis furore accensus dixit mihi: „Tu non es magister, sed es unus beanus et unus ribaldus”: *1425 Pozsonyi vizsály* p.263.

**magister, -i m.**

Quatenus ... litteras nostras preceptorias ... iudicibus nobilium ... pro parte magnifici Francisci, ... cubiculariorum nostrorum regalium magistri ... sonantes ... per vestrum testimonium idoneum ... exhiberi et presentanti (*sic, recte: presentari*) faciatis: 1512–1516 Horváth, *Pótlások* p.178.

**magister, magistri** *m.*

Volui ... significare ... Poloniae regem inivisse  
perpetuam pacem et concordiam cum ... prin-  
cipe Alberto, alias magistro Prussiae, nunc vero  
duce Prussiae: 1525 BROAD. *Epist.* p.108.

**magister, -stri** *m.*

Puto vestram ... dominationem intellexisse ...  
Poloniae regem cum magistro Prussiae perpetuam  
inivisse pacem: 1525 BROD. *Epist.* p.112.

**magister, -tri m.**

Magistur vero Martinus dixit multum interesse habere: Erdélyi, *Register* p.25.



**magisterium, -ii n.**

quilibet suam vitam ducens cum aliqua arte vel magisterio, sive sit tabernator potus cuiuscumque, sive pellifex aut lucifigulus, cum similibus tenetur solvere pro tributo annuatim ... quinque denarios: *1346 Mon.civ.Zagr.* I p.183.

**magisterium, -ii n.**

Si ... inspiciatur sacre doctrine ... sententiarum firmitas, verborum tenacitas, argumentorum inconcussa veritas, rationum securitas, dubiorum clara dilucidatio, ... sufficientia omnium ad salutem pertinētium, ... virtutum redolentia, denique omnium divinarum et humanarum rerum magisterium: GEORG.HUNG. *Tract.* p.392-394.

**magistra, -ae f.**

Magistra rerum experientia: *1265 CD Arp.cont.*  
VIII p.128.

**magistra, -ae f.**

Que (*sc. B.Margareta*) cum esset annorum vix quinque, conperiens aliquas ex sororibus indutas ciliciis incedere rogavit magistram suam, religiosam matronam nobilem, quam matrem semper vocabat: *Vita Marg.* p.18.

**magistralitas, -atis f.**

Qui tantam magistralitatis illius demonstravit tendisse, ut *etc: 1506 Knauz, Garamsztb. p.43.*

**magistratus, -us m.**

Sibi ... civitatem nostram Spalatensem ipsi Her-  
voyae ducalis dignitatis titulo , eiusdem civitatis  
magistratu insigniendo ... signum draconis ...  
duxeramus conferendum: 1413 Katona, *Hist.crit.*  
XII p.155.

**magistratus, -us m.**

Ut tibi sempiternę laudi sit iste adeptus studii  
Viennensis magistratus exopto: 1516 TAUR. *Epist.*  
2 (p.173).

**magistratus, -us** *m.*

Idem ... ad ipsas quindenas ... per Egidium filium David ... coram reginali clementia vacante honore magistratus tavarnicorum regalium legitime evocati ... non venissent: 1385 Süttő, *Anjou* II p.263.



**magistratus, -us** *m.*

Exortā pridem inter heredes ... Benedicti bani ex parte una, et honorabilem ... prepositum Sancti Salvatoris de Chanadino ex altera super iure presentandi ad magistratum altaris Sancti Benedicti in ecclesia vestra Albensi ... coram nobis materiā questionis ... prefatam causam ... vestro examini duximus presentibus remittendam:  
*1385 Süttő, Anjou II p.299.*

[Szovák] 2015.2.16.

**magnalitas, -atis f.**

In quibus nonnullis praelatis, baronibus et proceribus regni nostri ingratis et a nostra maiestate multa magnalitate ditatis sinistro ... imbutis consilio se a nobis contemtibiliter avertentibus ... Stephanus de Debrö ... ad comitatum Abauvariensem pervenisset: 1411 Katona, *Hist.crit.* XII p.63.

**magnanimitas, -atis f.**

Magnanimitas est virtus spontaneus difficultatum  
agressio: PAUL. HUNG. *Penit.* p.213.

**magnas, -atis** *m.*

Sic magnates et principes transgrediuntur legem, nec capiuntur aut puniuntur, homines autem minores per legem puniuntur: Szilády, *Temesvári* p.36.

**magnes, -etis m.**

Magnes colore est ferrugineus, unde et vulgus ipsum ferrum vivum appellat: Szilády, *Temesvári* p.73.

**magnificentia, -ae f.**

Item quottidie bibit sua magnificentia ex uno vase vini salvia<tici>: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,255 (p.28).

**magnificentia, -ae f.**

Magnificentia est virtus animi arduorum et preclarorum dans consumationem: PAUL. HUNG. *Penit.* p.213.

**magnificentia, -ae f.**

Ego me magnificentiae tuę etiam atque etiam commendo: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174). Eiusdem magnificentię tuę ad vota deditissimus ille Steph(anus) Tau(rinus) Olo(mucensis): 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).



## **magnificus, -a, -um**

Supplico humillime, dignetur tam ad maiestatem regiam ac reginalem, ... quam etiam ad magnificentum dominum oratorem suum ... in mei commendationem suas litteras dare et efficere: 1524  
BROD. *Epist.* p.94–95.

## **magnificus, -a, -um**

Misimus ad te litterarum vice waywodae ad fidelem nostrum spectabilem et magnificum Ioan-nem comitem Scepusiensem, waywodam nostrum Transsylvaniensem exempla: 1524 BROD. *Epist.* p.87.

## **magnificus, -a, -um**

Magnifico ac spectatissimo domino Ioachimo Vadiano, inclyti Viennensis studii et rectori et lectori dignissimo, domino optimo: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.175).

**magnitudo, -inis f.**

Si vero prius aut ad nos et regna nostra vel eiusdem ... fratris nostri non pertinuerunt (sc. castra etc.) sed de novo adempta fuerint, inter nos aequali, iusta et fraternali divisione pro magnitudine laborum et expensarum ab eadem factarum dividi debebunt: 1507 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.508.

**magnitudo, -inis f.**

Quod ipsi ... Michaellem ... ad vestre magnitudinis presentiam citavissent: 1379 Keglevich, *Garamsztb.* p.203.

**magnitudo, -inis** *f. érsek megnevezése!*

Quod nos iuxta preceptum vestre magnitudinis  
venimus ad faciem possessionis Zekeresd vocate:  
*1387 Süttő, Anjou II p.441; Df 248607.*

**magnitudo, -inis f.**

Ego magnitudinem periculorum considerans nihil boni possum sperare: 1524 BROD. *Epist.* p.101.

**magnopere** *adv.*

Etsi alioquin non erat magnopere, quod scriberem: 1525 BROD. *Epist.* p.112.



**magnus, -a, -um**

Item feria quinta in magna ebdomada attulit Colomanus ispan Vien<nenses> 100: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,94 (p.20).

**magnus, -a, -um**

Dummodo fraterna m<aestas> cum magno duce  
Lithvaniae, alio fratre regiae m<aestatis> in treu-  
gas includatur: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.52.

**magnus, -a, -um**

Dolebo maiorem in modum, si dominationem vestram ... ab urbe contingat abesse: 1524 BROD.  
*Epist.* p.105.

**magnus, -a, -um**

Dummodo fraterna m[aiestas] cum magnó duce  
Lithvaniae, alio fratre regiae m[aiestatis] in treu-  
gas includatur: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.52.

**magnus, -a, -um**

Quem tibi ita commendo, ut maiore diligentia  
quidem commendare non possim: 1516 TAUR.  
*Epist.* 2 (p.174).

**magnus, -a, -um**

Inter regna ... Hungariae et Poloniae ac Magni Ducatus Lithvaniae sit et habeatur foedus, pax et tranquillitas et perfecta vicinitas: 1507 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.502.

**magnus, -a, -um**

Sanccivimus et unanimiter omnes a minore ad maximum et a maximo ad minorem statuimus et ordinavimus, quod *etc.*: *1505 Tudománytár* 1839/VI p.67.

**magnus, -a, -um** *comp.*

Reverendus dominus Andreas doctor prepositus maior eiusdem ecclesie Strigoniensis ... contumaciam prefati domini Iohannis Zekel ... ad audiendam sententiam infrascriptam feni (*sic*) et non comparentiam accusavit: *1521 Reg.Strig.* p.144.



**magus, -i m.**

Propheta vocat eos (*sc. magos*) reges dicentes: Reges offerunt tibi munera, ewangelista vero magos, a magnitudine sciencie, non a magica arte: *Serm. Quinqu. 25* (p.68).

**magus, -i m.**

Quarto, finaliter, ut ad dyabolum ultra non revertamur, sicut magi adorato puero ad Herodem non sunt reversi: *Serm. Quinqu.* 20 (p.59).

## **Mahometricus, -a, -um**

Cuius nulla est pars, quam non Mahometricus furor invaserit: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.247.

## **Mahometricus, -a, -um**

Cuius (*sc. Iesu*) sanctissimum nomen ab hac Mahometica impietate fueritis ulti: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.262.

## **Mahometricus, -a, -um**

Cuius nulla est pars, quam non Mahometricus furor invaserit: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.247.

## **Mahometricus, -a, -um**

Cuius (*sc. Iesu*) sanctissimum nomen ab hac Mahometica impietate fueritis ulti: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.262.

**maiestas, -atis f.**

ab eo tempore, quo primitus treugae inter duas  
maiestates firmatae fuerint: 1496 Katona, *Hist.crit.*  
XVIII p.39.

**maiestas, -atis f.**

Indignum arbitramur, ut illis se reddat ingrati  
nostra maiestas: 1385 Süttő, *Anjou* II p.271.



**maiestas, -atis f.**

Humilitatem eorum manifestat ingressio in domum, in illud scilicet vile diversorium, ubi virgo peperit filium suum primogenitum, ubi infinita maiestas membris contraccioribus stabulabat in medio duorum animalium, secundum Augustinum (*sc. ubi?*): *Serm. Quinqu.* 25 (p.68).

**maiestas, -atis f.**

Predictas terras ... restituimus ... Pangartio et Petro ... de plenitudine regie maiestatis in perpetuum possidendam (*sic*): 1275 *Erd.Múz.* 1992 p.81.

**maiestas, -atis** *f.*

Ab eo tempore, quo primitus treugae inter duas maiestates firmatae fuerint: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.39.

**maiestas, -tis f.**

Nostre (sc. regis) maiestatis in persona (protegant omnes): *1414 Zsigm. oklt. IV,1897.*

[Kóta] 2015.2.16.

**maior, -is** *m.*

Cum magister Georgius, maior plaustrorum suorum reginalium, civis Budensis in domo sua reginali ... . Fideliter serviendo desudasset: [1278], 1325 *Reg.duc.* p.114.

## **maior maius**

Sperat habere aliquid utilitatis seu commodi vel maioris amicitie: Erdélyi, *Register* p.46.

## **maioro, -are**

(dominus terrestris decimas) cum forensibus et maioribus pintis mensurando, eandemque urnam cum quatuor pintis maiorando et augmentando (colligi velit) : 1414 *Zsigm. oklt.* IV,2273.

**male** *adv.*

Ex Lombardia habemus nova ... Gallos ex Italia iam discedere et in discessu huiusmodi per nostros unam partem eorum male mulcatam, ... interfectum quendam capitaneum, unum ex principalioribus, vulneratum etiam supremum capitaneum, quem almiralium vocant: 1524 BROD. *Epist.* p.98.



**male** *adv.*

Scire ... te velim ... me hospitem quendam ...  
nescio, an Rhamnusia fato an meis male meritis,  
reperisse adeo cupidum, ... , ut non sit satis ae-  
stimare: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**male** *adv.*

Ex litteris ... habemus conventum regni ... fuisse turbulentissimum ac nobilitatem rebus infectis abiisse male contentam et omnia extrema minitantem, sese conventum pro libito suo armatos facturos rebusque regni aliter consulturos: 1525 BROS. *Epist.* p.114–15.

## **malefacio, -ere**

Sed audivi, quod etiam alias tuleris contra me pugionem ad malefaciendum michi: *1515 Reg.Strig.*  
p.111.

**malignitas, -atis f.**

Malignitas est mala voluntas hominis cum ultra non possit: PAUL. HUNG. *Penit.* p.203.

## **maligno, -are**

Iidem ... inuito et communicato inter se prius malignandi ac forti et maturo id faciendi habito inter se iniquissimo et Deo ac hominibus odioso consilio ... in capitulum eiusdem ecclesie ... more vispilionum irrunentes ... clericos ... omnibus rebus et bonis ipsorum ... spoliaverint: *1422 Mon.episc.Zagr.* VI p.67.

## **malignus, -a, -um**

Omnia solus habe: ficos turpemque podagram.  
Et serva hospitium, Codre maligne, tuum: 1514  
TAUR. *Epist.* 1 (p.130).

**malitia, -ae f.**

Malitia est qua aliquis dampnum alicui molitur:

PAUL.HUNG. *Penit.* p.203.

**malitia, -ae f.**

Sunt, qui summam maliciam summum decus existiment atque virtutem: VALENT. ECK p.50.

**malivulus, -a, -um**

Si a malivolis et vilis condicionis hominibus seu emulis et invidentibus fratribus eiusdem ordinis Sancti Augustini ecclesia: Erdélyi, *Register* p.49.



## **malo, malle, malui**

Et potius mavult omnia extrema cum Dei adiutorio experiri, quam ad hoc aliquo modo consentire:  
1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.52.

## **malo, malle, malui**

Pro singulari vestrae ... dominationis in me benignitate ... malo vestrae dominationi reipsa et facto ... referre, quam verbis gratias agere: 1525  
BROD. *Epist.* p.114.

## **malo, malle, malui**

Et potius mavult omnia extrema cum Dei adiutorio experiri, quam ad hoc aliquo modo consentire:  
1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.52.

**malo, malle**, malui

Et dicit testis ... quod subiceret veritatem, quoniam postquam iurasset, plus Deum, quam hominem timeret, mallet enim perdere corpus, quam animam: Erdélyi, itRegister p.119.

**malogranatum, -i n.**

Emissiones tuae paradisi malogranatorum cum fructu pomorum et reliqua, ex his omnium virtutum significatur in virginitate conceptus: BONF., *Symp.* III,743.

## **malus, -a, -um**

Ut reverendissimus dominus cardinalis Strigoniensis propter malam et inordinatam vitam dictorum fratrum Augustinensium auctoritate apostolica eos exclusisset et amovisset de dicto monasterio: Erdélyi, *Register* p.103.

**malus, -a, -um**

Fortasse non erit malum non pendere a spe istius  
pacis inter Christianos: 1525 BROD. *Epist.* p.120.

## **malus, -a, -um**

In sede ... apostolica, vel quod sit mala Leonis pontificis administratione, quod multi queruntur, penitus exhausta, vel quod in excusationem suam hoc utatur praetextu, parvam admodum spem nobis esse ponendam: 1523 BROD. *Epist.* p.73.



## **mancipare**

Ut illa castra ... ab ispsis manibus nostris man-  
cipari posse: *1505 Szapolyai oklt.* p.271.

**mancipium, -i n.**

Quod iidem ... duo mancipia, Augustinum scilicet nomine cum filiis suis, preter uxorem et filias, et Kutach cum uxore, filiis et filiabus dederunt ... dicte nobili domine: *1291 Erd.Múz.* 1992 p.84.

**mancipium, -ii n.**

Id quod magnae sanctitatis vestrae adversus me,  
humillimum eius mancipium, gratiae atque cle-  
mentiae loco recognoscam: 1515 Katona, *Hist.crit.*  
XVIII p.839.

**mancipium, -ii n.**

Tandem ... idem Nicolaus ... ab huiusmodi  
captivitatis mancipio ... eliberatus ... in non-  
nullis nostris ambasiatis ... fidelissime ... egit:  
*1428 Katona, Hist.crit. XII p.504.*

## **mancipo, -are**

Natam vero et, ut decet prolem regiam, sub magna diligentia enutritam in ipsa sua infantia ... servitio ... Iesu Christi ... perpetuo in similitudinem Samuelis oblatam manciparunt: *Vita Marg.* p.17.

**mandatum, -i n.**

Qua in re perficienda adiuti sumus egregie opera  
... domini Strigoniensis ad omnia mandata ve-  
strae sanctitatis implenda et ad omnia, quae ad  
splendorem ac decus vestrae sanctitatis pertine-  
re videntur, facienda proclivissimi: 1524 BROD.  
*Epist.* p.103.

**mane** *adv.*

Quod cum aliquando de mane venissent ad dictum monasterium: Erdélyi, *Register* p.74.

**maneo, -ere**

Quod fratres ... paucissimi admodum mansissent in dicto eorum monasterio de Kermend ita: Erdélyi, *Register* p.55.

[Hegy] 2015.2.16.



**maneo, -ere**

Me nihil novitatis manet, nisi quod aulas sequendo principum in Suidę nostri sententiam illam inciderim: *1514 TAUR. Epist. 1 (p.128).*

[Szovák] 2015.2.16.

**manica, -ae f.**

Quod ... Georgius noctis tempore ... cum magnis insolentiis (*sic, recte forsan: insolentibus*) tumultibus et clamoribus horribilibus curiam suam subintravit, manicas brachiorum hinc inde more revolvens luctantium, facie turgida et inflata, oculis huc illucque disturrens (*sic ed., recte Df 228 141: discurrentibus*), verbis insultatibus (*sic, recte: insultantibus*), aliis quoque variis et mirabilibus

corporis sui gestibus animum suum indignantem  
in malumque machinantem patescat (*sic ed., recte:*  
patefecit) coram multis ... astantibus: *1425 Poz-*  
*sonyi vizsály* p.262.

**manicula, -ae f.**

Item turribulum cum manicula et cocleari argenteo: *1502 DF 262314*.

**manifeste** *adv.*

Contemptus vilipendiumque erga ordinem sacerdotalem et universum clerum manifeste generabatur: Erdélyi, *Register* p.36.

[Hegy] 2015.2.16.

**manifestus, -a, -um**

Cognicio manifesta removet tenebras ignorancie actualis: *Serm. Qinqu.* 10 (p.42).

## **manipularius, -a, -um**

Drusum sororis suae filium tribunum militum a Plotio manipulario milite iure cesum pronuncia-  
vit: BONF., *Symp.* III,892.

**manipulatio, -onis f.**

Praefatus c<omes> Petrus ... letales in suo corpore collegit passiones signanterque in eius capite, non obstantibus manipulationibus, ex ictu cuiusdam clavae manualis confracta casside mortalem suscepit laesionem: 1411 Katona, *Hist.crit.* XII p.64.



**manipulatio, -onis f.**

Praefatus c[omes] Petrus ... letales in suo corpore collegit passiones signanterque in eius capite, non obstantibus manipulationibus, ex ictu cuiusdam clavae manualis confracta casside mortalem suscepit laesionem: 1411 Katona, *Hist.crit.* XII p.64.

**manipulus, -i m.** (maniplus)

Haud secus ad lituum sparsi coiere manipuli: IAN.  
PANN. *Paneg.* 3,2,183.

**manipulus, -i m.**

Praefatus c<omes> Petrus ... per turmas viriliter dimicando et praeliando dimissisque multis hominum post se cadaveribus iacentibus in terra velut manipulis et strage facta non modica per lancearum et sagittarum et aliorum offendibilium armorum multiplices plagas et transfixiones letales in suo corpore collegit passiones: *1411 Katona, Hist.crit. XII p.64.*

**manipulus, -i m.**

Praefatus c[omes] Petrus ... per turmas viriliter dimicando et praeliando dimissisque multis hominum post se cadaveribus iacentibus in terra velut manipulis et strage facta non modica per lancearum et sagittarum et aliorum offendibilium armorum multiplices plagas et transfixiones letales in suo corpore collegit passiones: *1411 Katona, Hist.crit. XII p.64.*

**manipulus, -i m.**

Pelleaus toto vires oriente trahentem / traditur  
imparibus totiens superasse maniplis / Darium:  
IAN. PANN. *Paneg.* 3,2,96–98.

**manna, -atis** *n.*

Sub metaphora triplicis rei nominate in verbo presenti scilicet mannatis, ignis et solis, allegorice trium fit expressio persanctarum: *Serm. Quinqu.* 7 (p.36).

**manna, -tis n.**

Sub methafora triplicis rei nominate in verbo presenti scilicet mannatis, ignis et solis, allegorice trium fit expressio persanctarum, scilicet Thome apostoli, apostolici chori et apostolorum Domini: *Serm. Quinqu. 7* (p.36).

**mano, -are**

Nichil in istam singularem nativitatem de carnis concupiscencia transivit, nichil de peccati lege manavit: *Serm. Quinqu.* 12 (p.45).



**mano, -are**

(Vallis) in qua manat seu oritur rivulus: 1413  
*Zsigm. oklt.* IV,1310.

[Kóta] 2015.2.16.

## **mano, -are**

Ipse ... unum molendinum suum perpetuum et a 25. annis vel ultra cum onere censuum, dumtaxat duorum muttonum frumentorum singulis annis ... ad castrum Vereskew appellatum debendorum et persolvendorum pacifice et quiete possessum, sub eodem castro ... existens super quodam rivulo de montibus mananti cussum, erectum et habitum ... in perpetuam eleemosynam

dedisset: 1512 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.644.

[Szovák] 2015.2.16.

**mansio, -onis f.**

asserentes, quod mansio et habitatio dictorum parentum ipsius Katharinae in eo tempore potentiariae perpetrationis praemissae ibi fuisset, ... duo vel tres dixissent, mansionem parentum ipsius foeminae Katherinae nominatae tempore praemissi facti potentialis in domo vel curia ipsius castri Posoniensis per procuratorem ... ostensa habuisset (*sic*): 1383 CD Hung. X/8 p.127.

**mansio, -onis f.**

Asserentes, quod mansio et habitatio dictorum parentum ipsius Katharinae in eo tempore potentiariae perpetrationis praemissae ibi fuisset; ... duo vel tres dixissent, mansionem parentum ipsius foeminae Katherinae nominatae tempore praemissi facti potentialis in domo vel curia ipsius castri Posoniensis per procuratorem ... ostensa habuisset (*sic*): 1383 CD Hung. X/8 p.127.

**mansio, -onis f.**

Quam *domum* ... demum idem dominus archyepiscopus pro mansione et habitatione domini Ladislav, ducis Opulensis, consanguinei nostri nobis pro eadem pecunia vendiderat: 1360 Mészáros, *Visegrád* p.126.

**mansio, -onis f.**

Et predicta dicit testis facta fuisse iisdem annis,  
quibus ipse in oppido Kermend mansionem fecisset: Erdélyi, itRegister p.114.

**mansuetudo, -inis f.**

Mansuetudo est animi virtus, quando homo se tolerabilem reddit: PAUL. HUNG. *Penit.* p.213.



**mansuetus, -a, -um**

Quandoquidem nimio plus patienter et mansue-  
te, quam ab ipsis subditis nostris ac aliis nobis  
consulebatur, negotium hoc tractavimus: 1523  
BROD. *Epist.* p.75.

**mantellum, -i n.**

De aliis vero tunicis et mantellis maioris vel minoris valoris considerata panni qualitate recipi tributum consuevit: *1346 Mon.civ.Zagr. I p.182.*

**mantellum, -i n.**

de aliis vero tunicis et mantellis maioris vel minoris valoris considerata panni qualitate recipi tributum consuevit: *1346 Mon.civ.Zagr. I p.182.*

## **manumitto, -ere**

De servis autem et ancillis manumittere sibi concessimus facultatem, ratum et firmum habentes per omnia, quicquid idem fecerit: 1278/1282  
*Erd.Múz.* 1992 p.82.

**manus, -us** *f.*

Ut in hoc negocio iam tandem extrema manus imponatur: *p.1513 Bessenyei, Lettere p.15.*

**manus, -us** *f.*

Hoc presens publicum instrumentum manu propria scriptum exinde confeci: Erdélyi, *Register* p.44.

[Hegyí] 2015.2.16.

**manus, -us** *f.*

Ipse Colocensis hiis rebus cognitis castra in eis locis, quo exercitus hostium venturus est, posuit seque hosti venienti opposuit cum ipso omnino Dei adiutorio manus consorturus: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

**manus, -us** *f.*

Quia ipsa sua litteralia instrumenta ... essent  
apud manus communes reposita: 1385 Süttő,  
*Anjou* II p.262.



**manus, -us** *f.*

Post prandium operabatur manibus suis maxime opera, que ad ecclesie et sanctarum reliquiarum erant ornatum (*sc. S.Margareta*): *Vita Marg.* p.19.

**manus, -us** *f.*

Et cum aliquando in ludo ad verba contentiosa venissent, se invicem ad capillos traxissent, et sese mutuo manibus, palmis pugnisque percussissent: Erdélyi, *Register* p.139.

**manus, -us** *f.*

Virginis Margarete ... vitam et preclara merita  
... corde et animo Deo in sanctis eius devotarum  
manuum officio scripture commendamus: *Vita  
Marg.* p.17.

**manus, -us f.**

Que (*sc. B.Margareta*) ... translata est in claustrum. ... Ubi cum factā professione cum suis sororibus in manibus ... magistri ordinis esset inclusa: *Vita Marg.* p.18.

**manuentio, -onis f.**

Alias apellat et apostolos petit eo modo et forma ... et iterum ac tertio se ipsos ac ecclesiam et conventum sive monasterium ... prefatum tutionis, manutioni, protectioni sanctissimi domini nostri ... apud quos nulla personarum acceptio si-ve favor ... sem submittunt et commendant humillime: Erdélyi, *Register* p.41.

**manutergium, -i n.**

Quod ipsa domina Margaretha ... pro filia sua Elena vocata unam rubeam reverendam ac unam cistam, manutergia et alia, que in ipsa cista continebantur, item unum pulvinar magnum proprie 'derekal' vocatum, unum cervical ad nobiles pertinentes ... testamentarie legavisset: *1438 Dl 26 603.*

**mappa, -ae f.**

Lego ... ad ecclesiam Beate Marie Virginis in campo prope Chasmam pro aliquo bono ornatu ordinando et mappa ad aram flor. viginti quinque: 1499 *Mon.civ.Zagr.* II p.519; cf. *ibid.* p.520: Similiter ecclesiam Sancti Ladislai in Zala executores faciant finire et ordinent calices, ornamenta sacerdotalia ac mappas altarium aliaque necessaria ad eandem.

**marca iudicialis, -ae** *f. 'latinul' : körülírva — magyarul*

*in condigna estimatione 50 marcarum iudicialium (scil. depositae res) 1413 Zsigm.oklt. IV,785.*



**marchio, -onis** *m.*

Licet nos civitatem nostram Posoniensem illustribus Iodoco et Procopio marchionibus Moravie, patruis nostris dilectis pignoris titulo obligaverimus: 1385 Süttő, *Anjou* II p.256; *CD Hung.* X/8 p.181–182.

**marchionatus, -us *m.***

aliis etiam quam pluribus nostris castris et civitatibus munitionibusque fortissimis in eodem regno nostro Bohemiae et marchionatu Moraviae existentibus per ipsos nostros aemulos alias temere usurpatis in praedicto nostro exercituali progressu pro nobis victoriose ... recuperatis: 1424 Katona, *Hist.crit.* XII p.429.

**marchionatus, -us *m.***

durante huiusmodi inscriptione et obligatione serenissimo principi qu[ondam] d[omino] Mathiae immediato praedecessori nostro ... et regno ac coronae Hungariae de toto ducatu Silesiae ac marchionatu Moraviae superioribus annis facta ... dux eundem ducatum Oppaviae ... teneat: 1501 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.306.

**marchionatus, -us *m.***

Aliis etiam quam pluribus nostris castris et civitatibus munitionibusque fortissimis in eodem regno nostro Bohemiae et marchionatu Moraviae existentibus per ipsos nostros aemulos alias temere usurpatis in praedicto nostro exercituali progressu pro nobis victoriose ... recuperatis: 1424 Katona, *Hist.crit.* XII p.429.

**mardorina, -ae** *f. 'latinul' : körülírva — magyarul unam mardorinam in Podlusye prope Zysthan eiusdem provincie habitam ... eximentes pro curia prediali adinstar aliorum curiarum predialium nostrorum provincie eiusdem (scil. dedit): 1413 Zsigm.oklt. IV,436.*

**mardurinalis, -e** *adj.* 'latinul' : *curia tributaria.*  
*cf. 'marturinalis' 1b. — adózó, telek v. ház*  
decem curias suas mardurinales ... dimidiam  
... (scil. pignori obligat): 1413 Zsigm.oklt. IV,196.

## **mardurinus, -a, -um**

Licet ... racione ... rerum ... mobilium cum eadem quondam domina Anna tempore desponsationis ... eiusdem datarum, ... puta ... duarum vittarum muliebrium gemmis ornatarum, ... unius sube mardurine ... quedam causa in curia nostra regia ... mota fuisset: *1526 Arch.Majténi* p.560; *Dl 73 240*.

**marduris, -is f.**

Quamvis illud regnum nostrum Sclavoniae ab antiquo habuerit pro armorum insigni unum mardurem, et his armis usque praesentiarum semper usum fuisset: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.65.



**marduris, -is m.**

Quamvis illud regnum nostrum Sclavoniae ab antiquo habuerit pro armorum insigni unum mardurem, et his armis usque praesentiarum semper usum fuisset: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.65.

**mare, -is n.**

Habuerunt Veneti et ex Constantinopoli litteras  
... Turcum facere ingentes apparatus et terra, et  
mari, aggressurum omnino Hungariam primo  
quoque tempore: 1524 BOD. *Epist.* p.89.

**mare, -is n.**

Promissa sunt mihi maria et montes: 1523 BROD.  
*Epist.* p.73.

[Monostori] 2015.2.16.

**margarita, -ae f.**

Induit me Dominus ciclade auro texta, et immensis monilibus ornavit me, tradidit auribus meis inexstimabiles margaritas (cf. AASS Jan. 21. p.350): *Serm. Quinqu.* 33 (p.81).

**margo, -inis** *m.*

Singulumque folium papiri in inferiore margine nomine meo et primum pargameni similiter nomine, hic vero ultimum signo et subscriptione meis solitis et consuetis signavi: Erdélyi, *Register* p.194.

**maritalis, -e**

Lego ... pro emendis vestimentis et aliis sibi circa thorum maritalem pertinentiis: *1420 Zsigm.oklt.*  
VII,1444.

[Szovák] 2015.2.16.

## **maritalis, -e**

Que videlicet eidem puelle pro quarta puellari per antefatum condam dominum Sigismundum imperatorem et regem simul cum certis aliis possessionibus et villis iure dicti regni nostri Hungarie requirente per ipsam puellam usque ad tempus [nup]cie sue maritacionis sew copule maritalis tenende et conservande ... fuissent: 1438 Neumann, *Honoris causa* p.195.

**maritalis, -e**

Lego ... pro emendis vestimentis et aliis sibi circa thorum maritalem pertinentiis: *1420 Zsigm.oklt.*  
VII,1444.

[Szovák] 2015.2.16.



**maritimus, -a, -um**

Hostis vires maritimas augebit: 1521 Katona,  
*Hist.crit.* XIX p.305.

[Szovák] 2015.2.16.

**maritimus, -a, -um**

Hostis vires maritimas augebit: 1521 Katona,  
*Hist.crit.* XIX p.305.

[Szovák] 2015.2.16.

**marmoreus, -a, -um**

Pro certa reformatione ecclesie nostre in domo nostra Menyew misimus lapides marmoreos:  
1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.100.

**Mars, -tis m.**

Nam et terras hostiles aperto Marte invasimus:  
1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.347.

[Szovák] 2015.2.16.

## **Mars, -tis m.**

In quorum (*sc. camporum*) superiori unam stellam, quod propter continuas bellicas exercitationes, in quibus praefatum regnum nostrum Sclavoniae et eiusdem incolae adversum praedictos Turcos continue agitantur, sidus Martis volumus appellare: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.66.

**mars, -tis m.**

Nam et terras hostiles aperto Marte invasimus  
igne ferroque cuncta vastantes et venienti armato  
... forti animo ... saepe restitimus: 1503 Pray,  
*Annales IV* p.306.

**Mars, -tis** *m.*

Nam medius fidius nostratium animi hanc munificentia sanctitatis v. recreati ... ad omnem Martis aleam bellorumque discrimen subeundum alacritate speque bona pleni se se accingunt: 1525 Katona, *Hist.crit.* XIX p.561.

**Mars, -tis** *m.*

Graecanicus ille, versiculis nostro quidem Marte,

dum Italia haberemus, in hunc modum interpretatus: „>All' <'octis >alite=in dun'amenos o>u bo'uletai fortior ille quidem, qui miser esse potest”, in mentem venerat: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).



## **Mars, -tis m.**

Nam medius fidius nostratium animi hanc munificentia sanctitatis v<estrae> recreati ... ad omnem Martis aleam bellorumque discrimen subeundum alacritate speque bona pleni se se accingunt: 1525 Katona, *Hist.crit.* XIX p.561.

## **Mars, -tis m.**

in quorum (*sc. camporum*) superiori unam stellam, quod propter continuas bellicas exercitationes, in quibus praefatum regnum nostrum Sclavoniae et eiusdem incolae adversum praedictos Turcos continue agitantur, sidus Martis volumus appellare: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.66.

**martyr, -is m.**

Persecutores martirum eis magnum exequium  
prestaverunt: GEORG. HUNG. *Tract.* p.318.

**martyr, -is** *m.*

Beatus Thomas duplici gaudet privilegio sicut vere martir et pontifex, scilicet prelacionis in ecclesiastica dignitate, et passionis pro ecclesiastica libertate, quia misit ad illos, scilicet Deus, servum, id est humilem prelatum, ... et illum in capite wlneraverunt, id est capite mactato ceciderunt: *Serm. Quinqu. 21* (p.61).

**martyr, -yris** *m.* (martir)

Datum in opido nostro Thornae, sabbatho proximo ante festum Beatorum Viti et Modesti martirum: *1494 Szapolyai oklt.* p.213.

**martyrium, -i n.**

Illi per assiduas caedes suorum civium numerum diminuebant, tu, si quos inter praeliandum ex tuis amiseris, eos omnes splendidissimo martyrio auctoratos caelesti civitati donabis: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.260.

**martyrium, -ii n.**

Illi per assiduas caedes suorum civium numerum diminuebant, tu, si quos inter praeliandum ex tuis amiseris, eos omnes splendidissimo martyrio auctoratos caelesti civitati donabis: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.260.

**martyrium, -ii n.**

Quod martirium e<s>t species penitentie: GEORG.  
HUNG. *Tract.* p.318.



**martyrium, -ii n.**

In signum apercionis patientibus apertum est  
Stephano in martirio mortis: *Serm. Qinqu.* 15  
(p.51).

**mas, maris** *m.*

Qui duobus anguibus domi suae inventis, quorum si mas necaretur: BONF., *Symp.* III,563.

## **masculus, -a, -um**

Nobis ... ex eo iure geniture ad solium ipsius regni nostri Hungarie uti filius masculus ipsius olim genitoris nostri transcendentibus et sceptrum regiminis eiusdem regni nostri gubernantibus: *1383 CD Hung. X/8 p.118.*

**masculus, -a, -um**

Nobis ... ex eo iure geniture ad solium ipsius regni nostri Hungarie uti filius masculus ipsius olim genitoris nostri transcendentibus et sceptrum regiminis eiusdem regni nostri gubernantibus: *1383 CD Hung. X/8 p.118.*

## **masculus, -a, -um**

Ut ipse princeps Albertus habeat terram Prussiae illam, quam habuit hucusque, in feudum a regibus Poloniae ipse et heredes masculi eius et quattuor fratrum suorum, quibus deficientibus ipsum feudum recidat in regem Poloniae restitutis hinc inde occupatis tempore belli praeteriti: 1525 BROAD. *Epist.* p.108.

**masculus, -a, -um**

Quod si successu temporum eundem ... ducem  
... ad regiae dignitatis culmen filiis masculis le-  
gitimis ex se nondum susceptis evehi exaltarique  
contingat: 1501 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.308.

**massa, -ae f.**

Quot certatim ramos de arboribus precidentes, id est homines de massa humane perdicionis convertentes: *Serm. Quinqu.* 1 (p.25).

**massa, -ae f.**

Qui cum invenisset in deserto primo discum argenteum, 2o massam auri: *Serm. Qinqu.* 30 (p.78).



**mastruca, -ae f.**

Item Emerico de Varda fratri suo legavit mastrucam de pellibus mardurinis: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.31. = *Dl* 89 199.

**mastruca, -ae f.**

Item Emerico de Varda fratri suo legavit mastrucam de pellibus mardurinis: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.31; *Dl 89 199*.

**mater, -is f.**

Nam (*sc. B.Margareta*) extra conventum, nisi ratione matris vel sororum suarum, ducissarum presentium in claustro vix coacta et hoc raro comedebat: *Vita Marg.* p.19.

**mater, -is f.**

Quam cum adhuc mater sua regina gestaret in utero tempore Tartarice persecutionis: *Vita Marg.* p.17.

**materia, -ae f.**

Non enim scematum repertor est Deus, id est formarum, secundum Basilium in Exameron (*Basil. M. Hex. 2,3; cf. PG 29,34B*), sed tocius nature creator, materiarum simul et formarum: *Serm. Quinqu. 37* (p.87).

**materialie** (materiale?)

Est autem triplex caput, scilicet materialie, morale  
et allegoricum: *Serm. Qinqu.* 3 (p.30).

## **materialis, -e**

(*sc. Reprobi*) sunt ... super ceteros infirmi, debiles, ignobiles, difformes, timidi, pusillanimes, materiales, ydeote et omnibus aliis defectibus habundantes: GEORG. HUNG. *Tract.* p.344.

**maternus, -a, -um**

Ipsa ... domina eosdem ad vite et morum honestatem educare et inducere debeat more materno cunctis vite eorum temporibus: 1456 Neumann, *Korlátköviek* p.177.



**maternus, -a, -um**

Quidam vir fortis natus eiusque mulieris compatiens materno ululatu prosiliit in unam navem, ut iret ad adiuvandum illum: Szilády, *Temesvári* p.6.

**matertera, -ae f.**

Illi vero, qui dicti sunt fratres Domini, fuerunt filii matertherarum eius: *Serm. Quinqu.* 13 (p.47).

## **mathematicus, -a, -um**

Qui ... summa continentia et ingenii bonitate praecellunt et propterea astronomiam, theologiam, mathematicas disciplinas invenisse et caste vixisse referuntur: BONF., *Symp.* III,803.

**mathematicus, -i m.**

Ego et dominus Iohannes Nissenus mathematicus  
de tua dominatione coram plura commentamur  
indiem, qui *etc.*: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

## **matrimonialis, -e**

Quam (*sc. filiam suam*) Iohanni ... aule nostre iuveni ipsum in filium adoptivum recipiendo matrimoniali federe desponsasset: 1385 Süttő, *Anjou* II p.255.

## **matrimonialis, -e**

Quemadmodum serenissimus princeps ... parentelam et matrimonialem contractum disposerat: 1385 Süttő, *Anjou* II p.246.

## **matrimonialis, -e**

Quod nos ... parentelam et matrimonium inter ... dominam Hedwigim et ... ducem plene ... perficere volumus ipsosque in thoro nuptiali corporaliter componere et cohabitare permittemus ... secundum statuta et consuetudines ... legalis matrimonii ac sacramenti matrimonialis: 1385 Süttő, *Anjou* II p.246.

**matrimonialiter** *adv.*

Alia autem vestimenta et pulvinaria habet (sc. *ancilla*) in promptu et tandem postmodum matrimonialiter tradant marito suo: 1477 Neumann, *Korlátköviek* p.181.



**matrimonialiter** *adv.*

Quatenus ... matrimonium ... consummare  
debeatis prefatamque dominam Hedwigim ...  
duci ... in thoro nuptiali collocetis ad ample-  
xus conjugales detisque eisdem locum et copiam  
coniacendi et commorandi, prout ad matrimo-  
nialiter coniunctos pertinet: 1385 Süttő, *Anjou* II  
p.246.

**matrimonium, -i n.**

Quod nos dictas parentelam et matrimonium inter prefatos dominam Hedwigim et dominum Wilhelmum ducem plene et integraliter perficere volumus: *1385 Süttő, Anjou II p.246.*

**matrimonium, -i n.**

Nichil attemptabimus, ... per quod dictum matrimonium impediri vel per fraudem aliquam publicam vel privatam consumationem ipsius matrimonii valeat irritari: 1385 Süttő, *Anjou* II p.246.

**matrona, -ae f.**

Volentes ecclesiam ipsam utpote matronam illius regni nostri Sclavonie in omnibus eius libertatibus et consuetudinibus approbatis conservare:  
*1500 Mon.civ.Zagr. III p.1.*

**matrona, -ae f.**

Cum ... generosa domina ... in lecto egritudinis decumbens sacramentum eucaristie *et* extreme unccionis, prout catholicam decebat matronam, sibi administrari petiisset: it1519 Arch.Majtényi p.503.

**matrona, -ae f.**

Que (*sc. B.Margareta*) ... adeo evidenter et efficaciter cepit proficere, ut non solum sorores socie, ... sed etiam nobiliores matrone et domine principum coniuges in regno ... in eius moribus honestis edificabantur: *Vita Marg.* p.18.

**matrona, -ae f.**

Que (*sc. B.Margareta*) cum esset annorum vix quinque, conperiens aliquas ex sororibus indutas ciliciis incedere rogavit magistram suam, religiosam matronam nobilem, quam matrem semper vocabat: *Vita Marg.* p.18.

**matronus, -i m.**

In festo eiusdem ad manus matroni (!) ad cochiam (!) dedi fl. I: 1525 *Dl* 26345 fol.240.

[Szovák] 2015.2.16.



**matronus, -i m.**

In festo eiusdem ad manus matroni (*sic*) ad cochiam dedi fl<orenos> I: 1525 *Dl* 26345 fol.240.

[Szovák] 2015.2.16.

**matto, -are**

Ut diebus triginta hominum viginti milia imperatorio iussu in profexione verae fidei mattarentur: BONF., *Symp.* III,844.

**matula, -ae f.**

Omnia solus habes: matulam veteremque cloacam, candelabra, faces, omnia solus habes: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.130).

**mature** *adv.*

Omnibus hiis curandum est, ut se habeant in oratorio mature: GREG.GYÖNGY. *Epit.* XXVIII (p.53<sup>r</sup>).

**mature** *adv.*

Multifaria humanitatis suae merita et praeconii laude digna fidelitatis non facile memoranda insignia, quae in ipso et domo sua propria mature radicavit antiquitas et contra novitas solidavit *etc.*:  
1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.245.

## **maturesco, -ere**

Mihi vero singulares adolescentuli corporis animique dotes tantum expectationis adiecerant, ut eum (modo maturuisset etas) ad illustriora quaeque capescenda obeundaque facinora perquam idoneum fore censuerim: 1515 Theiner, *Mon.Slav.* I p.560.

**maturitas, -atis** *f.*

De apparentia simplicitatis et morum maturitate Turcorum dicere et interpretationem facere volentes notabimus, quod ... : GEORG.HUNG. *Tract.* p.344-346.

**maturitas, -atis f.**

Diffusa enim erat gratia quedam eius faciei et  
gratiosa maturitas de dispectu(*ed.: !*): *Vita Marg.*  
p.18.



**maturus, -a, -um**

Lego, ut ... filius meus ... parvulum meum nomine Mycam foveat et nutriat ad maturam aetatem: 1477 Neumann, *Korlátköviek* p.181.

## **maturus, -a, -um**

Quae (*sc. causae*) per fideles nostros ... per maiestatem nostram ad revisionem ipsarum civitatum nostrarum montanarum et rectificationem ... omnium differentiarum ... . deputatorum nostram ... in praesentiam maturioris examinis causa deductae extiterant: 1516 Wenzel, *Dóczyak* p.74.

**matutinus, -a, -um**

Ut perpetuis futuris temporibus singulis noctibus matutine, interdiu autem hore canonice et misse ordinarie cum cantu, alie vero legendo peragerentur: Erdélyi, *Register* p.27.

## **Mecenas, -atis *m.***

Alexio Thursoni ... libero domino Plesnensi et regiae maiestatis a secretis, mecaenati suo humanissimo Vaklentinus Ecchius felicitatem cum sui commendatione precatur: VALENT.ECK p.40.

**mediastrum, -i n.**

Ut ... castellanus tunc castrum Kermend eundem fratrem simulcum dicta femina captivasset, et tandem eandem ad mediastrum dicti oppidi ligari ... fecisset: Erdélyi, *Register* p.96.

**mediastrum, -i n.**

Illa vero mulier in mediastro oppidi ligata stetit:  
Erdélyi, *Register* p.158.

[Hegy] 2015.2.16.

**mediator, -oris** *m.*

Mediator autem istius contractus de novo initi fuit nobilis Georgius de Endreed cum litteris credentialibus Harazth et Sigismundi: *1517 Reg.Strig.* p.122.

**medicus, -i m.**

Quia Meynardus, medicus ipsius palatini et noster ... lapidibus locum illum fundari fecerat:  
*1343 Mészáros, Visegrád p.109; CD Zichy XII p.12–15.*



**medicus, -i m.**

De quibus (sc. vulneribus) ... per curam medicorum cum suis propriis expensis magnis fuisset liberatus: *1284 Reg.duc.* p.142.

## **medio, -are**

Arundines mediant inter Iwand et Thilay, ubi scilicet in eadem aqua est transitus curruum: *1413*  
*Zsigm.oklt.* IV,1108.

## **medio, -are**

Quam (*sc. terram*) idem servitiis suis mediantibus a domino rege ... obtinisset: 1372 Keglevich, *Garamsztb.* p.178.

## **mediocris, -e**

Quum sint ipsae (*sc. dominationes vestrae*) non mediocre membrum Christianitatis: 1503 Kato-  
na, *Hist.crit.* XVIII p.350.

**mediocriter** *adv.*

Testis respondit se esse etate viginti septem annorum vel circa, et habere de bonis temporalibus mediocriter iuxta suam condicionem: Erdélyi, *Register* p.91.

## **Mediolanum, -i n.**

Christianissimo ac excellentiss[imo] principi et domino d[omino] Ludovico, d[ei] gr[atia] Francorum, Siciliae, Ierusalem regi, duci Mediolani et Ianue, domino affini et consanguineo nostro carissimo Wladislaus ... rex salutem: 1505 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.417.

**meditatio, -onis f.**

Quibus (*sc. servitiis*) idem in plerisque nostris negotiis ... meditatione sedula, virtute eximia et iugi laborum instantia ac sollertia diligenti ... nobis studuit complacere: 1360 Mészáros, *Visegrád* p.125.

**medium, -i n.**

Quod ipsi fratres lusissent ad cartas usque post medium noctis, et qui lucrum in cartis perdidisset: Erdélyi, itRegister p.121.



**medium, -ii n.**

Dum venissemus huc ad serenissimum principem d[ominum] Ioannem Albertum ... super mediis pacis inter ipsorum maiestates, regna et dominia eorumdem tractaturi: 1499 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.180.

**medium, -ii n.**

Non fuit ... mentis nostrae, ... quo ... ad remissionem illarum terrarum oratores nostros pro arbitratoribus mitteremus, sed tamquam bonos mediatores et honesta pacis media: 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.342.

## **medius fidius**

Si nulla, medius fidius, esset religio, nulla pietas, quis est adeo mentis inops, adeo oblitus sui, qui haec barbarorum portenta perferre possit?: 1521  
Katona, *Hist.crit.* XIX p.249.

## **medius fidius**

Si nulla, medius fidius, esset religio, nulla pietas, quis est adeo mentis inops, adeo oblitus sui, qui haec barbarorum portenta perferre possit?: 1521  
Katona, *Hist.crit.* XIX p.249.

**medius, -a, -um** *ezúttal főnevesült formában*  
Apud regem Poloniae intelligimus esse oratores  
Turcae duos pacem ab eo et medio eius a rege  
Hungariae petentes: 1525 BROD. *Epist.* p.115.

**medo, -onis** *m.*

Quidam eius pauper convicaneus picam tenebat, que sepius per fenestram divitis illius absentis intrans rostro per foramen de florenis extrahebat, quotquot poterat, et ascendens ad pilam cucurbite istius, que pendeat in signum medonis propinati, ut moris est, raptos florenos reponebat: Szilády, *Temesvári* p.75.

**medulla, -ae f.**

Que medullam nostri cordis dira passione amarissime lacerabat: *1350 TGy 1835/II p.93.*

**medullatus, -a, -um,**

Convivium vindemie, id est iocunditatis omnimodis (*recte forsitan: omnimodae*), pigwium medullatorum, id est internorum gaudiorum: *Serm. Quinqu. 2* (p.27).



## **mehercle**

Quam (*sc. beneficentiam*) mehercle tantam in me expertus sum et cotidie magis experior, quantam etiam petere voto immodicum esset: 1513 Teleki-Kovácsnay, IAN. PANN. *Dedic.* II p.252.

## **mehercle**

Quam (*sc. beneficentiam*) mehercle tantam in me expertus sum et cotidie magis experior, quantam etiam petere voto immodicum esset: 1513 Teleki-Kovácsnay: IAN.PANN: *Dedic.* II p.252.

## **mehercle**

Egidium Moravum meum, hominem mehercle non tam frugi quam fidei, virtutum ac integritatis oppletissimum mei gratia commendatum habere non dedigneris: 1514 TAUR. *Epist.* 1 129.

**mel, mellis** *n.*

Item die sabati ante die Galli confessoris emi mel  
octualia duo pro lictario d<enarii> 31: 1521 Nó-  
grádi, *Kanizsai* II,779 (p.54).

**mel, mellis** *n.*

Et hoc innuitur ex eo, quod sub ligwa sua dicitur  
habuisse mel et lac, id est puericie aptum cibum:  
*Serm. Qinqu.* 34 (p.83).

**melancholia, -ae f.** (melancola)

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput cephalaea, ... melancholia: BONF.  
*Symp.* III,442.

**melicera, -ae f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant egritudines: caput caphelea, ... abest, ut ... melicera: BONF. *Symp.* III,446.

## **melioro, -are**

Quando, scilicet in campo, sagittatum et mortuum relictum Deus suscitavit ad hoc, ut ipsemet dicit, ut conveniret Dioclecianum de iniusta nece sanctorum, quorum precibus mundus melioratur: *Serm. Quinqu. 32* (p.80-81).



## **melioro, -are**

Quod dicti fratres propterea se et vitam eorum meliorassent, et divina officia melius persolverent: Erdélyi, *Register* p.111.

**melius** *adv.*

Quod dicti fratres propterea se et vitam eorum  
meliorassent, et divina officia melius persolvissent: Erdélyi, *Register* p.111.

**melius** *adv.*

Quod observantini melius et perfectius peragerent divina officia, quam fratres ordinis Sancti Augustini: Erdélyi, *Register* p.101.

**mellificium, -i n.**

Sibi et eius successoribus ... terras ... cum eorum omnibus appertinentiis, censibus, fructibus, redditibus, proventibus, iurisdictionibus temporalibus, possessionibus, agris, pratis, lignis, piscinis, lacubus, silvis, nemoribus, mellificiis, piscaturis, paludibus, aquis et aquarum decursibus, molendinis et emolumentis , quercetis, pinetis, virgultis, gaiis (*ed. addit: plagis*), miricis (*ed. ad-*

*dit: locis incultis), aucupationibus, venationibus, exactionibus ordinariis, attinentiis et appendiis universis ... obligavimus: 1412 Katona, Hist.crit. XII p.127.*

**mellificium, -ii n.**

Sibi et eius successoribus ... terras ... cum eorum omnibus appertinentiis, censibus *etc.* ... piscinis, lacubus, silvis, nemoribus, mellificiis, piscaturis, paludibus, aquis et aquarum decursibus *etc.* ... attinentiis et appendiis universis ... obligavimus: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.127.

## **mellifico, -are**

Sicut parve apes plus mellificant et parve galline plura ova ponunt, secundum dictum Aristotelis in libro De animalibus (?): *Serm. Quinqu.* 3 (p.30).

## **mellifico, -are**

Sicut parve apes plus mellificant et parve galline  
plura ova ponunt, secundum dictum Aristotelis:  
*Serm. Quinqu.* 3 (p.30).



**membrum dyaboli -i n.**

(Excommunicatus) tamquam dyaboli membrum  
(evitari debet): *1414 Zsigm. oklt. IV,2591.*

**membrum, -i n.**

Ut ipsi ... nostris ... temporibus fidele et incorruptum membrum sacrae coronae regni Hungariae inviolabilis fidelitatis constantia absque ullius infidelitatis reprehensione exstiterint: 1413  
Katona, *Hist.crit.* XII p.158.

**membrum, -i n.**

Quia hoc notorium esse caesareae m[aiestati] potest, quod omnes Christiani principes tam notabilis membri Christianitatis, sicuti est regnum Poloniae cladem et perniciem nullatenus patientur:  
*1496 Katona, Hist.crit. XVIII p.50.*

**membrum, -i n.**

Civitatem nostram Spalatensem ... tamquam fidele et principale membrum resumimus, restauramus et approbamus et de novo incorporamus:  
*1413 Katona, Hist.crit. XII p.159.*

[Szovák] 2015.2.16.

**membrum, -i n.**

quia hoc notorium esse caesareae m[aiestati] potest, quod omnes Christiani principes tam notabilis membri Christianitatis, sicuti est regnum Poloniae cladem et perniciem nullatenus patientur:  
*1496 Katona, Hist.crit. XVIII p.50.*

**membrum, -i n.**

ut ipsi ... nostris ... temporibus fidele et incorruptum membrum sacrae coronae regni Hungariae inviolabilis fidelitatis constantia absque ullius infidelitatis reprehensione exstiterint: 1413 Kato-  
na, *Hist.crit.* XII p.158.

**membrum, -i n.**

civitatem nostram Spalatensem ... tamquam fidele et principale membrum resumimus, restauramus et approbamus et de novo incorporamus:  
*1413 Katona, Hist.crit. XII p.159.*

[Szovák] 2015.2.16.

**membrum, -i n.**

Quandoquidem tot eius cervici impendent curae,  
quot membris est praefectus: VALENT. ECK p.48.



## **memet**

Cui meme (*sic, forsán pro memet*) ad quevis servitia paratissimum offero: 1516 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C  
Tóth, *Levelesláda* p.106.

## **memini, meminisse**

Si bene memini, dederam eas *litteras* vestrae ... dominationi, vel si apud me remanserant, sunt vel apud Egidium Zephyrum, sollicitatorem meum, vel inter reculas meas istic relictas: 1524 BROD. *Epist.* p.102.

**memoratio, -onis f.**

Quoniam Dei memoracionem delectacio sequitur: *Serm. Quinqu.* 15 (p.52).

**memoria, -ae f.**

Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, poni solent insignia testium et scripture memoria perhennari: 1367 Keglevich, *Garamsztb.* p.149.

**memoria, -ae f.**

Tuum erit, ne sollicitudini meę, ne principis humanissimi voto pio praesertim, ne Augustini perpetuandę memorię, ne tibi ipsi desis: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**memoria, -ae f.**

Mihi in mentem venit te Augustino meo, regis Vladis(lai), sanctę utriusque memorię, a secretis in utraque fortuna probatissimo usum fuisse quam familiarissime: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**memoria, -ae f.**

Quem (*sc. affectum*) ad ipsum regnum Bohemicum gerimus, ad hoc enim nos, qui ex ipso originem traximus, velut haeredem invitat et allicit natalis soli dulcis memoria, quae illius fore nos immemores non permittit: *1417 CD Hung. X/5 p.760.*

**memoria, -ae f.**

Sancte recordationis virginis Margarete ... vitam et preclara merita a nobis visa magis, quam audita ad memoriam revocamus: *Vita Marg.* p.17.



**mendacium, -i n.**

Mendacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi nota quod alium est mentiri et alium est mendacium loqui et alium falsum dicere: PAUL.HUNG. *Penit.* p.205.

**mendacium, -i n.**

Ecce, die altero in congressu belli oppido sagitta est vulneratus et pertimescens damnationem, combussit mox dictam chartam, expertus, quia mendacium est talia valere: Szilády, *Temesvári* p.32.

## **mendico, -are**

Dicit etiam testis se vidisse dum, cum eisdem frequenter ad mendicandum ivisset: Erdélyi, itRegister p.121.

**mendosus, -a, -um**

Insuper vestros homines mendosos et iniquos seductores in possessiones nostras seducere non mittatis:1464 Zimmermann, *Urkb.* VI p.183.

**mens, mentis f.**

Acta sunt hec et facta anno, indictione, die, mense, hora, loco et pontificatu: Erdélyi, *Register* p.45.

[Hegy] 2015.2.16.

**mens, mentis f.**

Puto vestram ... dominationem intellexisse mentem sanctissimi domini nostri de persona mea cum vestra ... dominatione mittenda: 1525 BROD. *Epist.* p.113.

**mens, mentis f.**

Sed quicquid pontifex ex sacri fortasse collegii inductione ... scripserit, illam esse sciat vestra maiestas pontificis mentem, quam perscripsi et nullam aliam: 1525 BROD. *Epist.* p.119.

**mens, mentis f.**

Deus det suae maiestati et ... suae maiestatis  
consiliariis talem mentem, ne illud nobilissimum  
ac potentissimum regnum ... amittant: 1525  
BROD. *Epist.* p.119.



**mens, -tis f.**

Graecanicus ille, versiculis nostro quidem Marte, dum Italia haberemus, in hunc modum interpretatus: «>All' <'octis >alite=in dun'amenos o>u bo'uletai fortior ille quidem, qui miser esse potest», in mentem venerat: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**mens, -tis f.**

Iam has obsignaveram, ubi mihi in mentem venit,  
te Augustino meo ... usum fuisse quam familia-  
rissime: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**mensa, -ae f.**

Item eodem die emi ad mensam puellarum et dominorum panes d<enarii> 15: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* II,613 (p.47).

**mensa, -ae f.**

Omnia solus habes: spondam lectosque, cubi-  
le, scriniola et mensas, omnia solus habes: 1514  
TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**mensa, -ae f.**

Omnibus hiis curandum est, ut se habeant in oratorio mature, ... iuxta reliquias timorate, in mensa et capitulo composite. GREG. GYÖNGY. *Epit.* XXVIII (p.53<sup>r</sup>).

**mensale, -is n.**

Item feria quinta ... portariis unum mensale  
emi d<enarii> 13: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,814  
(p.102).

**mensis, -is** *m.*

Multi menses in his consultationibus et legatorum expeditionibus frustra consumpti: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**mensis, -is m.**

Congregat non parum pecuniae, verum quod  
converrit mensis, brumalis dies decoquit: 1514  
TAUR. *Epist.* 1 (p.128).



## **menstruatus, -a, -um**

Exemplum de muliere menstruata, cuius stramenta erant immunda secundum legem propter fluxum sanguinis: *Serm. Quinqu.* 4 (p.32).

## **menstruatus, -a, -um**

Exemplum de muliere menstruata, cuius stramenta erant immunda secundum legem propter fluxum sagwinis: *Serm. Quinqu.* 4 (p.32).

**mensualis, -is f.**

Item eodem die Leonardo Here dedi pro mensuale dedi (sic) fl<orenum> 2: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,425 (p.37).

**mensura, -ae f.**

Item homines extranei de qualibet vinea integra solvent cubulos vini octo et avenam cum mensura chapo una et denarios quatuor: *1524 SMM 1981* p.34.

**mensura, -ae f.**

Cum ... iobagiones ab eo tempore, cuius non starat memoria hominum, singulis annis ... unam metretam avene cum mensura ipsius ville Gymolt consueta mensurando ... plebano ... solvere consueti extitissent: *1378 Veszpr.okl.* II p.315.

**mensura, -ae f.**

Deinde pro fenestris capelle nostre ex filo cupreo  
rete illud, si factum est, significetis nobis, mensu-  
ram enim per ... Iohannem ... misimus vobis:  
1516 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Le-  
velesláda*

**mensuratio, -onis f.**

*Cum* iuxta continentiam ... litterarum ... super facto divisionis, mensurationis ac statutionis possessionarie portionis in dicta possessione Kystopolchan habite modo et ordine in eisdem co-scripto fiendis emanatarum ... iustitiam facere cepissemus: 1364 Keglevich, *Garamsztb.* p.130; cf. *inferius*: premissae possessionarie divisionis, mensurationis, estimationis et statutionis tempore.

**mensuratio, -onis** *f.*

directo modo ad plagam australem semper in acie dicti magni fossati peragrando pervenissent ad priorem metam angularem iuxta arborem seu dumum sambucii erectam, ubi finivissent dictas mensurationem et extraditionem predicte domus et curie.: 1419 *Zsigm.oklt.* VII,158.



**mensuratio, -onis** *f.*

Numerumque et certam quantitatem huiusmodi mensurationis, quot videlicet aratra seu iugera inibi contineantur: *1419 Zsigm.oklt.* VII,169.

**measurella, -ae f.**

Item de singulis saccis bladi cuiuscumque et leguminum ad pondus hominis recipi consueverunt singule mesurelle sive metretelle, sicut fuit et alias consuetum: *1346 Mon.civ.Zagr.* I p.182.

**measurella, -ae f.**

Item de singulis saccis bladi cuiuscumque et leguminum ad pondus hominis recipiantur singule measurelle sive metretelle, sicuti fuit alias consuetum: *1343 Mon.civ.Zagr.* I p.161.

**measurella, -ae f.**

Item de singulis saccis bladi cuiuscumque et leguminum ad pondus hominis recipi consueverunt singule mesurelle sive metretelle, sicut fuit et alias consuetum: *1346 Mon.civ.Zagr.* I p.182.

## **mensuro, -are**

Cum ... iobagiones ab eo tempore, cuius non starat memoria hominum, singulis annis ... unam metretam avene cum mensura ipsius ville Gymolt consueta mensurando ... plebano ... solvere consueti extitissent: *1378 Veszpr.okl.* II p.315.

**mentalis, -e**

Manet autem Spiritus in homine per humilitatem mentalem: *Serm. Quinqu.* 31 (p.80).

**mentio, -onis f.**

Series articulorum per magistrum Martinum de Wyhel productorum, de quibus immediate fit mentio: Erdélyi, *Register* p.26.

**mercantia, -ae f.**

Cum tamen antiqua eorum consuetudo ... requirat, quod nullus tricesimatorum seu tributiorum ipsorum mercatorum mercantias dissolvere auderet, nisi prius unam marcam auri currui appenderet, quam consuetudinem minime curaretis: *1383 CD Hung. X/8 p.117.*



**mercantia, -ae f.**

Cum tamen antiqua eorum consuetudo ... requirat, quod nullus tricesimatorum seu tributiorum ipsorum mercatorum mercantias dissolvere auderet, nisi prius unam marcam auri currui appenderet, quam consuetudinem minime curaretis: *1383 CD Hung. X/8 p.117.*

**mercantia, -ae f.**

Dicit testis se fuisse in Alba Regali cum suis mercantiis: Erdélyi, *Register* p.183.

## **mercenarius, -a, -um**

Externum vero mercenariumque militem in supplementum conscribere per rei pecuniariae inopiam non licet: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.251.

## **mercenarius, -a, -um**

Externum vero mercenariumque militem in supplementum conscribere per rei pecuniariae inopiam non licet: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.251.

**mercenarius, -i m.**

Item die sabati ... Nicolao mercenario de Peterfalwa in sortem sallarii d<enarii> 40: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,13 (p.15).

**mercenarius, -i m.**

Item feria secunda ... Emerico mercenario de Sar in sortem salarii sui d<enarii> 35: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* I,30 14).

**mercenarius, -ii m.**

Dum ... praefati Petrus et Tobias ... pro succidendis lignis cum familiaribus et mercenariis ipsorum ad quamdam silvam ipsorum ... misissent: 1501 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.283.

**merces, -edis f.**

Item quando Andreas laborabat molendinum,  
tunc dedi illi pro mercede sua fl<orenum> 1: 1521  
Nógrádi, *Kanizsai* II,722 (p.51).



**merces, -edis f.**

Quod prefati pauperes fratres ... neque advocatum, neque sollicitatorem ... allegare sive scribere, aut eorum causam agere velit, reperire etiam magna et plusquam idonea mercede et solutione promissa et effectualiter, etiam antequam aliquid laboraverint sive scripserint: Erdélyi, *Register* p.41.

**mercimonium, -i n.**

de singulis marcis valoris talium rerum et mercimoniarum (sic ed.) recipiantur denarii duo: 1343  
*Mon.civ.Zagr.* I p.160.

**mercimonium, -ii n.**

Yonos has sententias copulat vendens populis  
mercimonia spiritualia: GEORG. HUNG. *Tract.* p.413.

**mereor, -eri, meritus sum v. merens, -entis ??**

Summa ... vestrae serenitatis clementia et singularis in omnes liberalitas ac munificentia spem mihi dat vestram serenitatem preces etiam nihil a se merentis servitoris non aspernaturam: 1524  
BROD. *Epist.* p.94.

**mereor, -eri, meritus sum**

Nam maiora (*sc. beneficia*), sicuti non mereor, ita neque petere ausim: 1524 BROD. *Epist.* p.95.

**mereor, -eri**

Licet ipsi a nobis multo maiora antidotum premia  
mererentur: 1385 Süttő, *Anjou* II p.265.

**meretricula, -ae f.**

Cum diversa sit et infidia, veluti meretricula,  
modo hanc, modo aliam formam subire potest:  
BONF. *Symp* III,284.

## **meridio, -are**

Ad cuius patulae arboris umbram silvestris capra colore subfusco in herbido solo iacet atque meridiat: 1497 Kubinyi *Genealogia* p. 30.



**meridionalis, -is** *adj.* (meredionalis)

Ad eandem plagam meredionalem satis bene eundo venissent similiter ad aliam tumositatem terre:  
*1413 Zsigm.oklt. IV,1013.*

## **meritorius, -a, -um**

Quibusdam in ore gladii, quibusdam vero per poenam meritoriam ignis voragine interemtis:  
1424 Katona, *Hist.crit.* XII p.429.

## **meritorius, -a, -um**

Propter meritoria servitia eorundem ... predictas terras ... reddidimus ... predictis: *1275 Erd.Múz.* 1992 p.81.

## **meritorius, -a, -um**

Quibusdam in ore gladii, quibusdam vero per poenam meritoriam ignis voragine interemtis:  
1424 Katona, *Hist.crit.* XII p.429.

**meritum, -i n.**

Scire ... te velim ... me hospitem quendam ...  
nescio, an Rhamnusia fato an meis male meritis,  
reperisse adeo cupidum, ... ut non sit satis aesti-  
mare: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**meritum, -i n.**

Dominus Scardonensis ... maiestatem vestram  
non cessat pro merito ubique laudare et extollere:  
1523 BROD. *Epist.* p.85.

**meritum, -i n.**

Primo quidem, virginitatis honore, quia gloria Libani, id est meritum et premium virginitatis, data est ei (*sc. S.Luciae*): *Serm. Qinqu. 5* (p.33).

**meritum, -i n.**

Sancte recordationis virginis Margarete ... vitam et preclara merita a nobis visa magis, quam audita ad memoriam revocamus: *Vita Marg.* p.17.



**meritum, -i n.**

Quo tua erga nos merita et nostrum vicissim erga te favorem uberrime cumulabis: 1525 BROD. *Epist.* p.116.

**meritum, -i n.**

Qui ex officio suscepti regiminis merita causarum  
examinare debemus: *1291 Erd.Múz.* 1992 p.84.

**meritum, -i n.**

Proindeque et commendavimus iam saepe ipsi ... nepoti nostro virtutem et merita tua et commendare in dies magis non desistemus: 1525  
BROD. *Epist.* p.107.

**messio, -onis f.**

Item eodem die pro mesione avene dedi Iohanni Veres d[enarios] 40: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,235 (p.71).

**messis, -is f.**

Qualis futura fit (codd. Wsqq, P, f: sit) illa messis dyabolice operationis, quando ipse Sathanas in humana forma (codd. Wsqq: humanam formam) transformatus ad omnia opera nequicie ... se offer[t]et: GEORG. HUNG. *Tract.* p.326.

**messis, -is** *f.*

Si ad amplissimam messem sanctorum novi testamenti accedere et, quid in singulorum purificate mentis affectu divina gratia tam de theologicis quam cardinalibus et moralibus virtutum speciebus fructus produxerit, scire quis et intelligere voluerit, Christianorum librias percurrat: GEORG. HUNG. *Tract.* p.398.

**messor, -is m.**

Item eodem die messoribus milium dedi d<enarios]  
15: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,729 (p.98).

**messura, -ae f.**

Dominus magnificus dedit et assignavit ad mes-  
suram avenarum sue magnificentie fl[orens] 12:  
1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,717 (p.97).



**met**

Quod ... Nicolaus ... duodecimusmet hominibus sibi similibus se incluso ... iuramentum prestare debuissent: 1368 Keglevich, *Garamsztb.* p.154.

**-met**

Circumseptus angustiis Ludovicus quid faciat, quos imploret nisi eosdemmet principes ac illos praesertim, quorum salus in Hungariae defensione continetur: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.303.

**met** (meth)

Item eodem die Martino cum tribus meth (ed.: ?)  
dedi flforenos] 3,5: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,471  
(p.133).

**-met**

Tot undique circumseptus angustiis Ludovicus quid faciat, quos imploret nis eosdemmet principes ac illos praesertim, quorum salus in Hungariae defensione continetur: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.303.

**meta, -ae f.**

Quod ipsa serenitas regia ultra elapsum unius anni personaliter cum magna copia gentium extra metas regni huius exercituavit: 1469 Zimmermann, *Urkb.* VI p.390.

## **metalīs, -e**

Hinc pergeret (*sc. terminus*) in dorso monticuli 'berch' dicti usque ad terminos metales possessionis Felfalu, que ad partem dexteram separaret possessioni Badoniche nobilium de Symoni: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.164.

**metaliter** *adv.*

Dum eandem (*sc. terram*) ab aliorum iuribus possessionariis metaliter sequestrare et distinguere ... voliusset (*sic ed.; sc. homo regius*): 1385 Keglevich, *Garamsztb.* p.217.

**metallum, -i n.**

Aurum enim est precipuum in metallis, thus in sacrificiis, mirra in sepulturis: *Serm. Qinqu.* 25 (p.68).



**metaphora, -ae f.**

Sub methafora triplicis rei nominate in verbo presenti scilicet mannatis, ignis et solis, allegorice trium fit expressio persanctarum, scilicet Thome apostoli, apostolici chori et apostolorum Domini: *Serm. Qinqu. 7* (p.36).

**metaphora, -ae f.**

Sub metaphora triplicis rei nominate in verbo presenti scilicet mannatis, ignis et solis, allegorice trium fit expressio persanctarum: *Serm. Quinqu.* 7 (p.36).

## **metaphoricus, -a, -um**

Est enim in talibus locutio sua methaphorica:  
*Serm. Quinqu. 33* (p.81).

**meto, -ere**

Item omnes tenentur sine solutione seminarie et  
metere in acervumque locare: *1524 SMM 1981*  
p.35.

**metretella, -ae f.**

Item de singulis saccis bladi cuiuscumque et leguminum ad pondus hominis recipi consueverunt singule mesurelle sive metretelle, sicut fuit et alias consuetum: *1346 Mon.civ.Zagr.* I 182.

**metretella, -ae f.**

Item de singulis saccis bladi cuiuscumque et leguminum ad pondus hominis recipi consueverunt singule mesurelle sive metretelle, sicut fuit et alias consuetum: *1346 Mon.civ.Zagr.* I p.182.

**metretella, -ae f.**

Item de singulis saccis bladi cuiuscumque et leguminum ad pondus hominis recipiantur singule mesurelle sive metretelle, sicuti fuit alias consuetum: *1343 Mon.civ.Zagr.* I p.161.

## **metropolitanus, -a, -um**

Georgius Dei et apostolice sedis gratia episcopus  
Quinqueecclesiensis ... metropolitanarum, ca-  
nonicis parochialumque ecclesiarum rectoribus  
... salutem in Domino: Erdélyi, *Register* p.12.



**metus, -us** *m.*

Ego nihil potuissem audire, quod me inter tot metus magis recreare potuisset et quod existimassem ad praesentem rerum nostrarum statum esse magis accomodatum: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**meus, -a, -um**

Gratulor itaque tibi, mihi gaudeo, te amo, mi Vadiane: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

[Szovák] 2015.2.16.

## **meus, -a, -um**

Ita enim versiculos illos meos inverterant, ita adulteraverant, sic depravarant, ut eos, quamvis proprii fētus erant, prima fronte meos esse non cognoscerem: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**mico, -are**

Parmam laeva tenet, stricto micat altera ferro:  
IAN.PANN. *Paneg.* 3,2,214.

[Szovák] 2015.2.16.

**mico, -are**

Nondum districtus tremulo fulgore micabat / en-  
sis: IAN. PANN. *Paneg.* 3,2,67.

**microcosmus, -i m.**

Sapientes, qui microcosmon, id est, parvum mundum hominem esse dicerunt: BONF. *Symp.* III,333.

## **migro, -are**

Que (*sc. puella*) cum superasset ignem, picem et resinam, fervens oleum, gladium in ore eius mergi fecerunt et migravit ad agnum, sponsum, dominum Iesum Christum: *Serm. Quinqu. 5* (p.35).

**migro, -are**

Qui omnia novit et qui infra triduum ad Poloniam  
hinc migravit: 1518 Bessenyei, *Lettere* p.13.



**miles, -itis** *m.* (milex)

Sunt et alia genera abusionum, que non in foro penitentiali, set alias attenduntur ut est diabolus benignus ... milex predicator: PAUL.HUNG. *Penit.* p.196.

**miles, -itis m.**

Episcopus ... magnos ... facit sumptus in alienis militibus pro regni defensione: 1525 Theiner, *Mon.Slav.* I p.588.

**miles, -itis** *m.*

Venerunt nova de Constantinopoli ... Milites praetorianos, quos ianyceros vocant, seditione facta, quod augeri sibi stipem annuam postulabant, plures domos et inter ceteras Imbraym bas-sae et nonnullorum aliorum diripuisse atque in praedam vertisse: 1525 BROD. *Epist.* p.119.

**militia, -ae f.**

Ne deteriora prioribus in militia Christiana con-  
tingerent: 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.244.

**militia, -ae f.**

Ad puritatem pertinet integritas matris, ad humilitatem paupertas prolis, ad dignitatem laudacio milicie celestis: *Serm. Quinqu.* 13 (p.47).

**militia, -ae f.**

Ut sanguinis effusio populi Christiani et exterminium militiae catholicae evitaretur: 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.245.

**milium, -i n.**

Item eodem die emi in Solthon millium ad seminandum d<enariis> 8: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* III,73 (p.63).

**milium**, -i *n.* (millium)

Item die dominico ... portaverunt de Solthon  
millium pro implendis viscera p<orcorum>: 1520  
Nógrádi, *Kanizsai* II,20 16).



**mili**um, -i *n.*

Quod aliquando laici in tabernis inebriatorum huiusmodi fratrum Augustiniensum capita et clericas ac tonsuram liniendo et inungendo cum cibariis de milio factis penitus commaculassent et deturpassent: Erdélyi, itRegister p.127.

## **mille**

In his quinquaginta milibus ducatorum, quod ...  
legatus habet in potestate, adversus hostem po-  
tentissimum leve admodum et perexiguum habe-  
bimus praesidium: 1524 BROD. *Epist.* p.86.

**millennarium, -i n.**

Dicitur, quod finiri debet mundus in septimo millenario annorum, scilicet a principio mundi: Szilády, *Temesvári* p.52.

## **milliarius, -a, -um**

Similes lapidibus miliaris, qui aliis viam ostendunt, sed ipsi ambulare non possunt: *Serm. Quinqu.* 26 (p.70).

## **millio, -onis**

Pro securitate illius pecunie cesar nunc in conventu in presencia amborum regum vel deputatorum suorum consignet et impignoret fere omnia sua iocalia (editoris interpretatio: monilia, gemmas, etc.) patrimonialia, que secundum iustam estimationem ascendunt ad valorem unius millionis auri, et deponet illa apud provinciales Austrie: 1515 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.879.

**mina, -ae f.**

Humana conditio ... nec copiositate glorie, nec valide potestatis iuribus predestinata nature defenditur a mina: *1269 Veszpr. okl.* I p.52.

**minatorius, -a, -um**

Verbis illicitis ac minatoriis: *1470 Dreska* III,678.

## **minax, -acis**

Quid erit impedimento, quo minus hoc praepotenti praesidio, veluti quodam firmissimo aggerе comminuto, non undique rapidissimi torrentis more, minaci impetu furens cuncta deiiciat atque prosternat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.305.



## **minax, -acis**

Quid erit impedimento, quo minus hoc praepotenti praesidio, veluti quodam firmissimo aggerе comminuto, non undique rapidissimi torrentis more, minaci impetu furens cuncta deiiciat atque prosternat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.305.

**minister, -i m.**

Universis tam praesentibus, quam posteris, praesentes litteras inspecturis fr[at]er M., minister et servus fratrum ordinis minorum per Hungariam custodesque totius provinciae cum universis discretis ad capitulum provinciale congregatis salutem et orationes in Domino!: 1248/XVIII CD  
*Hung.* IV/2 p.23.

**ministerium, -i n.**

His (*sc. hominibus christianis Turci*) vehunt, his arant, his fodiunt, his abiectissima exercent omnia erubescendaque ministeria: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.248.

**ministerium, -ii n.**

His (sc. hominibus christianis Turci) vehunt,  
his arant, his fodiunt, his abiectissima exercent  
omnia erubescendaque ministeria: 1521 Katona,  
*Hist.crit.* XIX p.248.

**ministerium, -ii n.**

Quia ... ministerium nostrum magis est necessarium populo et universo regno, merito vota populi nobis debentur: GEORG. HUNG. *Tract.* p.374.

**ministerium, -ii n.**

Precepit rex, ut introducerentur pueri, ... "eruditos sapientia", per saporem contemplationis, "doctos disciplina", in moribus conservationis, ut "possent stare in palacio regis" (*Dan. 1,4*), id est in ministerio divine maiestatis in celo: *Serm. Quinqu. 19* (p.58).

**ministratio, -onis** *f.*

Scilicet sanctificatio a culpa, exercitatio in laude divina, mortificatio in carne propria et ministratio coram maiestate superna: *Serm. Quinqu.* 19 (p.58)..

**minitor, -ari**

Ex litteris ... habemus conventum regni ... fuisse turbulentissimum ac nobilitatem rebus infectis

abiise male contentam et omnia extrema minitantem, sese conventum pro libito suo armatos facturos rebusque regni aliter consulturos: 1525  
BROD. *Epist.* p.114–15.



**minoratio, -onis f.**

Nam parvulus nomen est diminutivum et rei minoracionem designat et humilitatem insinuat: *Serm. Quinqu.* 12 (p.45).

**minoritas, -atis** *f.*

Ne iudicaretur id fieri in contemptum et minoritatem m<aiesta>tis v<est>re, ... conventum illum distulimus: *1514 Acta Tom. III p.259.*

[Szovák] 2015.2.16.

## **minuo, -ere, minui minutus**

Minuet ... meum dolorem sanctae sedis apostolicae necessitas et obsequium, quod vestram ... dominationem abesse cogit: 1524 BROD. *Epist.* p.105.

**minus** *adv.*

Non minus certe, quam si omnia amplissima eius  
intercessione fuissem consecutus: 1524 BROD.  
*Epist.* p.104.

## **minusculus, -a, -um**

Velutum de carmasino rubeo et figurato pro una giploide d<ominationi> v<estre> transmisi et licet sit satis exiguum et parum minusculum, tamen spero vos benignitate vestra gratanter accepturos: *1449 TSz 1929 p.134; Dl 80935.*

**minutio, -onis f.**

Pro sanguinis eciam minucione quolibet anno ...  
quatuor vicibus balneorum minutores tenebuntur  
nobis providere: *1364 Mon.episc.Zagr.* II p.230.

**minutio, -onis f.**

Siquis prognosticat futura ex astris ea, que ex eorum causalitate naturaliter dependent, puta siccitates, pluvias, minutiones, facere homini non sunt illicita: Szilády, *Temesvári* p.33.

**minutor, -oris** *m.*

Pro sanguinis eciam minucione quolibet anno . . .  
quatuor vicibus balneorum minutores tenebuntur  
nobis providere: *1364 Mon.episc.Zagr. II p.230.*



## **mirabilis, -e**

Mirabile dictu tanti sanguinis altitudo et adhuc teneravestes habitus sui, si de panno notabiliter precioso supra alias coevas suasfuissent, erubescibat portare: *Vita Marg.* p.18.

**mirabiliter** *adv.*

Novi et ego quendam studentem in universitate Cracoviensi, qui cum non bene posset profecere in studio, Beatam Catarinam invocavit, et tandem mirabiliter profecit: Szilády, *Temesvári* p.4.

**miraculum, -i n.**

Miracula ... pauca de plurimis eius meritis facta diligenter verissimorum testium assertione probata superaddemus: *Vita Marg.* p.17.

**mirandus, -a, -um**

Hic perit Argivi mirando funere vatis / mersus in  
abrupto barathri candentis hiatu: IAN. PANN. *Pa-*  
*neg.* 3,2,271–72.

**mirias, -adis** *f.*

Sunt etiam tot angelorum miriades et ierarchiae, quae non ex maculosa propagatione, sed subita dei dispositione illico sunt editae: BONF., *Symp.* III,481.

**miricum, -i n. (?)**

Sibi et eius successoribus ... terras ... cum eorum omnibus appertinentiis, censibus *etc.* ... molendinis et emolumentis , quercetis, pinetis, virgultis, gaiis (*ed. addit: plagis*), miricis (*ed. addit: locis incultis*), aucupationibus, venationibus, exactionibus ordinariis, attinentiis et appendiis universis ... obligavimus: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.127.

**miricum, -i n.**

Sibi et eius successoribus ... terras ... cum eorum omnibus appertinentiis, censibus, fructibus, redditibus, proventibus, iurisdictionibus temporalibus, possessionibus, agris, pratis, lignis, piscinis, lacubus, silvis, nemoribus, mellificiis, piscaturis, paludibus, aquis et aquarum decursibus, molendinis et emolumentis , quercetis, pinetis, virgultis, gaiis (*ed. addit: plagis*), miricis (*ed. ad-*

*dit*: locis incultis), aucupationibus, venationibus, exactionibus ordinariis, attinentiis et appendiis universis ... obligavimus: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII 127;



**miror, -ari**

Illae aliae, miror certe, quo devenerint: 1524 BROD.  
*Epist.* p.102.

[Monostori] 2015.2.16.

## **miror, -ari**

Quorum omnium illa est summa: ... neque miraturum (*sc. pontificem*), si rex etiam Hungariae vestrae maiestatis exemplum secutus idem faciet: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

## **miror, -ari**

Miror, Etnearche, quum homo sis annos vixdum quadraginta natus, caput tamen et barbam tanta canicie et frontem rugarum asperitate obseptam habeas, ut te octogenarium facile existimemus omnes: VALENT.ECK p.48.

**miror, -ari**

Miramur de temeritate et tanta inobedientia illorum civium nostrorum: 1513 Wenzel, *Dóczyak* p.66.

**mirus, -a, -um**

Philomates, hocce tibi mirum videtur?: VALENT.  
ECK p.48.

**mirus, -a, -um**

De tumultu Germanico mira scribuntur: 1525  
BROD. *Epist.* p.111.

## **miser, -a, -um**

Graecanicus ille, versiculis nostro quidem Marte, dum Italia haberemus, in hunc modum interpretatus: «>All' <'octis >alite=in dun'amenos o>u bo'uletai fortior ille quidem, qui miser esse potest», in mentem venerat: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**miseria, -ae f.**

Sed Christus adveniens attulit habundanciam  
gracie contra culpam, et leticiam glorie contra  
miseriam: *Serm. Quinqu. 29* (p.74).



**miseriae, -arum f.**

Sed ut tibi miseriarum nostrarum copiam faciam  
*etc: 1514 TAUR. Epist. 1 (p.129).*

**misericordia, -ae f.**

Misericordia est virtus per quam semper animus  
in calamitate movetur: PAUL. HUNG. *Penit.* p.213.

## **missilis, -e**

Ut iidem ... iisdem armis in sigillo per impressionem cerae rubrae, quantum in litteris et epistolis missilibus, omnibus in rebus nomine universitatis suae uti ... possint et valeant: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.67.

## **missilis, -e**

Ut vos et omnes posteri et successores vestri ... in omnibus literis et literalibus instrumentis, epistolis missilibus, privilegialibus ... in et super quibuscumque tractatibus, iudiciis, contractibus, pactis, transactionibus et rebus aliis sub sigillo prefatae civitatis nostrae emanandis ... cera rubra ... in sigillando ... frui valeatis: 1461 Zimmermann, *Urkb.* VI p.100.

## **missilis, -e**

Ut iidem ... iisdem armis in sigillo per impressionem cerae rubrae, quantum in litteris et epistolis missilibus, omnibus in rebus nomine universitatis suae uti ... possint et valeant: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.67.

**missio, -onis f.**

De praelatorum huc missione loquor: 1525 BROD.  
*Epist.* p.110.

[Monostori] 2015.2.16.

**missus, -us** *m.*

In conflictu (sic ed.) quodam ... ex nostro missu contra ... gentem Tartarorum ... habito et in alio prelio ... contra Rutenos similiter ex nostro mandato commisso ... laudabiles exercent famulatus: 1349 *Erd.oklt.* III,533.

**mite** *adv.*

Quia cum muliere micus est agendum propter fragilitatem sexus: PAUL.HUNG. *Penit.* p.193.



**mitra, -ae f.**

Hec arma seu nobilitatis insignia, videlicet scutum celestini coloris, quod in ima sui parte coronam auream, supra coronam liliū albi coloris, supra liliū tres stellas inequaliter dispersas continet ita, quod media duabus extremis altior apparet, extra clipeum autem in superiori parte infulam sive mytram habet episcopalem ... domino Gregorio donavimus: 1502 TGy 1835/IV p.113.

**mitto, -ere, misi, missus**

Declarati cardinales in Hungariam mittendi: 1523  
BROD. *Epist.* p.73.

[Monostori] 2015.2.16.

**mitto, -ere, misi, missus**

Quod ... existimarem ... nihil esse salutaris,  
quam ut vestra maiestas mitteret quamprimum  
oratores suos: 1523 BROD. *Epist.* p.74.

## **mitto, -ere**

Item eodem die misi ad Cehida, ut portent cimentum ad Hegerwar, et dedi expensas d<enarios> 10: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* II,735 (p.52).

## **mitto, -ere**

Quare mihi persuasum habui, tibi illum (ut erat hominum studiosorum amantissimus) plurimas suas epistolas misisse, quarum mihi a te copiam fieri peto, et si permiseris obsecro: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

## **mobilis, -e**

Nihilominus procuratores huiusmodi ab omni onere satisfaciendi ac iudicio sisti et iudicatum solvi cum omnibus ... et opportunis sub ipoteca et obligatione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium: Erdélyi, *Register* p.43.

**moderamen, -inis n.**

Extunc prefatus magister Petrus et heredes eiusdem procreandi prefatos heredes et superstites ... Iohannis in directis duabus partibus ... castri ... relinquere deberent, ... tali nexu moderaminis interiecto, quod *etc.*: 1387 Keglevich, *Garamsztb.* p.227.

**moderator, -oris** *m.*

Cum hoc peculiare regis ac populorum moderatoris opus officiumque esse debeat: *1514 Acta Tom. III p.258.*



## **moderor, -ari**

Ad moderandas huius imperii habenas in hoc regie celsitudinis solium atque ad fastigium huius regalis dignitatis nostre assumpti ... sumus: 1518  
Katona, *Hist.crit.* XIX p.86.

## **moderor, -ari**

In quibus ego curandis et in tanto rerum turbine et tot tam externis quam domesticis periculis meliori, qua fieri potest, ratione moderandis propulsandisque ... dies et noctes diligentissime ... elaboro: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.656.

## **moderor, -ari**

Postquam igitur nos duo germani fratres, iisdem parentibus editi habenas imperiorum eorumdem regnorum moderamur: 1507 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.503.

## **moderor, -ari**

Ad moderandas huius imperii habenas in hoc regie celsitudinis solium atque ad fastigium huius regalis dignitatis nostre assumpti ... sumus: 1518  
Katona, *Hist.crit.* XIX p.86.

**modestia, -ae f.**

Modestia est corpori habitus et tenere necessarie  
supellectilis immoderatum revocans usum: PAUL.  
HUNG. *Penit.* p.214.

**modice** *adv.*

Quod iidem ... possessionariam portionem ...  
incipiendo penes aquam Gron a quodam antro  
seu similitudine fossati ... in quibusdam locis  
terram pro signis metalibus modice fodi facien-  
do reambulassent: 1386 Keglevich, *Garamsztb.*  
p.219.

## **modicus, -a, -um**

Si quando cursum suum consuetum consummare non poterat (*sc. S.Margareta in orando*), maxime propter parentum suorum presentiam, ac se (*sic ed., recte: si*) non modicum incommodum passa, donec recuperasset, quod necessitate omiserat, ad modum (*sic ed., recte: admodum*) tristabatur: *Vita Marg.* p.19.

**modificatio, -onis f.**

Nos ... sub modificationibus et specificationibus praemissis ... praedictas indulgentias ... confirmamus: 1456 Schmitth, *Ep.Agr.* I p.73.



## **modo**

Facile (*sc. credere potes*), modo quantum laboris populi praefectum subire oporteat, ad amussim examinaris: VALENT.ECK p.48.

**modo** *adv.*

Quandoquidem hoc uno monumento non modo Augustinum a mortalitate asseres, verum etiam nomen tuum nullo unquam tempore intermoriturum posteritati clarum reddes: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**modo** *adv.*

Credo ego ... maiestatem ... multum in hoc posse, modo sua maiestas ad eum mitteret, quod nunc potissimum rebus eius ad hunc statum deductis quamprimum faciendum videretur: 1524  
BROD. *Epist.* p.98.

**modo** *adv.*

Ut solummodo hortus dicti monasterii oppidi Kermend in summa florenorum decem plus modo valeret: Erdélyi, *Register* p.53.

[Hegy] 2015.2.16.

**modoformiter** *adv.*

Necnon modoformiter circumspecti Thomas Wrban et Anthonius Keral, magistri lanificum ... in platea eiusdem oppidi ... venientes: *1513 Szapolyai oklt.* p.335.

[Szebelédi] 2015.2.16.

## **modulor, -ari**

Exemplum de avibus, que orta luce garrire incipiunt et modulari: *Serm. Quinqu. 9* (p.40).

## **modulor, -ari**

Exemplum de avibus, que orta luce garrire incipiunt et modulari: *Serm. Quinqu. 9* (p.40).

**modus, -i m.**

Negotia etiam nostra quem in modum se habeant, dominatio vestra ... non ignorat: 1524  
BROD. *Epist.* p.101.



**modus, -i m.**

Graecanicus ille, versiculis nostro quidem Marte, dum Italia haberemus, in hunc modum interpretatus: «>All' <'octis >alite=in dun'amenos o>u bo'uletai fortior ille quidem, qui miser esse potest», in mentem venerat: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**modus, -i m.**

Universa et singula optima me de hoc seculo decedente fieri debenda inseri feci atque conscribi modo testamentario: 1456 Neumann, *Korlátköviek* p.179.

**modus, -i m.**

Dolebo maiorem in modum, si dominationem vestram ... ab urbe contingat abesse: 1524 BROD.  
*Epist.* p.105.

**modus, -i m.**

Idem comes ... talem in litteris modum pro utilitate partis utriusque suam conferendi eleemosynam postulavit, ut *etc.*: 1248/XVIII CD Hung. IV/2 p.23.

**mola, -ae f.**

Mores ... reproborum ... quasi mola asinaria  
seipsos et proximos in foveam desperationis mit-  
tunt: GEORG. HUNG. *Tract.* p.346.

**molaris, -e**

Item eodem die ad Kanisa misi lapides molares  
et pro expensis dedi d<enarios] 38: 1521 Nógrá-  
di, *Kanizsai* IV,353 (p.128).

**molaris, -is m.**

Ut cava fulmineos spargant tormenta molares:  
IAN.PANN. *Paneg.* 3, 2, 129.

[Szovák] 2015.2.16.

## **molendinalis, -e**

Anno Domini 1495 summa molendinalium facit 2003, ex quibus domino preposito pro sexta cedunt 333 et remanent metr<eta> 5 et remanent ad communem divisionem 1670: 1495 *Lib.divis.Vespr. p.7.*



**molendinarius, -ii m.**

Praeter quod illum molendinarium, qui in Sclanecz illum kunst praeparabat, captivassetis: *c.1500*  
Wenzel, *Dóczyak* p.55.

**molendinator, -oris** *m.*

Item dedi molendinatori unum vas vini portatum  
de Kanisa 1: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,302 (p.31).

**molendinum, -i n.**

Item quando Andreas laborabat molendinum,  
tunc dedi illi pro mercede sua fl<orenum> 1: 1521  
Nógrádi, *Kanizsai* II,722 (p.51).

**molestator, -oris** *m.*

Assumpmens ... idem ... sanctimoniales ...  
in dominio premissarum portionum possessio-  
nariarum ... contra quoslibet inpetitores seu  
molestatores tenere et conservare propriis suis  
laboribus: *1402 Veszpr.okl.* II p.367.

**molestator, -oris** *m.*

O homo, molestatorem tuum ama, tunc ignis tuus ardet in aqua: *XV Madas, Serm. p.124.*

[Szovák] 2015.2.16.

**molestia, -ae f.**

Quamvis nescimus, quid in tanta nostra molestia  
subditorumque nostrorum perturbatione scrip-  
serimus aequo asperius: 1523 BROD. *Epist.* p.75.

**molestia, -ae f.**

Quae vel incuria vel potius negligentia tua non parum molestiē mihi suggessit, maxime, cum tabulariorum aut scribendi non defuerit opportunitas:  
*1514 TAUR. Epist. 1 (p.128).*

**molestia, -ae f.**

Nihil magis ... difficultatem, laborem ac molestias itineris Hispanici aestimantem consolatur, quam quod mihi cum vestra dominatione ... eundem esse video: 1525 BROD. *Epist.* p.114.



## **molesto, -are**

Ne quoquomodo aut quovis quesito colre molestent (*sc. fratres Sancti Augustini*): Erdélyi, *Register* p.31.

## **molestus, -a, -um**

Ipsium negotium propter auctam annatam est nobis molestissimum: 1523 BROD. *Epist.* p.78.

## **molestus, -a, -um**

Ut etiam nobis non posset esse non molestum  
quidquam praeter veterem eorum ordinem in re-  
gno nostro constitutionem renovari: 1525 BROD.  
*Epist.* p.109.

## **molestus, -a, -um**

Quare ... taciturnitatem tuam magis silentio transire, quam inelegantibus ac importunis literulis meis tibi molestus esse volui: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

**moletrinum, -i n.**

Item plebano in Monostor ematur moletrinum florenis centum et quinquaginta. Item fratribus ordinis Sancti Augustini in Bokmonostor ematur moletrinum florenis centum et quinquaginta: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.28. = *Dl* 89 199.

**moletrinum, -i n.**

Item plebano in Monostor ematur moletrinum florenis centum et quinquaginta. Item fratribus ordinis Sancti Augustini in Bokmonostor ematur moletrinum florenis centum et quinquaginta: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.28; *Dl 89199*.

**molinaris, -e**

Cum idem Walachus mihi unum lapidem molinarem ... a nobis vult ... habere solutum: 1469  
Zimmermann, *Urkb.* VI p.389.

## **molio, -ire**

Cum animadvertissemus caesarem ... moliri Tartarorum foeda virtute fraterno Poloniae regno ... ferale excidium, ... cum Turco ... foedus induciale ... inivimus: 1503 Pray, *Annales* IV p.306.



## **molior, -iri**

Quum animadvertissemus ... vigilantissime eundem (sc. Turcorum imperatorem) moliri Tartarorum foeda virtute fraterno Poloniae regno ... ferale excidium: 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.348.

## **mollifico, -are**

(De terris arabilibus dabit tantum) quantum ...  
per proprium suum aratrum mollificasse dixisset:  
*1414 Zsigm. oklt. IV,1803.*

**mollis, -e**

Quinam isti sunt, qui tantum sibi vindicant? ...  
Nempe ... venalitii servi, homines molles et languidi, Asiatico luxu ac illecebris effeminati?: 1521  
Katona, *Hist.crit.* XIX p.254.

## **mollis, -e**

(*sc. Christus*) non fuit delicatus molli tractacione exteriori, cum non esset ei locus in diversorio, sed vagiret infans inter arta conditus presepia habens membra pannis involuta: *Serm. Quinqu.* 12 (p.46).

**mollis, -e**

Non graciles humeros, nec molli virgine dignum /  
celsus honorato candorem corpore praefert: IAN.  
PANN. *Paneg.* 3,1,267–268.

**mollis, -e**

Quinam isti sunt, qui tantum sibi vindicant? ...  
Nempe ... venalitii servi, homines molles et languidi, Asiatico luxu ac illecebris effeminati?: 1521  
Katona, *Hist.crit.* XIX p.254.

**mollities, -ei f.**

In hiis omnibus dampnatur in mundanis ornatus ambiciosus vestimentorum, voluptas et mollicies stramentorum, curiositas et sumptuositas edificiorum: *Serm. Quinqu.* 13 (p.48).

**mollitio, -onis f.**

Quia statim ab exiguo radio solis calefactus (*Sap. 16,27*) in mollicionem est resolutus: *Serm. Quinqu. 7* (p. 37).



**mollitio, -onis f.**

Sol vero est Iesus, ... in quo commendatur beneficium emollicionis, quia statim ab exiguo radio solis calefactus in mollicionem est resolutus: *Serm. Quinqu. 7* (p.37).

## **molo, -ere**

Item feria quinta illi, qui in molendino molit farinam, unam tunicam emi d<enarii> 40: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,607 (p.138).

**momentaneus, -a, -um**

Reprobi pro consolatione illa momentanea quantas eterne dampnationis desolationes sint accepturi, ipsi tunc experti videbunt: GEORG.HUNG. *Tract.* p.340.

**monachus, -i m.**

Quod in dicto monasterio decem monachi ...  
fuissent: Erdélyi, *Register* p.55.

**monasterium, -i** *n.* (manasterium)

Ut universas possessiones suas, servos et ancillas ac alia bona sua, cuicumque vellet de generatione sua vel monasterio suo vivens donare et in extremis legare, sibi de speciali gratia liberam concederemus facultatem: *1278/1282 Erd.Múz.* 1992 p.82; *cf. inferius*: manasterio.

**monasterium, -ii n.**

Qui et monasteria hic sua in debitum redegit ordinem, et religioni sua doctrina suaque sanctimonia plurimum conducit: 1525 BROD. *Epist.* p.109.

## **monasticus, -a, -um**

Quod olim felicitis memorie divi reges Hungarie seu alii Christifideles ... ecclesiam sive monasterium quoddam unacum domibus et cellis vite monastice necessariis ... opere regio et sumptuoso a fundamentis erigi, extrui et fabrefieri fecerant: Erdélyi, *Register* p.27.

## **monasticus, -a, -um**

Quod antiqui divi reges Hungarie ... cum domibus, cellis, hortis, curia et aliis vite monastice necessariis pro cultu divino iugiter ibidem per fratres religiosos exercendo in Kermend extrui et erigi fecissent: Erdélyi, *Register* p.91.



## **moneo, -ere, monui, monitus**

Non enim dubito vestrarum maiestatum auctoritatem, qui soli cum vestris subditis sustinetis pondus diei et aestus, multum potuisse illos monere et plus quam omnium reliquorum principum auctoritatem: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

**moneta, -ae f.**

Quas (*sc. monetas*) pro utilitate regni nostri et partium eiusdem ex deliberatione praelatorum et baronum nostrorum cudi fecimus, prout sunt grossi, quorum viginti, et aliae monetae, quarum centum unum florenum auri faciunt: 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.279.

**moneta, -ae f.**

Ne ex diversitate monetarum nostrarum ... comitibus ipsis Siculorum nostrarum plus exigendi ardor cupiditatis concreseat: 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.279.

**monetarius, -ii m.**

Quod providus Nicolaus ... quandam domum suam in suburbio castri praedicti ... in vicin-  
tatibus domorum ... Urbani ... thesaurarii re-  
giae maiestatis ab una et Nicolai monetarii parti-  
bus ex altera (sc. vendidit): 1479 Wenzel, *Dóczyak*  
p.11.

**monialis, -is f.**

Matri sue ... ac ... fratribus suis amantissimis  
domina Anna monialis clasutri Beate Katherine  
virginis ... orationes in Filio Virginis Glosiose:  
*a.1400 Veszpr.okl. II p.364.*

**monile, -is n.**

Induit me Dominus ciclade auro texta, et immensis monilibus ornavit me, tradidit auribus meis inexstimabiles margaritas (cf. AASS Jan. 21. p.350): *Serm. Quinqu. 33* (p.81).

**monitio, -onis f.**

Quos novem dies pro termino peremptorio ac  
minitione canonica assignamus: Erdélyi, *Register*  
p.34.

**monogamus, -a, -um**

Isaac monogamus, tetragamus vero Iacob, siquidem Lyam, Zechelem, Ballem, Selphenque uxores habuit: BONE., *Symp.* III,525.



## **Mons Petri**

Matthaeus ... decanus Brassoviensis, Antonius de Corona, plebanus in Monte Petri Saxones: 1516  
Katona, *Hist.crit.* XIX p.29.

**mons, montis** *m.*

Promissa sunt mihi maria et montes: 1523 BROD.  
*Epist.* p.73.

**mons, -tis** *m. szőlőhegy.*

Quod Iohannes ... nonam partem vinorum seu tributum montis eiusdem possessionis ... percipi fecisset:1373 Keglevich, *Garamsztb.* p.184.

**montana, -ae f.**

Qualiter forent plerique ex vobis, quibus de negotio differentiarum ... inter ... exponentes ... ac montanistas nostros in illis comitatibus superioribus montanarum nostrarum commorantes ... evidenter constare (sic): 1516 Wenzel, *Dóczyak* p.73.

**montanarius, -a, -um**

Cum est succomes inexpertus in re montanaria:  
1526 Ratkoš, *Dokum.* p.150.

**montanicus, -a, -um**

Ut iure montanico detur (*sc. fodina*) edificanda  
alio petente: 1526 Ratkoš, *Dokum.* p.150.

**montanista, -ae** *m.*

in personis fidelium nostrorum Comitum vrburarum Riuuli Dominarum vniuersorum Ciuium et Monthanistarum eiusdem ciuitatis Riuuli dominarum presente et audiente Sandrino filio Dragh de Belthek, contra eundem Maiestati nostre conquestum et propositum exstiterat: *1429 CD Hung. X/7 p.87.*

**montanista, -ae m.**

Qualiter forent plerique ex vobis, quibus de negotio differentiarum ... inter ... exponentes ... ac montanistas nostros in illis comitatibus superioribus montanarum nostrarum commorantes ... evidenter constare (sic): 1516 Wenzel, *Dóczyak* p.73.



**monticulus, -i m.**

Hinc pergeret (*sc. terminus*) in dorso monticuli 'berch' dicti usque ad terminos metales possessionis Felfalu, que ad partem dexteram separaret possessioni Badoniche nobilium de Symoni: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.164.

**montosus, -a, -um** *adj.* 'latinul': körülírva — magyarul

terras vero arabiles, silvosas et montosas ... visus considerando existimassent: 1413 Zsigm.oklt. IV,622.

**monumentum, -i n.**

Quod si, ut ex priscis rerum gestarum annalibus pontificiisque monumentis liquido constat, nonnulli sanctitatis vestrae predecessores quosdam non puberes, sed integrae ac maturioris etatis, non errore lapsos, sed diuturno consilio firmatos, non alieno suasu, sed suae voluntatis impulsu, nec primo tyrocinio, sed post emeritam in religione miliciam ab his tamen compedibus solutos

in pristinam libertatem publicae utilitatis provin-  
ciarumque tutandarum gratia vendicarunt: 1515  
Theiner, *Mon.Slav.* I p.561.

**monumentum, -i n.**

Quandoquidem hoc uno monumento non modo Augustinum a mortalitate asseres, verum etiam nomen tuum nullo unquam tempore intermoriturum posteritati clarum reddes: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**mora, -ae f.**

Fiat ... provisio tam de episcopatu Plocensi, quam etiam Premisliensi, ita, ut prius scripsimus, sine ulla pensione ac onere et sine aliqua mora et difficultate: 1523 BROD. *Epist.* p.75.

**mora, -ae f.**

Milites ... amplius ibi moras trahere nec vellent,  
nec possent sine victui necessariis: 1525 Theiner,  
*Vet.Mon.* II p.656.

**mora, -ae f.**

Suam sanctitatem ... admonere et obsecrare non desinas, ne aliquam in mittendo illo subsidio pecuniario iam promisso et in legato expediendo moram velit interponere: 1523 BROD. *Epist.* p.71.



**mora, -ae f.**

Causas tam diuturnae meae morae vestra sanctitas a me ipso brevi accipiet: 1524 BROD. *Epist.* p.103.

**mora, -ae f.**

Nisi quod per has moras exitium nostrum longius  
proferri ac prorogari videtur: 1525 BROD. *Epist.*  
p.111.

**mora, -ae f.**

Licet etiam ... investituram caesaream et commissionem illius maiestatis de restituenda nobis ipsa possessione obtinuerimus et homagium debitum illius maiestati fecerimus, tamen hactenus possessionem ipsam assequi non possumus ingrentibus nobis moras et difficultates officialibus illius maiestatis indignas et indecentes: 1525 BROD. *Epist.* p.116.

[Monostori] 2015.2.16.

**Moravi, -orum** *m.*

Stephanus ... dictis ... aemulis nostris, utputa Moravis ... damna irrecuperabilia irrogavit:  
1424 Katona, *Hist.crit.* XII p.430.

**Moravia, -ae f.**

In Moravia nunc dieta celebratur pro huiusmodi auxiliis ordinandis: 1522 Katona, *Hist.crit.* XIX p.366.

## **Moravus, -a, -um**

Ut aliquam partem gentium, quas Moravi dari sunt, quam citissime versus Hungariam mittendam curent: 1522 Katona, *Hist.crit.* XIX p.366.

## **Moravus, -a, -um**

Egidium Moravum meum, hominem mehercule non tam frugi quam fidei, virtutum ac integritatis oppletissimum mei gratia commendatum habere non dedigneris: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129). Ut aliquam partem gentium, quas Moravi daturi sunt, quam citissime versus Hungariam mittendam curent: 1522 Katona, *Hist.crit.* XIX p.366.

**morbis, -i m.**

Quoniam iaceret paralyticus, et haberet morbum Gallicum: Erdélyi, *Register* p.79.



**mordacitas, -atis f.**

Et dentes non habet ad mordendum, nec ungues a<d> diripiendum, ostendens per hoc, non debere esse in homine iram in corde, mordacitatem in ore, rapacitatem in opere: *Serm. Quinqu.* 31 (p.79).

## **mordeo, -ere**

Et dentes non habet ad mordendum, nec unguis a<d> diripiendum, ostendens per hoc, non debere esse in homine iram in corde, mordacitatem in ore, rapacitatem in opere: *Serm. Quinqu.* 31 (p.79).

## **mordeo, -ere**

Aut terram mordebo iacens, aut victor abibo: IAN.  
PANN. *Paneg.* 3,2,174.

## **mordere**

Hisce dictis me, lepidissime pater, incessis et mordes: BONF., *Symp.* III,530.

**moror, -ari**

Non ... credo me iam diutius moraturum: 1524  
BROD. *Epist.* p.103.

**morosus, -a, -um**

Quia causae ecclesiarum per morosas citationes plerumque periclitari contingunt, ideo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, ... quatenus *etc.*: 1344 Wagner, *Anal.* III p.33.

**morphea, -ae f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... abest, ut ... mor-  
phea: BONF. *Symp.* III,446.

**mors, -tis**

Et quidquid novitatis intelligere poteritis, nobis in morte equi renunciare et rescribere debeatis: 1482  
Zimmermann, *Urkb.* VII p.322.



**morsmortis f.**

Quod hec predicta fuissent acta post mortem regis Mathie: Erdélyi, *Register* p.108.

[Hegy] 2015.2.16.

## **mortalis, -e**

Quemadmodum pridem perfidorum Theucrorum crucis Christi persecutorum adversus seviciam penes et unacum regni Hungarie regnicolis ... exercitui me adaptando cum fuerim mortalis et sic maiora eciam oculis meis imminencia via in eadem preponendo pericula ... in presenciam capituli Nittriensis accedere curavi: 1456 Neumann, *Korlátköviek* p.179.

## **mortalis, -e**

Philomathes: Estne reipublicae administratio res tam ardua? Etnearches: Certe inter mortales nulla onerosa magis: VALENT. ECK p.48.

## **mortalis, -e**

Contra culpam originalem principalem datur  
baptismus, contra actuaalem mortalem penitencia,  
contra venialem extrema unccio: *Serm. Quinqu.*  
29 (p.76).

**mortalitas, -atis f.**

Quandoquidem hoc uno monumento non modo Augustinum a mortalitate asseres, verum etiam nomen tuum nullo unquam tempore intermoriturum posteritati clarum reddes: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

## **mortifer, -a, -um**

Ne huiusmodi misera anima pro suis venalibus et mortiferis excessibus in condemnationem deducatur et in eterno igne puniatur: 1343 Mészáros, *Visegrád* p.111; cf. *CD Zichy* XII p.15–16.

## **mortifer, -a, -um**

Nil ferri structura iuvat, sed mortifer exit / trans  
chalybem ... globus: IAN.PANN. *Paneg.* 3,2,161-  
62.

**mortifer, -a, -um**

Quia idem ... mortifera vulnera ad se recepisset:  
*1284 Reg.duc.* p.142.



## **mortifer, -a, -um**

Illum mortifero nervis torpore gelatis / deficiunt  
rigidae durato sanguine venae: IAN.PANN. *Paneg.*  
3,2,269-70.

## **mortifer, -a, -um**

Praefatus Simon ... in ipso nostro exercitu multa bellandi animositate procedens in persistentiaque factorum strenuorum manu valia sub quodam fortalio pugnam agens de manibus ab intra repugnantium mortiferi vulneris plagam tulit in suo corpore graviorem: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.145.

## **mortifer, -era, -erum**

Praefatus Simon ... in ipso nostro exercitu multa bellandi animositate procedens in persistentiaque factorum strenuorum manu valia sub quodam fortalio pugnam agens de manibus ab intra repugnantium mortiferi vulneris plagam tulit in suo corpore graviolem: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.145.

**mortificatio, -onis f.**

Scilicet sanctificatio a culpa, exercitacio in laude divina, mortificacio in carne propria et ministratio coram maiestate superna: *Serm. Qinqu.* 19 (p.58).

**mortificatio, -onis f.**

Quarto, severa mortificatio, quia citarizabant, id est carmen mortificabant in citharis, scilicet non in alienis: *Serm. Qinqu.* 20 (p.60).

## **mortifico, -are**

(*sc. Deus*) intendit ... voluntatem humanam mortificare et carnalem affectum in spiritualem mutare: GEORG. HUNG. *Tract.* p.332.

## **mortifico, -are**

Quarto, severa mortificacio, quia citarizabant, id est carmen mortificabant in citharis, scilicet non in alienis: *Serm. Qinqu.* 20 (p.60).

**mortuus, -i m. v. morior, mori, mortuus sum**

Cum ... absentes, quocunque obsequii genere fungantur, vulgato proverbio pro mortuis haberi soleant: 1524 BROD. *Epist.* p.94.



**morula, -ae f.**

Nolint habita ratione praemissarum difficultatum de hac interiecta morula significationis nostrae aut incuriae aut negligentiae adscribere: 1503 Kato, *Hist.crit.* XVIII p.352.

**morula, -ae f.**

Nolint habita ratione praemissarum difficultatum de hac interiecta morula significationis nostrae aut incuriae, aut negligentiae quidquam adscribere: 1503 Pray, *Annales* V p. 308.

**mos, moris** *m.*

Qualis itaque sit et quibus praeditus moribus,  
... ex infra scripto epigrammate ... poteris ad  
unguem usque cognoscere: 1514 TAUR. *Epist.* 1  
(p.129).

**mos, moris** *m.*

Ut moris est claustris sororum nostro ordini incorporatarum: *Vita Marg.* p.18.

[Szovák] 2015.2.16.

**mos, moris** *m.*

Nosti, quanta illius tantae multitudinis sit morum  
diversitas: VALENT. ECK p.50.

**mos, -oris** *m.*

**mos, -ris** *m.* 'consuetudo', 'ritus': — szokás

... demptis tamen in quibus castris pecunia more forensi existeret; 1413 *Zsigm.oklt.* IV,49.

**mos, -ris** *m.*

Idem vaivoda noster ... per internuntios suos obtulerat se voluntati nostrae in hac parte morem gesturum et terras illas remissurum: 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.340.

**mosmoris** *m.*

Ut vitam, mores et conversationem eorum emendarent et in meliorem frugem reducerent: Quod egregius dominus Petrus ... sepius exortatus fuisset et requisivisset dictos fratres verbiis piis: Erdélyi, *Register* p.110.



**motivum, -i n.**

Oportet exprimere locum adoracionis, modum adorandi et motivum ad adorandum: *Serm. Quinqu.* 9 (p.39).

**motivum, -i n.**

Ut autem convenienter fiat nostra oratio, oportet exprimere locum adoracionis, modum adorandi et motivum ad adorandum: *Serm. Qinqu.* 9 (p.39.

## **motivus, -a, -um**

Quamvis nos ... pridem contra ... Petrum Zudar banum animum habentes motivum eundem nostris vinculis mancipando ... instrumenta ... ad domum nostram tavnarnicalem reponi fecerimus: *1386 Süttő, Anjou II p.383.*

**motus, -us** *m.*

Hoc apparet ex dicto Philosophi De celo et mundo (?), quod ubi est motus totius ignis, ibi est et scintille unius: *Serm. Qinqu. 7* (p.36).

**motus, -us** *m.*

Cardinalem Volterranum ob suspicionem Siciliae ad defectionem sollicitatae et rerum novarum motus in custodiam . . . coniectum puto maiestatem vestram iam pridem intellexisse: 1523 BROD. *Epist.* p.72.

**motus, -us** *m.*

Ut ... sol perpetuo circumagitur motu, nec requiem novit ullam: VALENT. ECK p.48.

**motus, -us** *m.*

Ut qui ministrat Deo, habet indumentum candide  
innocencie restringendo concupiscenciam carnis  
et motus mentis: *Serm. Quinqu.* 19 (p.58).

## **moveo, -ere**

Qualiter vos, ... nescitur unde moti, certas pecudes et pecora iobagionum ipsorum exponencium ... abigi et depredari fecissetis: 1520 Horváth, *Pótlások* p.179.



## **moveo, -ere**

Nos in quadam causa in facto cuiusdam vinee religiosorum fratrum heremitarum ordinis Sancti Pauli primi heremite de Chatka ... inter ipsos fratres heremitas ac honestam dominam ... relictam ... coram religioso fratre Michaele custode dicte ecclesie Sancti Martini alias mota et ventilata ... novum iudicium concessimus: 1497 Horváth, *Pótlások* p.176.

**mucro, -onis** *m.*

Petrus ... in primis congressibus ... multos ex eis in fortitudine sui brachii in terram prostravit et multos in virtute virium suarum suo mucrone acriter peremit: 1411 Katona, *Hist.crit.* XII p.64.

**mucro, -onis** *m.*

Petrus ... in primis congressibus ... multos ex eis in fortitudine sui brachii in terram prostravit et multos in virtute virium suarum suo mucrone acriter peremit: 1411 Katona, *Hist.crit.* XII p.64.

## **mugio, -ire**

Multos delicto saepe minori / aere Perillaeo Phalaris mugire coegit: IAN. PANN. *Paneg.* 3,2,193–94.

## **mulco, -are**

Ex Lombardia habemus nova ... Gallos ex Italia iam discedere et in discessu huiusmodi per nostros unam partem eorum male mulcatam, ... interfectum quendam capitaneum, unum ex principalioribus, vulneratum etiam supremum capitaneum, quem almiralium vocant: 1524 BROD. *Epist.* p.98.

## **muliebris, -e**

Licet ... racione ... rerum ... mobilium cum eadem quondam domina Anna tempore desponsationis et traductionis eiusdem datarum et assignatarum, puta ... quattuor torquitorum aureorum, ... duarum vittarum muliebrium gemmis ornatarum ... quedam causa in curia nostra regia ... mota fuisset: *1526 Arch.Majtényi* p.560; *Dl 73240*.

**muliercula, -ae f.**

Item ponit, quod iidem fratres inter alias multiples et varias ineptias ... a mulierculis quoque suspectis non temperabant: Erdélyi, *Register* p.28.

**muliercula, -ae f.**

Nonnulli domi forisque sese ita praeclare gerunt,  
ut ... cuiusvis mulierculae sese amore conteme-  
rarunt: BONE., *Symp.* III,717.



**muliercula, -ae f.**

Quedam mulier cum pluribus mulierculis vestibus virilibus indutis et alie alio habitu larvationes exercebant: Szilády, *Temesvári* p.6.

**mullandinator, -is m.**

*Idem ac molendinator (in alio exemplari textus):  
1414 Zsigm. oklt. IV,2671.*

## **multiplex, -icis**

Item ponit, quod iidem fratres inter alias multiples et varias ineptias ... a mulierculis quoque suspectis non temperabant: Erdélyi, *Register* p.28.

**multiplex, -icis**

Quod hominem curis multiplicibus occupatum  
ante annos senectus obruat: VALENT. ECK p.48.

**multiplicatio, -onis f.**

Miraris multiplicationem eorum (*sc. Turcorum*):  
GEORG. HUNG. *Tract.* p.324.

**multiplicitas, -atis f.**

Cum propter arduitatem, difficultatem ac multiplicitatem articolorum (*sic*) causarum sic motarum commodose nequaquam ipse cuase Strigonii discuti posse viderentur: *1425 Pozsonyi vizsály* p.257.

## **multiplico, -are**

A qua corona veluti radii solares seu virgulae, solis iubar splendide multiplicatum ex utraque parte ipsius galeae sursum deorsumque et supra galeam similes ad modum radiorum solarium cum ventilabris banderiae et pictura antiquorum armorum desuper radiis coruscare egredi et diffundi videntur: 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.246.

**multitudo, -inis** *f.*

Nosti, quanta illius tantae multitudinis sit morum  
diversitas: VALENT. ECK p.50.



## **multo, -are**

Siqui etiam pro poena aliqua multa multarentur,  
multam eam pro vobis accipere conaremini: 1522  
Katona, *Hist.crit.* XIX p.376.

## **multo, -are**

Siqui etiam pro poena aliqua multa multarentur,  
multam eam pro vobis accipere conaremini: 1522  
Katona, *Hist.crit.* XIX p.376.

**multomagis** *adv.*

Si aliquis Christi fidem per motiva inductus vel tribulatione et angustiis coactus negare deberet, multomagis ego negassem: GEORG. HUNG. *Tract.* p.304.

**multotiens** *adv.*

Ita ... una (*sc. opinio*) alteram prosequitur (codd. K1-P3: persequitur; codd. Wsqq, P: persequatur) vi armorum et munitionibus castrorum, ut multociens perturbato universo regno, nisi rex manus apponat, nequaquam sedari possunt: GEORG. HUNG. *Tract.* p.354.

**multoties** *adv.* (multotiens)

Quod multotiens solummodo tres aliquando duo,  
et aliquando unus tantummodo frater ... fuisset  
reperitus: Erdélyi, *Register* p.133.

**multoties** *adv.*

Contingit autem multociens (*sic*) propter peccata  
populi: *Serm. Qinqu. 3* (p.29).

**multum** *adv.*

Credo ego ... maiestatem ... multum in hoc posse, modo sua maiestas ad eum mitteret, quod nunc potissimum rebus eius ad hunc statum deductis quamprimum faciendum videretur: 1524  
BROD. *Epist.* p.98.

**multum** *adv.*

Quae quidem res licet et pontificem et ... cardinales multum turbaverit: 1523 BROD. *Epist.* p.73.



## **multus, -a, -um**

Nec tamen negarim iam etiam apud Turcas pleoresque in acie stare disciplinae bellicae neque rudes, neque imperitos: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.255.

**multus, -a, -um**

Quod nos ad devotionem et instantiam plurimam comitis Michaelis erga nostrum ordinem propositam promittimus bona fide locum ... Scemenia ... retinere: *1248/XVIII CD Hung. IV/2 p.23.*

**multus, -a, -um** (*comp.*: pleores)

Nec tamen negarim iam etiam apud Turcas pleoresque in acie stare disciplinae bellicae neque rudes, neque imperitos: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.255.

**multus, -a, -um**

De subsidio ... nepoti maiestatis vestrae ... hic  
a sede apostolica subministrando ... multa qui-  
dem saepius deliberata et decreta: 1523 BROD.  
*Epist.* p.72.

**multus, -a, -um**

Sed de his plus ac satis: 1514 TAUR. *Epist.* 1  
(p.128).

**multus, -a, -um**

Dum sit Scythotauris multo inhospitalior: 1514  
TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

## **multus, -a, -um**

Quare mihi persuasum habui, tibi illum (ut erat hominum studiosorum amantissimus) plurimas suas epistolas misisse, quarum mihi a te copiam fieri peto, et si permiseris obsecro: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

## **mundanus, -a, -um**

C. Plinius ille nobilissimus historiae mundanae conditor ... inquit: 1513 Teleki-Kovácsnai, IAN. PANN. *Dedic.* II p.252.



## **mundanus, -a, -um**

Ego ... mutabilitatem mundani status animo revolvens praesentibus et futuris publice significo ... universis, quod *etc.*: 1463 Zimmermann, *Urbk.* VI p.149.

## **mundanus, -a, -um**

C. Plinius ille nobilissimus historiae mundanae conditor ... inquit: 1513 Teleki-Kovácsnay, IAN. PANN. *Dedic.* II p.252.

**mundatio, -onis f.**

Aqua ergo graciaram habuit in Sancto Iohanne effectum mundacionis: *Serm. Quinqu.* 18 (p.57).

## **mundialis, -e** (mundalis)

In quibus (*sc. litteris*) nomen eiusdem Stephani, fratris iam dicti Nicolai conscriptum fore vidimus fide oculata, et ex eo easdem possessiones rite et rationabiliter, sicuti eundem Nicolaum ipsum adhuc vita perfructe mundali (*sic, recte forsitan: vita perfruentem mundali*), sic ipsum Stephanum ... tangere dinoscuntur (*sic*): 1365 Keglevich, *Garamsztb.* p.139.

**munditia, -ae f.**

Propter mundiciam voluntatis et luculenciam rationis, que duo debent esse in predicatore: *Serm. Quinqu.* 1 (p.24).

**munditivus, -a, -um**

Aqua habet virtutem munditivam: *Serm. Quinqu.*  
18 (p.57).

**munia** *n.*

Qui absente ... summo cancellario eius ipsius et  
munia obeat et vices ac personam sustineat: 1525  
Theiner, *Mon.Slav.* I p.588.

**munificentia, -ae f.**

Summa ... vestrae serenitatis clementia et singularis in omnes liberalitas ac munificentia spem mihi dat vestram serenitatem preces etiam nihil a se merentis servitoris non aspernaturam: 1524  
BROD. *Epist.* p.94.



**munimen, -inis *n.***

Praesens scriptum supranominati comitis Michaelis sigilli et nostrorum fecimus munimine roborari: *1248/XVIII CD Hung. IV/2 p.24.*

[Szovák] 2015.2.16.

**munimen, -is n.**

Litteras praesentes nostri appositione sigilli roboratas ipsi Nanae comiti confratri dignum duximus in supra dictae emtionis testimonium et munimen concedendas: *1248 CD Hung. IV/2 p.25; cf. Dl 323.*

**munimentum, -i n.**

Quos ut fortissimos eosdemque fidissimos Romanus quilibet imperator et in cohortem praetoriam conscribere et ad custodiam corporis adsciscere pro munimento ducebat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.260.

**munimentum, -i n.**

Quos ut fortissimos eosdemque fidissimos Romanus quilibet imperator et in cohortem praetoriam conscribere et ad custodiam corporis adsciscere pro munimento ducebat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.260.

**munimentum, -i n.**

Quod ... compareant in iudicio legitime coram

nobis per se vel procuratores suos idoneos cum omnibus et singulis iuribus et munimentis suis causam et causas huiusmodi quomodolibet tangentibus ad dicendum et excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra adversus preinsertas ... litteras apostolicas dicere sive excipere voluerint: Erdélyi, *Register* p.16.

**munio, -ire, -ivi/ii, -itus**

Novum soltanum dicunt se contra Turcas diligenter munire: 1524 BROAD. *Epist.* p.96.

[Monostori] 2015.2.16.

## **munio, -ire**

Ut ipsi castrum ... munire et et (*sic ed.*) muro circumdare possint: 1465 Zimmermann, *Urkb.* VI p.215.

**munitio, -onis f.**

Ita ... una (*sc. opinio*) alteram prosequitur (codd. K1-P3: persequitur; codd. Wsqq, P: persequatur) vi armorum et munitionibus castrorum, ut multociens perturbato universo regno, nisi rex manus apponat, nequaquam sedari possunt: GEORG. HUNG. *Tract.* p.354.



**munus, -eris n.**

Semper tempore paschali quelibet integra sessio  
<de> iis infrascriptis villis seu oppidis pro mune-  
ribus unum cruciferum videlicet obligatur: 1520  
Nógrádi, *Kanizsai* II,237 (p.27).

**munus, -eris n.**

Optulerunt autem spiritualiter ista munera (sc. *magi*): *Serm. Quinqu.* 25 (p.68).

**munus, -eris** *n.*

Istis enim muneribus protestabantur nati dignitatem, et ex nato nostram utilitatem: *Serm. Quinqu.* 25 (p.68-69).

**murator, -oris** *m.*

Cives et hospites nostri de Lipche ... alter Iohannes dictus Haderdaz et Nicolaus filius Iohannis muratoris: *1419 Zsigm.oklt.* VII,297.

**murra, -ae f.** (myrra)

Haec enim, ... quingentesimo quoque anno ex Arabia proficiscens defunctum patrem myrraque involutum in templum Solis defert ibique humat: BONF., *Symp.* III,617.

**murra, -ae f.**

Aurum enim est precipuum in metallis, thus in sacrificiis, mirra in sepulturis: *Serm. Quinqu. 25* (p.68).

**murra, -ae f.**

Aurum ... excellit in divitiis mundi, thus in honoribus, quibus honoratur Deus in cultu religionis, mirra in deliciis, quoniam ex eius unccione conservantur membra tenera delicate carnis: *Serm. Quinqu. 25* (p.68).

**murus, -i m.**

Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum, reverendissimi Urbani, prepositi ecclesie Sancti Nicolai confessoris extra muros civitatis nostre Albaregalis fundate, sumptu thesaurarii nostre maiestatis, necnon nobilium Blasii et Iohannis, fratrum eiusdem carnalium, quomodo *etc.*: 1480 Horváth, *Pótlások* p.174.



**murus, -i m.**

Supra vero murum eundem edificii locandi nostris interdicta concivibus auctoritas: 1511/1521 Entz, *Kolozsvár* p.150; *Df* 277780.

**murus, -i m.**

Murus eiusdem ecclesie pro aliqua parte in hunc diem forte corruisset: Erdélyi, *Register* p.109.

[Hegy] 2015.2.16.

**murus, -i m.**

Damna claustro exinde proveniencia attendentes  
... fratribus ordinis predicatorum ... ab viculo,  
qui ducit ad plateam pontis usque murum civita-  
tis, pro florenis centum ... vendidimus (*sc. fos-*  
*satum*): 1511/1521 Entz, *Kolozsvár* p.150; *Df* 277  
780.

**Musa, -ae f.**

Eximio atque praestanti viro, domino Ioachimo Vadiano, Musis atque Apollini sacro poetae, liberalium artium et ... philosophię professori doctissimo, amico praecharo, Viennae in collegio Caesareo vitam viventi: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.130).

**musca, -ae f.**

Sed heu, modo verificatur in hominibus illud dictum Anaxagore: lex est tela quedam aranee, que minora capit animalia, maiora autem ipsam pertranseunt. Nam eam magna musca intrando lacerat et pertransit, parva autem in ea capitur: Szilády, *Temesvári* p.36.

**musca, -ae f.**

Quartum est cogitacio irruens, quando est oppressus fantasmatis, que sunt musce morientes, id est importune cogitaciones: *Serm. Quinqu.* 15 (p.51).

**muscatum, -i n.**

Specierum diversarum genera, ut sunt crocum, piper, zinziber, gariosoli, nuces muscati, flores muscati ac cynamoni et talibus speciebus consimilia: *1436 Mon. Budapest III/2 p.272.*

## **mutabilis, -e**

Praenotata signa metalia ... suo modo et effective demonstrari et temporis propter vetustatem et rerum mutabilem factam variationem per eosdem magistros ... reperiri non potuissent: 1524 Katona, *Hist.crit.* XIX p.469.



## **mutabilis, -e**

Praenotata signa metalia ... suo modo et effective demonstrari et temporis propter vetustatem et rerum mutabilem factam variationem per eosdem magistros ... reperiri non potuissent: 1524 Katona, *Hist.crit.* XIX p.469.

**mutabilitas, -atis *f.***

Ego ... mutabilitatem mundani status animo revolvens praesentibus et futuris publice significo ... universis, quod *etc.*: 1463 Zimmermann, *Urbk.* VI p.149.

**mutatio, -onis f.**

Ne in servitiis suae maiestatis existens inter mortuos in istis sacerdotiorum mutationibus computarer: 1524 BROAD. *Epist.* p.98.

**mutatio, -onis f.**

Non dubito ... nonnullas beneficiorum ecclesiasticorum mutationes in Hungaria fore: 1524  
BROD. *Epist.* p.94.

**mutatio, -onis f.**

Ipsas litteras ... in nulla sui parte aliquo vitii scrupulo infectas ... conperientes ... de verbo ad verbum sine aliqua mutatione transscribi faciendo eidem ... plebano ... duximus confirmandas: 1343 Mészáros, *Visegrád* p.110.

**mutatio, -onis f.**

Ne huiusmodi donationis nostrae series successorum mutatione temporum per quempiam valeat ... retractari: *1284 CD Hung. V/3 p.233.*

[Szovák] 2015.2.16.

**mutatio, -onis f.**

Consilium ... meae ad caesarem profectionis  
fuit mutatum, cuius mutationis vix scirem ego ip-  
se dicere certam causam: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

**mutatio, -onis f.**

Sic in Deum nulla cadit mutatio voluntatis, quia ab eterno voluit facere, sed sic et isto tempore, quo perficere illam voluntatem decrevit et ab eterno, ut non antea produceret: Szilády, *Temesvári* p.5.



**mutatorium, -ii n.**

Quia habencium mutatoria magis a tineis vestes comeduntur, quam a portatoribus atterantur:  
*Serm. Qinqu. 33 (p.82).*

**mutilatio, -onis** *f.*

Quod ipse ... Stephanum ... super universis vulnerationibus, mutilationibus et sanguinis effusionibus ac dissensionum generibus ... reddisset absolutum: 1379 Keglevich, *Garamsztb.* p.204.

## **muto, -are**

Diffusa enim erat gratia quedam eius faciei et gratiosa maturitas de dispectu(*ed.*: !) ita, ut vix unquam asperis vel blandis mutari, deici vel extolli notabiliter videretur: *Vita Marg.* p.18.

## **muto, -are**

Que (*sc. B.Margareta*) ... vestem, quam induebat novam, vix unquam mutabat, donec vetustate esset laniata: *Vita Marg.* p.18.

## **muto, -are**

Consilium ... meae ad caesarem profectionis fuit mutatum, cuius mutationis vix scirem ego ipse dicere certam causam: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

## **muto, -are**

Quod cum in obscuro carcere volutatus esset in testis con fractis cum recentibus wulneribus et iaceret ligno constrictus, lux immensa per carcerem spargitur et trabe dissoluta testarum asperitas in florum suavitatem mutatur et sic ambulans super flores psallebat: *Serm. Quinqu.* 36 (p.86).

**mutto, -onis m.**

Ipse ... unum molendinum suum perpetuum et a 25. Annis vel ultra cum onere censuum, dumtaxat duorum muttonum frumentorum singulis annis ... ad castrum Vereskew appellatum debendorum et persolvendorum pacifice et quiete possessum ... in perpetuam eleemosynam dedisset: 1512 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.644.

## **mutuo, -are**

Petit ... idem Gregorius domino preposito per  
me ... mutuare duas secures ad incidendum li-  
gna: *1425 Pozsonyi vizsály* p.264.



**mutuo** *adv.*

In cuius relationis donationisque mutuo testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum: 1385 Keglevich, *Garamsztb.* p.218.

**mutus, -a, -um**

Nisi te mutis piscibus surdiorem esse atque elinguem illum Harpocraten examussim referre factus essem certior: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

**mutus, -a, -um**

Bigis invecus opacis / paulatim mutum somnus  
complectitur orbem: IAN. PANN. *Paneg.* 3,2,257–258.

[Szovák] 2015.2.16.

**mutuum, -i n.**

Et cum aliquando in ludo ad verba contentiosa venissent, se invicem ad capillos traxissent, et sese mutuo manibus, palmis pugnisque percussissent: Erdélyi, *Register* p.139.

## **mutuus, -a, -um**

Ubi idem Draag ... habitis mutuis congressibus Deo sibi suffragante vexillum eorundem Lithvanorum cum quodam eorum capitaneo nostre specietenus apportare et presentare curavit maiestati: it1385 Süttő, *Anjou* II p.265.

**mutuus, -a, -um**

Universi cives de Bors ipsam possessionem Koro-  
san usque ad mutuum colloquium vestre serenita-  
tis prohibuissent regni vestri consuetudine requi-  
rente: 1365 Keglevich, *Garamsztb.* p.141.

**mutuus, -a, -um**

Que de mutuis connubiis et concordia principum  
vestra sanctitas mihi per eum significavit: 1525  
Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

## **mutuus, -a, -um**

Quibus (*sc. litteris*) mediantibus idem Stephanus ... ac Andreas, ... necnon Franciscus episcopus ... inter se de et super bonis ipsorum ... fecisse dinoscuntur mutuum obligationem et contractum: *1519 Doc.Bátori I p.293.*



**mydriasis, -is f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput cephalaea, ... mydriasis: BONF.  
*Symp.* III,442.

**myrmecium, -ii n.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... abest, ut ... myr-  
mecium: BONF. *Symp.* III,446.

**nam** *coni.*

Nam templi praesuli, domino Ioanni Turzo, Vratislaviensi episcopo, cordi est, omnes illius epistolas ... chalcographorum prelo traditum iri velle:  
*1516 TAUR. Epist. 2 (p.174).*

**nanciscor, -i, nactus sum** (narciscor)

Dum fideles sui voti metas narciscuntur, alii eorum exemplo edocti ad fidelitatis opera ... accingantur: *1284 Reg.duc.* p.142.

**nanciscor, -i**

Quod pro illa animi fiducia, quam in ea gerimus,  
nacto tempore aequae illis ac nostris libere utemur:  
1505 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.418.

**narciscor**

*vide* nanciscor.

**narratio, -onis** *f.*

Prout ex eorum narratione accepimus: 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.279.

**narro, -are**

Rediens istic ex Urbe doctor Lucas ... narravit nobis, quantam curam et diligentiam adhibueris in ipso negotio ex ipsis labyrinthis extricando: 1523 BROAD. *Epist.* p.78.

## **nascor, -i, natus sum**

Regina ... cum rege, marito suo quasi piaculum quoddam, si filia nasceretur, ut sanctimoniam eam facerent, devenerunt (*sic ms., ed. corr.: devoverunt*): *Vita Marg.* p.17.



**nascor, -i**

quod fenum nascens inter dictam silvam iobagiones ... percipere deberent: *1513 Reg.Strig.* p.100.

## **nascor, nasci, natus sum**

Mirror, Etnearche, quum homo sis annos vixdum quadraginta natus, caput tamen et barbam tanta canicie et frontem rugarum asperitate obseptam habeas, ut te octogenarium facile existimemus omnes: VALENT.ECK p.48.

## **nascor, nasci, natus sum**

Quatuor sessiones iobagionales ... in vicinatu domus paternae ipsius Urbani, ... in qua scilicet idem natus esse dicitur, habitas ... memorato Urbano ... donavimus: 1478 Wenzel, *Dóczyak* p.9.

**nasturtium, -ii n.**

Tuam ... excellentiam ... obsecro, quatenus nasturtium edas, et sicut solent tortuosi elephantes praematurum foetum decimo saltim anno sub lucem emittas: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

**nata, -ae f.**

Quod (*sc. regnum*) per insultus Lithvanorum ... creberimos anno ... domine Marie regine ... nate nostre carissime coronationis primo plerumque turbabatur: 1385 Süttő, *Anjou* II p.265.

## **natalis, -e**

Que minime acta fuisse arbitramur, si hec gens Hungarica natalis soli dulcedine allecta non de exteris nacionibus, sed de gente sua quempiam regem idoneum pro se elegisset: *1505 Tudománytár* 1839/VI p.66.

## **natalis, -e**

Quem (*sc. affectum*) ad ipsum regnum Bohemicum gerimus, ad hoc enim nos, qui ex ipso originem traximus, velut haeredem invitat et allicit natalis soli dulcis memoria, quae illius fore nos immemores non permittit: *1417 CD Hung. X/5 p.760.*

**natio, -onis f.**

Que minime acta fuisse arbitramur, si hec gens Hungarica natalis soli dulcedine allecta non de exteris nacionibus, sed de gente sua quempiam regem idoneum pro se elegisset: *1505 Tudománytár* 1839/VI p.66.



**natio, -onis** *f.*

Non unius regis aut populi videtur esse, ut tantum tyrannum, tot populorum ac nationum dominum non dicamus superare, sed si totus incumbat, finibus suis arcere saltem et repellere possit: 1523  
BROD. *Epist.* p.71.

**natio, -onis f.**

Maxime eciam et precipue ea ratione inducti,  
quod per totum orbem nulla dinoscitur nacio  
sew gens, que non de gente et sanguine atque na-  
cione sua regem et dominum sibi eligeret: 1505  
*Tudománytár* 1839/VI p.67.

**nativitas, -atis** *f.*

Exspectamus ... cardinalem ... ad diem nati-  
vatis huc venturum: 1524 BROD. *Epist.* p.104.

**nativitas, -atis** *f.*

Qui nunquam matutinas et horas canonicas cantassent, nisi aliquando in festo Pasche et Nativitas Domini: Erdélyi, *itRegister* p.120.

**nativum, -i n.**

Si quid epistolio nostro, quod e nativo Olomucio ad te dederam, quando ad incunabula nostra animi gratia nuper concesseram, nihil hucusque responderis: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

## **nativus, -a, -um**

scire namque debuit regiam maiestatem fraternam et illud regnum, quod sibi nativum et hereditarium est, et iure primogeniturae se magis, quam ipsum d<ominum> regem Poloniae concernit, salvo honore nulli relinquere posse: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.41.

## **nativus, -a, -um**

Scire namque debuit regiam maiestatem fraternam et illud regnum, quod sibi nativum et hereditarium est, et iure primogeniturae se magis, quam ipsum d[ominum] regem Poloniae concernit, salvo honore nulli relinquere posse: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.41.

## **nato, -are**

Aliis ... natando evadentibus ipse solus in profundum descendit eo, quod natare ignoravit: Szilády, *Temesvári* p.7.



**natura rerum, -ae f.**

(Tempore homicidii) in rerum natura non fuisset:  
*1414 Zsigm. oklt. IV,2103.*

**natura, -ae f.**

Neque sum ... natura adeo ambitiosus, ut patrocínio vestrae serenitatis ... aliud consequi optem, quam unde possim commodius et honorificentius vestris maiestatibus servire: 1524  
BROD. *Epist.* p.95.

**natura, -ae f.**

Quatenus vidit per incuriam dictorum fratrum Augustiniensium et non secundum legem nature sive vetustatem fuisse desolatum monasterium iamfatum: Erdélyi, *Register* p.56.

## **naturalis, -e**

Feria secunda praeterita ipse princeps Albertus praestitit iuramentum uti domino suo naturali ... regi Poloniae sedenti in diademate in throno ad id constructo: 1525 BROD. *Epist.* p.108.

**natus, -a, -um**

Ego Iohannes natus condam Anthonÿ Milethÿnczÿ de Strigonio publicus sacra apostolica regali-  
que in hoc regno Hungarie ... prenominatis te-  
stibus presens interfui: Erdélyi, *Register* p.44.

**naufragium, -ii n.**

Ut ipsius sacrosanctae matris ecclesiae illibata unitas reformaretur nulla recidivae tempestatis naufragia deinceps incursura: 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.250.

**nausea, -ae f.**

Si omnia, que audivi, vidi et expertus sum, narrare vellem, tedium generaret (codd. Wsqq, P: generarent) et nauseam audientibus: GEORG. HUNG. *Tract.* p.352.

## **navalis, -e**

Sicuti ... dominationum vestrarum ... maritimis copiis, navali praelio, aequa forte, pari virtute cum hoste illo communi ultro citroque secunda satisque prospera fortuna saepe certatum esse plane cognovimus: 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.348.



## **navigo, -are**

Ad cuius clamorem omnes perterriti, cum esset sero in tenebris, nemo audebat navigare intra paludes, ut videret, quid ageretur aut posset iuvare illam: Szilády, *Temesvári* p.6.

**navis, -is f.**

Quidam vir fortis natus eiusque mulieris compatiens materno ululatu prosiliit in unam navem, ut iret ad adiuvandum illum: Szilády, *Temesvári* p.6.

**navo, -are**

In praesenti causa pro remissione illius terrae  
... occupatae omnem certe operam medio ora-  
torum nostrorum sciat nos navasse: 1503 Katona,  
*Hist.crit.* XVIII p.340.

**ne coni.**

Vereor, ne tarde veniant: 1524 BPOD. *Epist.* p.89.

[Monostori] 2015.2.16.

## **necessarius, -a, -um**

Item res argenteas, quae supererunt, legavit ad usus eos, quos spetiatim nominavit ecclesiae faciendos, et ad eos, qui fuerint necessarii: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.31; *Dl* 89 199.

## **necessarius, -a, -um**

Quam ut relictis praesidiis necessariis ea tantum, quae ab illo sunt parta, in reditum suum defendi ac retineri possent: 1524 BROD. *Epist.* p.86.

**necessarius, -a, -um**

Sanctissimus dominus noster mittit ad succursum Clyzii com meatum ... et alia ad defensionem necessaria: 1524 BROD. *Epist.* p.89.

## **necessarius, -a, -um**

Quomodo civitates suae maiestatis regiae ... legitima reambulatione et novarum metarum erectione ac ab aliorum iuribus possessionariis sequestratione plurimum indigerent et essent summo-pere necessariae: 1500 Wenzel, *Dóczyak* p.60.



## **necessarius, -a, -um**

Item res argenteas, quae supererunt, legavit ad usus eos, quos spetiatim nominavit ecclesiae faciendos, et ad eos, qui fuerint necessarii: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.31. = *Dl* 89199.

**necessarius, -a, -um**

Te amo, mi Vadiane, quem mihi dederunt fata necessarium: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**necessarius, -i m.**

Prelatorum et baronum universitastisque procerum et nobilium huius regni Hungarie Bude habita pro arduis eiusdem regni negotiis tractandis necessario occupamur: Erdélyi, *Register* p.32.

**necesse** *adv.*

Si necesse fuerit: Erdélyi, *Register* p.42.

[Hegy] 2015.2.16.

**necessitas, -atis** *f.*

Pietas divina implevit pium desiderium servorum suorum mittendo Filium suum et satisfaciendo affectui eorum et necessitati redimendorum: *Serm. Quinqu. 8* (p.38).

**necessitas, -atis f.**

Cum comes Byter et Mycou ... relictam comitis Petri ... traxissent in causam coram nobis proponentes contra eandem, quod predictas possessiones eorum hereditarias necessitate compulsi eidem domine et filiabus suis contulissent: *1291 Erd.Múz.* 1992 p.84.

**necessitas, -atis** *f.*

Minuet ... meum dolorem sanctae sedis apostolicae necessitas et obsequium, quod vestram ... dominationem abesse cogit: 1524 BROD. *Epist.* p.105.

## **necessitas, -atis f.**

Si quando cursum suum consuetum consummare non poterat (*sc. S.Margareta in orando*), maxime propter parentum suorum presentiam, ac se (*sic ed., recte: si*) non modicum incommodum passa, donec recuperasset, quod necessitate omiserat, ad modum (*sic ed., recte: admodum*) tristabatur: *Vita Marg.* p.19.



**necessito, -are**

Quod multoties ipsorum Turcorum voluntatis  
progressus ulterior retrocedere est coactus et ne-  
cessitatus: *1411* Katona, *Hist.crit.* XII p.63.

**necessito, -are**

Quod multoties ipsorum Turcorum voluntatis  
progressus ulterior retrocedere est coactus et ne-  
cessitatus: *1411* Katona, *Hist.crit.* XII p.63.

**necessitudo, -inis** *m.*

Proinde cum tu sis necessitudine vetere mihi  
iunctus: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

## **nefandus, -a, -um**

Quid ... isti nefandissimi sibi volunt (*sc. Turci*), cum dicunt "deus unus est": GEORG.HUNG. *Tract.* p.308.

## **nefandus, -a, -um**

Decimus sextus testis providus vir ... reducto prius sibi in memoriam iuramento per eum prestito et de gravitate et nefando crimine periurii, ad generalia interrogatus respondit: Erdélyi, *Register* p.84.

## **nefarius, -a, -um**

Cogitare autem sua m<aiestas> caesarea potest apud Deum impium et apud homines nefarium videri minimeque honori et saluti regiae m<aiestatis> consentaneum, si fraterna maiestas d<omini> regis Poloniae in tanto periculo per m<aiestatem> regiam deseratur: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.42.

## **nefarius, -a, -um**

Domine, si vestra in presentia talia vobis inferunt  
nepharia, in absentia nobis (*sic*) quid fieri posset:  
*1425 Pozsonyi vizsály* p.262.

## **nefarius, -a, -um**

Cogitare autem sua m[aiestas] caesarea potest apud Deum impium et apud homines nefarium videri minimeque honori et saluti regiae m[aiestatis] consentaneum, si fraterna maiestas d[omini] regis Poloniae in tanto periculo per m[aiestatem] regiam deseratur: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.42.



**nefas** (nephax)

Unde Moyses docet qui dormierit cum masculo,  
coyto femineo uterque operatus nephax et ideo  
morte moriantur: PAUL. HUNG. *Penit.* p.209.

**negative** *adv.*

Adiudicabamur, ut id, quod negative contradicendo allegaverat et allegabat, hoc idipsum per suum iuramentale sacramentum comprobaret:  
*1391 Mon.episc.Zagr. II p.327.*

**neglectus, -us** *m.*

Qui dum neglectui contemptuique habentur, non  
mediocres tenebras Christianae luci obfuderunt:  
*1521 Katona, Hist.crit. XIX p.254.*

**neglectus, -us** *m.*

Qui dum neglectui contemptuique habentur, non  
mediocres tenebras Christianae luci obfuderunt:  
*1521 Katona, Hist.crit. XIX p.254.*

## **neglegens, -entis**

Quia quedam ex iamdictis eorum litteralibus instrumentis instrumentis ... ex serie ipsius registri nostri in annotata domo nostra tavarnicali ex negligenti conservatione deperdita et alienata fore verissimiliter agnovimus: *1386 Süttő, Anjou II p.383.*

**neglegentia, -ae f.** (negligentia)

In tanta ... rerum omnium desperatione ac principum Christianorum vel discordia, vel negligentia, sedis etiam apostolicae vel paupertate, vel tarditate quid posset ... vestra maiestas melius suo ... nepoti consulere, quam ut iam tandem tentatis omnibus, quae tentari potuerunt, de salute regnorum suorum aliter cogitaret?: 1523 BROD. *Epist.* p.74.

**neglego, -ere** (negligo)

Sciretque testis, quod propter predicta Christifideles illius loci plurimum scandalizabantur, et divina negligebantur officia: Erdélyi, *Register* p.109.

## **neglego, -ere**

Et dicit testis audivisse, quod vespas sepius neglexissent, que quidem predicta fuit, ut dicit testis, in scandalum Christifidelium inibi residentium: Erdélyi, *Register* p.100.



**neglego, -legere, -lexi, -lectus**

Noli existimare nos ita ab extrema spe et praesidiis pendere, ut domi, quae praestare ipsi atque efficere possumus, negligamus: 1523 BROD. *Epist.* p.71.

**negligentia, -ae f.**

Quae vel incuria vel potius negligentia tua non parum molestiē mihi suggessit, maxime, cum tabulariorum aut scribendi non defuerit opportunitas:  
*1514 TAUR. Epist. 1 (p.128).*

**negligentia, -ae f.**

Debueramque dudum tibi gratulari, sed neque sera gratulatio reprehendi solet [teste Tullio], praesertim si nulla socordia aut negligentia praetermissa est: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**negligentia, -ae f.**

Quarto ponit, quod dicta ecclesia sive monasterium per incuriam et negligentiam eorundem fratrum ... gravem et intolerabilem iacturam dampnumque et ruinam accepit adeo: Erdélyi, *Register* p.27.

**negligentia, -ae f.**

Dicit testis etiam scire de scandalo populi, quia testis frequenter audivisset, quod populus lamentabatur et conquerebantur de fratribus ... propter negligentiam eorum in divinis: Erdélyi, *Register* p.107.

**negligo, -ere** (negligere)

Quod si ... Petrus aliquem terminorum obmitteret vel negligaret insolviendo: 1366 Keglevich, *Garamsztb.* p.144.

**negotiositas, -atis *f.***

Est vero labes alia, negotiositas inquam, quae  
praecipites fert homines: *1522 ADR. WOLPH. p.295.*

**negotium, -i n.**

Prelatorum et baronum universitastisque proce-  
rum et nobilium huius regni Hungarie Bude ha-  
bita pro arduis eiusdem regni negotiis tractandis  
necessario occupamur: Erdélyi, *Register* p.32.



**negotium, -i n.**

Quod eius consilio aut auxilio procedere debetis  
in his et in aliis etiam omnibus negotiis nostris:  
1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Le-  
velesláda* p.103.

**negotium, -ii n.**

Negotium unionis Bohemicae qua diligentia actum sit et agatur, vestra reverendissima dominatio ex litteris domini baronis assidue cognoscit: 1524  
BROD. *Epist.* p.101.

[Monostori] 2015.2.16.

**nemo, -inis** *m.*

Unusquisque curat sua propria negotia et nemo  
nostra: 1525 BROD. *Epist.* p.111.

**nemo, -inis m.**

Qua (*sc. pace*) nem<o> <m>agis indiget, quam  
nos: 1524 BROD. *Epist.* p.105.

## **nempe**

Predicta particula terre ... fuisset terra pro se et sequestrata a dictis duabus possessionibus et per donationem comitis nempe ambe possessiones ... ipsa particula terre use fuissent: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.168.

## **neparius, -a, -um**

Quod annotatus Simon causae actor in huiusmodi causa nepharia, videlicet subtractorum bonorum relatione incusatus sufficienti testimonio ... convictus ... fuisset: 1466 Zimmermann, *Urkb.* VI p.254.

**nequeo, -ere**

Quod cause huiusmodi invigilare et intendere nequeamus: Erdélyi, *Register* p.32.

## **nequeo, -ire**

Vestre latere nequeat amicitie, quomodo qitetc.:  
1465–71 Neumann, *Korlátköviek* p.180.



**nequitia, -ae f.**

Quid sit nequitia. Quando aliquis audet quod nequit: PAUL. HUNG. *Penit.* p.203.

## **Neronicus, -a, -um**

Praedicatores catholici et ceteri magistri, fidem catholicam praedicantes et docentes per cruciatus et tormenta Neronica persecutione fidem catholicam, quam praedicaerunt et docuerunt, abiurare coguntur: *1417 CD Hung. X/5 p.761.*

**nervus,- i m.**

(iobagionem) in nervo (verberassent): 1414 Zsigm.  
*oklt.* IV,2268.

**nervus, -i m.**

utque ferrum rubigine fatiscit, si usu vacat, ita  
virtus vel maxima, si a continua actione cessat,  
languescit et omnes nervos amittit: 1521 Katona,  
*Hist.crit.* XIX p.261.

**nervus, -i m.**

Multo solidi firmantur robore nervi: IAN.PANN.  
*Paneg.* 3,1,270.

**nervus, -i m.**

utque ferrum rubigine fatiscit, si usu vacat, ita  
virtus vel maxima, si a continua actione cessat,  
languescit et omnes nervos amittit: 1521 Katona,  
*Hist.crit.* XIX p.261.

**nescio, -ire, -scivi/-scii, scitus**

Quamvis nescimus, quid in tanta nostra molestia  
subditorumque nostrorum perturbatione scrip-  
serimus aequo asperius: 1523 BROD. *Epist.* p.75.

**nescio, -ire**

Nescitur ex qua causa: Erdélyi, *Register* p.30.

[Hegy] 2015.2.16.



## **nescio, -ire**

Scire ... te velim ... me hospitem quendam ...  
nescio, an Rhamnusia fato an meis male meritis,  
reperisse: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**nescius, -a, -um**

Nam et de hoc dominum etiam meum ... idem tractare pontifex non est nescius: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

**neutralitas, -atis f.**

Si vaivoda ipse nequiret per oratorem nostrum ad restitutionem terrae occupatae induci, saltem inducere conaremur, ut manus suas et suorum omnium de illis exciperet relinqueretque liberam sub quadam neutralitate: 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.341.

**nexus, -us** *m.*

Extunc prefatus magister Petrus et heredes eiusdem procreandi prefatos heredes et superstites ... Iohannis in directis duabus partibus ... castri ... relinquere deberent, ... tali nexu moderaminis interiecto, quod *etc.*: 1387 Keglevich, *Garamsztb.* p.227.

## **nidifico, -are**

Domesticum, quia frequentat societatem hominum et nidificat in domibus magis, quam in desertis: *Serm. Quinqu.* 31 (p.79).

**niger, -gra, -grum**

Quod ... devotio populi per fratres illos nigros  
magis diminuta fuisset: Erdélyi, itRegister p.127.

## **niger, -gra, -grum**

Cui in signum subiectionis rex dedit nova insignia, vexillum scilicet ex serico album cum aquila nigra habente torquem auream in collo, ex qua pendet littera S: 1525 BROD. *Epist.* p.108.

**nigromantia, -ae f.**

Quia ipsi multe artis diabolice, magice quoque  
et nigromancie non modicam habentes periciam:  
GEORG. HUNG. *Tract.* p.384.



**nihil** *n. indecl.*

Sera ... praesidia parum aut nihil omnino afferre adiumenti poterunt: 1523 BROD. *Epist.* p.71.

**nihil**

Quod te facturum nihil haesito: 1516 TAUR.  
*Epist.* 2 (p.175).

[Szovák] 2015.2.16.

## **nihil**

Hoc mihi, hoc reverendissimo Vratislaviensi nihil gratius, hoc Augustino et tibi commodius nihil facere potes: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.175).

**nihilominus** *adv.*

Quotiens fuerit opus et sibi videbitur expedire presenti procuratorio, nihilominus in suo robore duraturo et generaliter omnia alia et singula faciendum: Erdélyi, *Register* p.43.

**nimbus, -i m.**

Spumeus argutis manabat nimbus habenis: IAN.  
PANN. *Paneg.* 3,2,73.

**nimio** *adv.*

Quandoquidem nimio plus patienter et mansue-  
te, quam ab ipsis subditis nostris ac aliis nobis  
consulebatur, negotium hoc tractavimus: 1523  
BROD. *Epist.* p.75.

**nimis** (nimium)

Si tamen haec consilia non essent iam nimium se-  
ra: 1523 BROD. *Epist.* p.74.

**nimius, -a, -um**

Que (*sc. B.Margareta*) ... oblatum sibi cilicium induit, sed pre nimia teneritudine sustinere non potuit: *Vita Marg.*



**nisi coni.**

Ad ... litteras vestrae serenitatis ... non habeo, quid aliud respondeam, nisi me esse et fore perpetuo, dum vivam, addictissimum servulum vestrae serenitatis: 1524 BROD. *Epist.* p.88–89.

**nisi coni.**

Non video, quid adhuc sim consecutus, nisi nudas spes et promissiones, factum autem penitus nullum: 1523 BROD. *Epist.* p.74.

**nitor, -oris** *m.*

inter quos idem Stephanus comes prae ceteris suis participibus velut aurum puritatis suae splendore ceterorum metallorum praecellens nitorem ... studuit nobis complacere: 1424 Katona, *Hist.crit.* XII p.430.

**nitor, -oris** *m.*

In hoc capite debet esse lumen sciencie, ... nitor  
mundicie: *Serm. Qinqu.* 3 (p.30.

**nitor, -oris** *m.*

Inter quos idem Stephanus comes prae ceteris suis participibus velut aurum puritatis suae splendore ceterorum metallorum praecellens nitorem ... studuit nobis complacere: 1424 Katona, *Hist.crit.* XII p.430.

**nitrum, -i n.**

Eis ... iussi dari pulveris perfecti ad tormenta impellenda libras mille, sulphuris praetera libras decies mille, salis nitri quinquies mille: 1515 Kationa, *Hist.crit.* XVIII p.855.

## **nobilis, -e**

Que (*sc. B.Margareta*) cum esset annorum vix quinque, conperiens aliquas ex sororibus indutas ciliciis incedere rogavit magistram suam, religiosam matronam nobilem, quam matrem semper vocabat: *Vita Marg.* p.18.

## **nobilis, -e**

Deus det suae maiestati et ... suae maiestatis consiliariis talem mentem, ne illud nobilissimum ac potentissimum regnum ... amittant: 1525  
BROD. *Epist.* p.119.



## **nobilis, -e**

Que (*sc. B.Margareta*) ... adeo evidenter et efficaciter cepit proficere, ut non solum sorores socie, ... sed etiam nobiliores matrone et domine principum coniuges in regno ... in eius moribus honestis edificabantur: *Vita Marg.* p.18.

## **nobilis, -e**

Nonnulli itaque essent nobiles homines et ignobiles in dictis comitatibus, ... qui *etc.*: 1497 Horváth, *Pótlások* p.176.

**nobilis, -is** *m.*

quamvis regia m[aiestas] pro honore suo et pro honore caesareae m[aiestatis] numquam mittere solita sit aliquem ad caesaream m[aiestatem], qui non sit de primis nobilibus regni suae m[aiestatis]:  
*1496 Katona, Hist.crit. XVIII p.47.*

**nobilis, -is m.**

Quamvis regia m<aiestas> pro honore suo et pro honore caesareae m<aiestatis> numquam mittere solita sit aliquem ad caesaream m<aiestatem>, qui non sit de primis nobilibus regni suae m<aiestatis>:  
1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.47.

**nobilis, -is** *m.*

Nec quisquam nostris ... temporibus eundem ... ad communem locum Syculorum ... contra ipsorum voluntatem causa residence ire compellere presummat, ymo eundem ... titulo aliorum nobilium regni nostri ubicunque voluerint residere libera facultate residendi permittat gratulari et gaudere: 1326/1365 *MNy* 1931 p.208.

**nobilis, -is m.**

Item feria secunda ... portaverunt de villis nobilium fl<orenos> 1,5: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* II,791 (p.55).

**nobilis, -is m.**

Iohannes quidem ea ratione (*sc. protestavit*), quod ipse castri proclamator existeret et nobilis ipsius possessionis Korosan foret ex antiquo legittimatus: 1365 Keglevich, *Garamsztb.* p.141.

**nobilitas, -atis f.**

Ex litteris ... habemus conventum regni ... fuisse turbulentissimum ac nobilitatem rebus infectis abiisse male contentam et omnia extrema minitantem, sese conventum pro libito suo armatos facturos rebusque regni aliter consulturos: 1525 BROAD. *Epist.* p.114–15.



## **nobilito, -are**

Urbanum praepositum ... a conditione ignobilitatis, in qua hactenus tanquam ab ignobilibus nati parentibus extiterunt, ... eximentes ... in praefata domo sua paterna ... duximus nobilitandum ... et nobilitamus: 1478 Wenzel, *Dóczyak* p.9.

## **nocturnalis, -e**

Quod idem Sandrinus alias tempore nocturnali quadraginta boues quorundam mercatorum ad dictam Ciuitatem nostram venientium, potentialiter auferri et depelli, nonnullosque homines dictos boues custodientes, dire et vsque ad mortem verberari fecisset: *1429 CD Hung. X/7* p.87–88.

**nocturnus, -a, -um**

Item die dominico ... dedi portariis propter circuitum nocturnum d<enarios> 14: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,43 (p.17).

**nocturnus, -a, -um**

Ut matutinas nocturnis temporibus, interdiu autem horas alias canonicas decenter decantarent:  
Erdélyi, *Register* p.65.

## **nocturnus, -a, -um**

Actum non solum per me et collegam meum ...  
, sed etiam per oratorem ... principis Ferdinan-  
di diligentissime atque acerrime toto isto tempore  
maximo labore et diuturna ac nocturna sollicitu-  
dine ac discursatione: 1523 BROD. *Epist.* p.73–74.

**nocuus, -a, -um**

Cum religiosus frater, Gaspar Sculteti, prior conventus ordinis predicatorum cum fratribus unā ... nobiscum contractum ineuntes pro emendo fossato assererent fossatum ipsum valde nocuum ecclesie ipsorum, cum ... aqua ... pluvialis colligeretur, ut fundamentum ipsius ecclesie loco cedere testudoque ruinam minare videretur: 1511 /1521 Entz, *Kolozsvár* p.150; *Df* 277780.

## **nodosus, -a, -um**

Draco autem viridis, alatus, in adversum se similiter erexit, cauda nodosa circumflexaque, postremum pedem, quo unico innititur, circumflexus, aliis autem pedibus oreque patenti et lingua sua vibrante instans anhelitum sulphureum ignemque spirans leonem acerrime invasit: 1504 Kato-  
na, *Hist.crit.* XVIII p.357.

**nolonolle**

Quod dictos fratres religionis Sancti Augustini  
nolumus: Erdélyi, *Register* p.31.

[Hegy] 2015.2.16.



**nomen, -inis** *n.*

In hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis est consuetis signavi: Erdélyi, *Register* p.44.

**nomen, -inis** *n.*

Unde ... et vos pro tropheis Christiano nomini taliscemodo (*sic, recte forsan: taliscemodi*) divinitus datis Deo coeli ... gratiarum actionibus consignatis studete idipsum nomen Domini humili prece deprecari, ... *etc.: 1444 Zimmermann, Urkb. V p.124.*

**nomen, -inis** *n.*

Quandoquidem hoc uno monumento non modo Augustinum a mortalitate asseres, verum etiam nomen tuum nullo unquam tempore intermoriturum posteritati clarum reddes: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**nomen, -inis** *n.*

Praestantissimum denuo virum, ... Georgium Collimitium, omnium horarum hominem, nostrum communem amicum, singulos denique symboli ac symposiorum vestrorum cundapn'ious nomine meo salvos iubeto: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**nomen, -inis** *n.*

Illud nomen perpetui comitatus, quo ipsa civitas tempore praefati condam ... genitoris nostri ... vocitata est, auferimus: 1465 Zimmermann, *Urkb.* VI p.215.

**nomen, -inis** *n.*

Ut ... et tibi committere dignaretur patrocinari suo nomine apud caesaream maiestatem ipsi causae nostrae Barensi: 1525 BROD. *Epist.* p.116.

**nomen, -inis** *n.*

Referet nonnulla vestrae sanctitati nomine meo ...  
archidiaconus: 1524 BROD. *Epist.* p.103.

**nomen, -inis** *n.*

Illud ... unum neque ego possum tacere. Me ...  
ob ... intercessionem immo contentiones quoque  
... baronis pro mea promotione nomine vestrae  
sanctitatis factas factum esse longe addictiorem  
et obstrictum vinctumque esse perpetuis vinculis  
in perpetuam ... servitute[m]: 1524 BROD. *Epist.*  
p.103–104.



**nominatim** *adv.*

Quod Paulus ... dominum regem a donatione cuiusdam particule terre ... et universos ... homines ab occupatione ... eiusdem terre, ... nominatim tamen Blasium et Iohannem ... prohibuit: 1386 Keglevich, *Garamsztb.* p.222.

## **nomino, -are**

Omnes et singulos testes vobis pro parte supradicti domini Petri Erdewdÿ nominandos et producendos in forma iuris recipiatis: Erdélyi, *Register* p.34.

**nona, -ae** f. (?) (none)

Item feria sexta ... Stephanus Veres de iobagio-  
nibus nonem (sic ed.) solvit d<enarii> 36: 1521  
Nógrádi, *Kanizsai* III,1012 (p.111).

**nondum** *adv.*

Galli ex ducatu Mediolani nondum excesserunt:  
*1523 BROD. Epist. p.85.*

**nongenti, -ae, -a** (nomgenti)

Quod nos nobili domino Wylhelmo ... et suis  
pueris ac heredibus ex veri debiti causa tenemur  
et obligamur in nomgentis (*sic*) florenis aureis:  
*1385 Süttő, Anjou II p.264; CD Hung. X/8 p.177.*

**nonnullus, -a, -um**

Non dubito ... nonnullas beneficiorum ecclesiasticorum mutationes in Hungaria fore: 1524  
BROD. *Epist.* p.94.

## **nonnullus, -a, -um**

Sunt nonnulli, qui credunt creationem hanc per multos adhuc dies vel forte menses differendam:  
*1523 BROD. Epist. p.79.*

**norma, -ae f.**

Quod illi fratres, qui in dicto inveniebantur monasterio, satis dissolute et preter normam regularis discipline vixissent: Erdélyi, *Register* p.109.



## **noster, nostra, nostrum**

Quia Christianissimum regem ita durum atque obstinatum video in recuperando ac nostros in retinendo vel non cedendo ducatu Mediolani, ut facilius utraque pars quidvis subiret, quam in hoc alteri parti cederet: 1523 BROD. *Epist.* p.84.

## **noster, nostra, nostrum**

Ex Lombardia habemus nova ... Gallos ex Italia iam discedere et in discessu huiusmodi per nostros unam partem eorum male mulcatam, ... interfectum quendam capitaneum, unum ex principalioribus, vulneratum etiam supremum capitaneum, quem almiralium vocant: 1524 BROD. *Epist.* p.98.

**nota, -ae f.**

Cum quo mihi notae occultiores sunt: 1525 BROD.  
*Epist.* p.111.

[Monostori] 2015.2.16.

## **notabilis, -e**

Quia hoc notorium esse caesareae m<aiestati> potest, quod omnes Christiani principes tam notabilis membri Christianitatis, sicuti est regnum Poloniae cladem et perniciem nullatenus patientur: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.50.

## **notabilis, -e**

Testis interrogatus respondit se scire de predictis esse publicam famam apud bonos et notabiles viros: Erdélyi, *Register* p.75.

**notabilis, -e** *adj.*

Habet ... decimas quarundem villarum satis notabilis utilitatis: *1413 Zsigm. oklt. IV,1357.*

## **notabilis, -e**

Quia hoc notorium esse caesareae m[aiestati] potest, quod omnes Christiani principes tam notabilis membri Christianitatis, sicuti est regnum Poloniae cladem et perniciem nullatenus patientur:  
*1496 Katona, Hist.crit. XVIII p.50.*

**notabilis, -e**

In cuius occursum et obviam notabiles dominos  
huius regni Venecias usque iam misimus: 1502  
Katona, *Hist.crit.* XVIII p.324.



**notabiliter** *adv.*

Mirabile dictu tanti sanguinis altitudo et adhuc teneravestes habitus sui, si de panno notabiliter precioso supra alias coevas suasfuissent, erubescibat portare: *Vita Marg.* p.18.

**notabiliter** *adv.*

Diffusa enim erat gratia quedam eius faciei et gratiosa maturitas de dispectu(*ed.:* !) ita, ut vix unquam asperis vel blandis mutari, deici vel extolli notabiliter videretur: *Vita Marg.* p.18.

**notarius, -i m.**

Item in die Sancti Gregorii notariis de conventu  
Sopronio dedi fl<orenos> 2: 1520 Nógrádi, *Kani-  
zsai* II,414 (p.37).

**notarius, -i m.**

Nos attendentes inviolabilem fidem et fidei puritatem magistri Nicolai, secretarii nostri notariis, dilecti et fidelis nostri ... palatium seu domum lapideam ... contulimus prefato magistro: 1360  
Mészáros, *Visegrád* p.125.

## **notifico, -are**

Provocationes et appellationes suas prosequendum, publicandum, intimandum, et notificandum: Erdélyi, *Register* p.43.

**notifico, -are**

Quemadmodum, dum Romae agerem, eidem notificavi: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.656.

## **notifico, -are**

Nam sicut in corruptione illius morbi manifestatur rigor divine iusticie, sic in remedio illi opposito notificaretur dulcedo divine misericordie:  
*Serm. Quinqu. 27 (p.72).*

**notorietas, -atis f.**

Alias per facti evidenciam publicam et ipsius constaret evidentem notorietatem: *1422 Mon.episc.Zagr.*  
VI p.71.



**notorietas, -atis f.**

Et quoniam omnia et singula in dictis litteris apostolicis contenta vera et probata esse sufficienter reperimus: Erdélyi, *Register* p.21.

**notorietas, -atis f.**

Que dixit et attestatus est, non solum famam publicam, sed etiam notorietatem apud omnes homines, qui ibidem conservabantur, existere: Erdélyi, *Register* p.135.

## **notorius, -a, -um**

Partes ... universas et quaslibet litteras regales, reginales, capitulares, conventuales et aliarum quaruncumque preeminentie personarum notoriis sigillis fungentium in tempore harum in contrarium nostrarum emanatas cassas ... relinquerunt (*sic*): 1387 Keglevich, *Garamsztb.* p.227.

## **notorius, -a, -um**

In causa scientie dicit testis, quatenus id ita, ut deposuisset, audivisset, essetque notorium multis: Erdélyi, *Register* p.102.

## **notorius, -a, -um**

Quoaniam ipse quoque testis monasterium vidisset, et in eo frequenter fuisset, essetque notorium istud: Erdélyi, *Register* p.106.

**notula, -ae f.**

Ipse conventus perlustrando et perlegendo inter cetera in eodem libello conscripta instrumenta quandam notulam seu seriem instrumentorum super predictam possessionem Benynch confectorum (*sc. invenit*): 1419 *Zsigm.oklt.* VII,178.

**notus, -a, -um**

Dum decanus ipse in visitatione sua vel aliis temporibus crimina notiora inter personas vobis subiectasprehenderet: 1522 Katona, *Hist.crit.* XIX p.376.

**notus, -a, -um**

Cui omnis iustitia ipsius particule terre foret cognita atque nota: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.168.



**notus, -a, -um**

Sed illa scio vestrae maiestati quam nobis esse notiora: 1525 BROD. *Epist.* p.111.

[Monostori] 2015.2.16.

**notus, -a, -um** *comp.*

Dum decanus ipse in visitatione sua vel aliis temporibus crimina notiora inter personas vobis subiectas deprehenderet: 1522 Katona, *Hist.crit.* XIX p.376.

## **novalis, -e**

Simulcum ... arundineto, silvis, terris campe-  
sribus et novalibus: *1293 Reg.duc.* p.168.

**novi, novisse, notus**

Quid rebus sic stantibus in ver futurum sit, futurum de nobis, Deus novit: 1524 BROD. *Epist.* p.101.

**novi, novisse**

Ut ... sol perpetuo circumagitur motu, nec requiem novit ullam: VALENT. ECK p.48.

[Szovák] 2015.2.16.

## **novi, novisse**

Nonnulli itaque essent nobiles homines, ... qui  
seriem ipsius cause bene novissent et scirent: 1497  
Horváth, *Pótlások* p.176.

**novitas, -atis f.**

Multifaria humanitatis suae merita et praeconii laude digna fidelitatis non facile memoranda insignia, quae in ipso et domo sua propria mature radicavit antiquitas et contra novitas solidavit, *etc.*: 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.245.

**novitas, -atis f.**

Me nihil novitatis manet, nisi quod aulas sequendo principum in Suidę nostri sententiam illam inciderim: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).



**novitas, -atis** *f.*

Libenter vos aliquibus bonis novitatibus consolari  
optaremus: 1491 SZAPOLYAI OKLT. p.198.

**novitas, -atis** *f.*

Ut dominatio vestra ... sit particeps novitatum,  
quae hic contingunt: 1525 BROD. *Epist.* p.108.

**novum, -i n.**

Nova hinc nescio, quae vestrae maiestati scribam:  
*1523 BROD. Epist. p.72.*

**novus, -a, -um**

Cardinalem Volterranum ob suspicionem Siciliae ad defectionem sollicitatae et rerum novarum motus in custodiam ... coniectum puto maiestatem vestram iam pridem intellexisse: 1523 BROD. *Epist.* p.72.

**nox, noctis** *f.*

Dies et noctes laboro in pecuniis extricandis et legato ... expediendo: 1523 BROD. *Epist.* p.72.

**nox, noctis f.**

Ut futuris temporibus in ipsa ecclesia predicti monasterii singulis noctibus matutine, in die autem hore canonice et misse peragerentur cantando et legendo: Erdélyi, *Register* p.87.

**nox, noctis f.**

*(B.Margareta)* noctes quoque pluries oratione pro magna parte ducebat insomnes: *Vita Marg.* p.19.

**nubecula, -ae f.**

Crescit tamen in voce, ut parvus parvulus, nubes  
nubecula: *Serm. Qinqu.* 12 (p.46).



**nubes, -is f.**

Secunda est opercio nubis: *Serm. Quinqu.* 14 (p.49).

**nubilus,-i m.**

Ipsa sincera fidei vestrae devotio tamquam lux serena semper in nubilo tribulationum ... exstitit ferventior: 1461 Zimmermann, *Urkb.* VI p.100.

## **nubo, -ere, nupsi, nuptus**

Domina Anna ... predecessori eorum ... Ladislao ... nupta fuisset: *1519 SzSzB Szle* 2006 p.347.

## **nubo, -ere, nupsi, nuptus**

Domina Anna ... predecessori eorum ... Ladislao ... nupta fuisset: *1519 SzSzB Szle* 2006 p.347.

**nuditas, -atis f.**

Quod unum fratrem ... cum quadam muliere  
usque ad nuditatem portassent ad castrum oppidi  
Kermend: Erdélyi, *Register* p.110.

## **nudius quartus**

Qualis itaque sit, ... ex infra scripto epigrammate, quod nudius quartus ... edideram, ... poteris ad unguem usque cognoscere: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**nudius** *adv.*

Accepi nudius tertius litteras vestrae maiestatis:  
*1525* BROD. *Epist.* p.117.

[Monostori] 2015.2.16.

## **nudus, -a, -um**

Que (*sc. B.Margareta*) ... post ... aliquatulum etate proficiens tunicas duriores et interdum cinturas cilicinas super nudo paulatim ferre consuevit: *Vita Marg.* p.18.



## **nudus, -a, -um**

Non video, quid adhuc sim consecutus, nisi nudas spes et promissiones, factum autem penitus nullum: 1523 BROD. *Epist.* p.74.

**nugae, -arum f.**

In haec verba autem iuxta Martialis epigrammatarii nugas insonat hemistichio *etc.*: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**nugulum, -i n.**

Lactat silicernium illum vetulum senem, ex astrologorum nugulis pendentem totum: 1514 TAUR.  
*Epist.* 1 (p.128).

**nullibi** *adv.*

Petimus, ... nostri interim nullibi locorum impediuntur: 1468 Zimmermann, *Urkb.* VI p.350.

**nullitas, -atis** *f.*

Protestatur de nullitate et nullitatibus et aliis omnibus et singulis in similibus solitis et consuetis:  
Erdélyi, *Register* p.40.

## **nullus, -a, -um**

Quandoquidem hoc uno monumento non modo Augustinum a mortalitate asseres, verum etiam nomen tuum nullo unquam tempore intermoriturum posteritati clarum reddes: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

## **nullus, -a, -um**

Non video, quid adhuc sim consecutus, nisi nudas spes et promissiones, factum autem penitus nullum: 1523 BROD. *Epist.* p.74.

## **nullus, -a, -um**

Omnia solus habes: detrita cantarus ansa obsequio nulli est, omnia solus habes: 1514 TAUR.  
*Epist.* 1 (p.130).



**numen, -inis** *n.*

Sanctitas v[estra] ... aeternam sui nominis gloriam in omnem posteritatem propagat et divinum numen magis magisque propitium sibi reddit: 1525 Katona, *Hist.crit.* XIX p.560. Pro quo maiores, quas possum, ago et habeo gratias nomini numinique Sanctitatis vestrae: 1526 Theiner, *Mon.Slav.* I p.590. Sciebam enim me nunquam immortalis numini tuo par pari redditurum: 1513

Teleki-Kovácsnay: IAN. PANN. *Dedic.* II p.252.

[Szovák] 2015.2.16.

**numen, -inis** *n.*

Sciebam enim me nunquam immortalis numini  
tuo par pari redditurum: 1513 Teleki-Kovácsnai,  
IAN.PANN. *Dedic.* II p.252.

**numen, -inis** *n.*

Sanctitas v<estra> ... aeternam sui nominis gloriam in omnem posteritatem propagat et divinum numen magis magisque propitium sibi reddit:  
*1525 Katona, Hist.crit. XIX p.560.*

## **numero, -are**

Quod iidem decimas, nonas et quartas nostras ac alia iura nostra ibidem existentia nobis conscientiose administrare teneantur et quod numerum dicarum tam frugum, quam vinorum, postquam dicaverint et numeraverint, nobis simili modo presentare teneantur: *1496 Lib.divis.Vespr.* p.14.

**numero, -are**

Quod ut facere velit meque inter suos postremos  
servulos numerare, eidem humillime supplico:  
*1523 BROD. Epist. p.72.*

**numerositas, -atis f.**

Que ... fuit ... bonis ... ac servitorum numerositate ... miserabiliter destituta: *1284 CD Hung. V/3 p.231.*

**numerositas, -atis f.**

Quae (sc. ecclesia) nostris in temporibus gravissime collapsa fuit et bonis quibuslibet et servitorum numerositate praeter spem recuperandi miserabiliter destituta: *1284 CD Hung. V/3 p.232.*



**numerosus, -a, -um**

Sit licet in castris miles numerosior illis: IAN.  
PANN. *Paneg.* 3,2,91.

**numerus, -i m.**

Qua re persuadeas tibi te nobis acceptissimum factum ac in eorum esse numero, quibus libenter commodare vellemus, prout hoc per omnem occasionem non praetermittimus: 1523 BROD. *Epist.* p.78.

**numerus, -i m.**

Qui non longo ante tempore in reverendissimi  
domini mei aulicorum numerum adscitus est:  
1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

**numerus, -i m.**

Idem comes ... talem ... modum ... suam conferendi eleemosynam postulavit, ut ... trium terminorum spacio quolibet elapso, scilicet die S[ancti] Michaelis, inter Carnisprivium et Nativitatem Domini, et in Parasceve uniformem numerum cuilibet tempori conservando centum viginti cubulos vini boni successive dare teneretur: 1248 /XVIII CD Hung. IV/2 p.23.

**numerus, -i m.**

Plenum numerum dicit testis illum, qui tot officia peragere potuissent: Erdélyi, *Register* p.87.

**nummatus, -a, -um**

Credo illum ipsum, qua iam pridem venerat, pulchram Viennam paulo nummatiore propediem repetiturum: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**nummus, -i** *m. 'n. quadrans'*: fillér?

Capitaneus ... eosdem ... tamdiu in diris vinculis tenuit, quousque nummum reddiderunt quadrantem: 1450 Neumann, *Korlátköviek* p.174.

**nummus, -i m.**

Nulli nec in nummo quadrante Australium intulimus nocumentum: 1450 Neumann, *Korlátköviek* p.174.



**nunciator, -oris** *m.*

Quia sine adiutorio ipsius nascentis nunciatores  
esse non possumus sue nativitatis: *Serm. Qinqu.*  
8 (p.38).

**nuncius, -i m.**

Quare omnibus melioribus modo, via, iure, forma et causa, quibus melius et efficacius ... ordinavit eundem magistrum ... nunc in Romana curia residentem suos veros, legitimos ... nuncios speciales et generales: Erdélyi, *Register* p.42.

## **nuncupo, -are**

Quos (*sc. libellos*) a Ioanne Pannonio Latinitate donatos tibi, Udalrice carissime, nominatim nuncupare veteris nostrae necessitudinis recordatio hortata est: 1522 ADR.WOLPH. p.296.

**nundinae, -arum f.**

Item feria secunda ... feci portare de Syll ex nundinis oleum d<enarii> 42: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,56 (p.17).

**nunquam** *adv.*

Que (*sc. B.Margareta*) ... paucis contenta verbis ... nunquam se in risum excussum (*in versione alia [Borselli]: excessivum*) resolvens ... se laudari nullo modo patiebatur: *Vita Marg.* p.18.

## **nuntio, -are**

Nuntiavit mihi nunc ... orator Mediolani accipisse se litteras ex Mediolano: 1523 BROD. *Epist.* p.79.

**nuntium, -ii n.**

Habemus ... recens ex waywodis Moldavo et Transalpino aliisque exploratoribus nuntium destinasse Turcas omni genere apparatusum instructissimos ... regnum hoc nostrum Tartaris etiam in societatem belli adiunctis invadere: 1524 BROD. *Epist.* p.86.

**nuntius, -i m.**

Item in die Carnis privii misit dominus magnificus dominum Dionisium et dedi nuntio expenses d<enarios> 12: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,371 (p.34).



**nuntius, -ii m.**

Quod non sit sanctitati per Ioannem Anthonium Pulleonem Baronem Burgii, nuncium et oratorem suum significatum: 1526 Theiner, *Mon.Slav.* I p.593.

**nuntius, -ii m.**

De pecuniis meis ... vestra ... dominatio iubeat dari ei, cui ... nuntius apostolicus commisit, ... ducatos ... centum et decem: 1524  
BROD. *Epist.* p.104.

**nuntius, -ii m.**

Hoc notatur in missi humilitate, quia misit ad illos  
servum, id est humilem nuncium: *Serm. Quinqu.*  
21 (p.61).

**nuper** *adv.*

Quibus tamen, ubicunque sint, iam non est opus  
istis aliis nuper missis: 1524 BROD. *Epist.* p.102.

**nuptiae, -arum f.**

Que ad festum B[eati] Laurentii ... nunc affuturum in Albaregali more solito ... coronabitur et tandem eciam nupcie celebrabuntur: 1502 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.325.

**nuptiae, -arum f.**

Hec est omnium et privata et publica vox et ita omnes ordines sunt difirmati (*sic ed., recte forsitan: obfirmati*) et animati, ut *etc.*: 1523 C. Tóth, *Bátori* p.177; *cf. DF 276023.*

**offitiosum, -i n.**

Offitiosum est triplex. Primum pro pecunia servanda. secundum pro vita corporis servanda. tertium pro integritate mentis servanda: PAUL. HUNG. *Penit.* p.206.

**Olachi, -orum** *m.*

Quod dicti Olachi ... ofensiones, interemptions ac alia facta naphanda (*sic*) perpetrarent potentialiter et minus iuste: 1383 *CD Hung.* X/8 p.123.



**oleum, -i n.**

Item in festo Fabiani et Sebastiani martirum de  
Cepreck feci portare oleum lini d<enarii> 36:  
1520 Nógrádi, *Kanizsai* I,19 (p.14).

**oleum, -i n.**

Est autem quadruplex oleum: *Serm. Quinqu.* 4  
(p.33).

**oleum, -i n.**

Que (*sc. puella*) cum superasset ignem, picem et resinam, fervens oleum, gladium in ore eius mergi fecerunt et migravit ad agnum, sponsum, dominum Iesum Christum: *Serm. Quinqu. 5* (p.35).

**olim** *adv.*

Imprimis itaque ponit, quod olim felicitis memorie  
etc: Erdélyi, *Register* p.94.

[Hegy] 2015.2.16.

**olium, -i n.** (olleum)

Item feria quarta ... misi ad Chepreck pro oleo d<enarii> 62: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,223 (p.71).

**olla, -ae f.**

<Item> eodem die ad coquinam olas emi d<enario]  
1,5: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,680 95).

**olla, -ae f.**

Item eodem die emi ollas ad coquinam d<enarii>  
8: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,131 (p.21).

**olla, -ae f.**

Que (*sc. B.Margareta*) ... vestes habitus sui, si de panno notabiliter precioso supra alias coevas suas fuissent, erubescerebat portare et, si quando cogebatur ob reverentiam parentum, scalaribus coquinae, ablutionibus ollarum et ceterorum vasorum pulveribusque scopatorum denigrare festinabat: *Vita Marg.* p.18.



**omagium** *vide* homagium

Extunc pars illa contraveniens et invadens seu inferens similiter in viginti florenis, medio videlicet omagio convincatur: *1513 Reg.Strig.* p.100.

**omissio, -onis** *f.* (obmissio)

Pro Ladislao ... contra Michaellem ... super obmissione solutionis decem et octo florenorum aureorum ... memorialis: 1372 Keglevich, *Garamsztb.* p.179.

**omissio, -onis f.**

Uti dignetur maiestas vestra ... illas duas partes iudiciarias oneris et gravaminis sententiae, in quo ... Franciscus Bothka ... per omissionem iuramenti sui ... convictus exstitit et aggravatus, ... supplicantibus pro fidelibus servitiis eorundem conferre gratiose: 1525 BROD. *Epist.* p.106.

## **omitto, -ere, -misi, -missus**

Ego tamen sub hoc dubio non omisi tam apud sanctissimum dominum nostrum, quam alibi facere omnia ea, quae hic fieri per me poterant:  
*1525 BROD. Epist. p.118.*

## **omitto, -ere**

Si quando cursum suum consuetum consummare non poterat (*sc. S.Margareta in orando*), maxime propter parentum suorum presentiam, ac se (*sic ed., recte: si*) non modicum incommodum passa, donec recuperasset, quod necessitate omiserat, ad modum (*sic ed., recte: admodum*) tristabatur: *Vita Marg.* p.19.

**omnino** *adv.*

Sera ... praesidia parum aut nihil omnino afferre adiumenti poterunt: 1523 BROD. *Epist.* p.71.

**omnino** *adv.*

Que (*sc. B.Margareta*) ... paucis contenta verbis  
... vocabula etiam iactantiam vel vanitatem so-  
nantia omnino respuebat: *Vita Marg.* p.19.

**omnino** *adv.*

Quod si non fiat, timeo, ne omnino actum sit de nobis: 1525 BROD. *Epist.* p.119.



## **omnipotens, -entis**

Quod iidem fratres ... de sero tamen bene vinolenti patrem omnipotentem cantassent: Erdélyi, *Register* p.93.

**omnipotentia, -ae f.**

Quia secundum Ambrosium Dominus est nomen  
omnipotentie: *Serm. Qinqu. 7* (p.37).

## **omnis, -e**

Summa ... vestrae serenitatis clementia et singularis in omnes liberalitas ac munificentia spem mihi dat vestram serenitatem preces etiam nihil a se merentis servitoris non aspernaturam: 1524  
BROD. *Epist.* p.94.

## **omnis, -e**

In iis enim sum locis, quo et propter diversa viarum discrimina et propter longinquitatem tardissime omnia perferuntur: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**omnis, -e**

Quidquid enim vel humanitatis vel favoris tui illi praestiteris, id omne ac totum in me collatum fuisse te volo inpraesentiarum non ignorare: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

## **omnis, -e**

In iis enim sum locis, quo et propter diversa viarum discrimina et propter longinquitatem tardissime omnia perferuntur: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**omnis, -e**

Codre, tuum serva hospitium, quo Codrior alter  
orbe vago non est, omnia solus habes: 1514 TAUR.  
*Epist.* 1 (p.129).

**omnis, -e**

Nam templi praesuli, domino Ioanni Turzo, Vratislaviensi episcopo, cordi est, omnes illius epistolas ... chalcographorum prelo traditum iri velle:  
*1516 TAUR. Epist. 2 (p.174).*



## **omnis, -e**

Cum tibi copias ostendet Aegidius meus, praesentium tabellarius, homo bonarum literarum et virtutum omnium alumnus studiosissimus, quem tibi ita commendo, ut maiore diligentia quidem commendare non possim: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**omnis, -e**

Praestantissimum denuo virum, ... Georgium Collimitium, omnium horarum hominem, nostrum communem amicum, singulos denique symboli ac symposiorum vestrorum cundapn'ious nomine meo salvos iubeto: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**onero, -are** (onere *pro* onero)

Residuum ... dualitatis ... domorum uxori meae ... et ... filio meo privigno ... in pios usus et praecipue pro missarum celebrationibus ... exponendum ... committo, in hoc ipsorum onere (*sic, ed., cod. [Df 286635] fol. 192<sup>v</sup>: onero*) conscientias et animas: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.149.

**onero, -are**

Super quo tuam constientiam oneramus: Erdélyi,  
*Register* p.10.

[Hegyí] 2015.2.16.

**onerosus, -a, -um**

Philomathes: Estne reipublicae administratio res tam ardua? Etnearches: Certe inter mortales nulla onerosa magis: VALENT. ECK p.48.

**onus, -eris** *n.* (honus)

Quorum honus super se assumens ... confessus  
extitit (*sc. Andreas*): 1384 Keglevich, *Garamsztb.*  
p.214.

**onus, -eris** *n.*

Qui onus tuendi et defendendi prefatos fratres ...  
in dicto monasterio ... recepit: Erdélyi, *Register*  
p.33.

**onus, -eris** *n.*

Fiat ... provisio tam de episcopatu Plocensi, quam etiam Premisliensi, ita, ut prius scripsimus, sine ulla pensione ac onere et sine aliqua mora et difficultate: 1523 BROD. *Epist.* p.75.



**onus, -eris** *n.*

Quod onus idem Blasius lector et rector altaris eiusdem Sancte Crucis ex beneplacita voluntate et annuentia condam ... Alberti episcopi ... suscepit et singulis septimanis facit continuare: *c.1491 Veszpr.okl. I p.296.*

**onus, -eris** *n.*

Nihilominus procuratores huiusmodi ab omni onere satisfaciendi ac iudicio sisti et iudicatum solvi cum omnibus ... et opportunis sub ipoteca et obligatione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium: Erdélyi, *Register* p.43.

**onus, -eris** *n.*

Ut me ... hoc onere omnino levare dignetur (*sc. pontifex maximus*), totius alioquin fere Christianitatis onera gravissima humeris meis ferentem nullo preter Deum et vestram sanctitatem adiutore: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

**onus, -eris** *n.*

Et eo potissimum tempore, quo idem onus et vicem ... thesaurarii nostri in ipso officio gerebat et supportabat: 1478 Wenzel, *Dóczyak* p.9.

**onus, -eris** *n.*

Ego is sum, cui quicquid per vestras maiestates oneris ... iniungetur, libens feram, etiam si longe ultra Hispanias mihi esset in servitiis vestrarum maiestatum eundem: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

**onus, oneris n.**

Uti dignetur maiestas vestra ... illas duas partes iudiciarias oneris et gravaminis sententiae, in quo ... Franciscus Bothka ... convictus existit et aggravatus, ... supplicantibus pro fidelibus servitiis eorundem conferre gratiose: 1525 BROD. *Epist.* p.106.

**opacus, -a, -um**

Bigis invectus opacis / paulatim mutum somnus  
complectitur orbem: IAN. PANN. *Paneg.* 3,2,257–58.

[Szovák] 2015.2.16.

**opera, -ae f.**

regia maiestas ... promissorum et datae fidei semper memor maluit etiam principibus Christianis ... displicere et obsistere, quam operam suam ad conterendam caesaris potentiam commodare: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.41.



**opera, -ae f.**

Operae pretium duximus utrumque regnum et locorum propinquitate et principum concordia licet antehac etiam unitum novis tamen foederibus magis magisque deinceps coniungere ac devincire: 1507 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.501.

**opera, -ae f.**

Regia maiestas ... promissorum et datae fidei semper memor maluit etiam principibus Christianis ... displicere et obsistere, quam operam suam ad conterendam caesaris potentiam commodare: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.41.

**opera, -ae f.**

Postulamus a te, operam facere velis, quo litterae ipsius episcopatus Plocensis expedire permittatur iuxta praedecessorum ipsius solutionem: 1523  
BROD. *Epist.* p.78.

**opera, -ae f.**

Pro his ab eodem recuperandis omnem adhibeatis  
operam: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C.  
Tóth, *Levelesláda* p.103.

**opera, -ae f.**

Operam tuam adhibeas, ut nobis tandem possessio ipsa restituatur: 1525 BROD. *Epist.* p.116.

**opera, -ae f.**

Plato ... beatas fore civitates dixit, ubi vel sapientes imperitarent, vel principes ipsi iugem philosophiae operam impenderent: VALENT. ECK p.40.

**opera, -ae f.**

Dixit nobis idem Paulus se operam daturum diligentem, ut *etc.*: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.103.

**operarius, -ii m.**

Nam quod operarios nostros aliqua causa semel completum non est: 1481 SZAPOLYAI OKLT. p.155.

[Szebelédi] 2015.2.16.



**operatio, -onis f.**

Unde commendatur in eo operatio Spiritus Sancti per hoc, quod descendit in eum, et operantis perduratio per hoc, quod mansit in eo: *Serm. Quinqu.* 31 (p.79).

**operatio, -onis f.**

Unde de premissis iudicare futura ex astris est illicita divinatio, et sepe demonis operatio se immiscet, út decipiat in fide: Szilády, *Temesvári* p.33.

**operatio, -onis f.**

Ultimum enim est finis, qui intenditur in operatione, ut sessio in scampno et proteccio in domo a caumate et imbribus secundum Philosophum (*ubi?*): *Serm. Quinqu.* 17 (p.54).

**operculum, -i n.**

Ingressi fuissent testudinem, ubi quoddam stragulum sive thorale ipsius domine Margarethe in lecto invenissent, ladulam vero minime. Addens etiam tunc quandam mulierem Italam uno viro similiter Italo comitatam in domo sua pernoctasse. ... *Az ügyben alkalmatlan tanúként gyerekeket is kihallgatnak:* Quorum unus videlicet Iohannes annos agens 14 dicebat se vidisse ladulam

quandam sub lecto operculum fissum habentem  
illamque tempore discessus domine Margarethe  
ad currum suum e testudine portare volentem le-  
vare non potuisset, sed ilico unam ex ancillis dicti  
domine Margarethe eandem ipsam ladulam e te-  
studine ad currum portantem. ... Acta sunt hec  
feria sexta ante Valeriani martiris anno supranoto:  
*1513 DF 271 723 fol.303<sup>r</sup>.*

**operimentum, -i n.**

In quibus verbis ostenditur indigencia Christi in operimento, in lecto, in domo: *Serm. Quinqu. 13* (p.47).

**operimentum, -i n.**

Iniuriosi, propter approximationem, quia dicuntur fuisse operimentum eius, quoniam de proximo tegebant eum, ut operimentum: *Serm. Quinqu.* 14 (p.49).

## **operio, -ire**

Nolite enim existimare, sapientissimi viri, quicquid vobis esse tutum ab his aut quietum, qui vigilant, semper insidiantur, occasione ad obeundum facinus operiuntur: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.253.

## **operio, -ire**

Nolite enim existimare, sapientissimi viri, quic-



quid vobis esse tutum ab his aut quietum, qui vigilant, semper insidiantur, occasione ad obeundum facinus operiuntur: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.253.

## **operor, -ari**

Post prandium operabatur manibus suis maxime opera, que ad ecclesie et sanctarum reliquiarum erant ornatum (*sc. S.Margareta*): *Vita Marg.* p.19.

## **operor, -ari**

Que cum non solum in ipsius sepefati fratris Iacobi detractionem et infamiam cedant et retorqueantur livore quodam fomite et odio, verum etiam in detrimentum fidei et salutis populi huius regni et enervacionem sancti operis, quod operatus est in ipso regno: *1439 AA Bosnae* p.175.

**opertio, -onis f.** (opercio)

Secundo debet esse signum pudoris opercio. Ier. XIII.: Operuerunt capita sua, scilicet in signum verecundie (cf. Ier. 14,4): *Serm. Quinqu.* 3 (p.30).

**opertio, -onis f.**

Secunda est opercio nubis: *Serm. Quinqu.* 14 (p.49).

**opertio, -onis f.**

Invenitur autem multiplex opercio conveniens  
Beato Stephano: *Serm. Quinqu.* 14 (p.49).

**opes, -is f.**

Ludovico regi, vestrae reip<ublicae> amicissimo in iuventae flore, quod allicere vehementius ad pietatem debet, constituto ferte opem: 1521 Kautona, *Hist.crit.* XIX p.306.

**opes, -is f.**

Ludovico regi, vestrae reip[ublicae] amicissimo in iuventae flore, quod allicere vehementius ad pietatem debet, constituto ferte opem: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.306.



**ophthalmia, -ae f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput cephalea, ... ophthalmia: BONF.  
*Symp.* III,442.

**opifex, -icis m.**

Ad ipsas partes Transalpinas exercitualmente profecti fuimus ... supremo opifice cooperante, qui a suis auxilii sui commodum procul ponere non novit: 1411 Katona, *Hist.crit.* XII p.62.

**opifex, -icis m.**

ad ipsas partes Transalpinas exercitualmente profecti fuimus ... supremo opifice cooperante, qui a suis auxilii sui commodum procul ponere non novit: 1411 Katona, *Hist.crit.* XII p.62.

**opilio, -onis** *m. in nomine proprio*)

Quibus (*sc. florenis*) ex parte quorundam Andree Opilionis et Nicolai Bochkor ... idem Stephanus ... convictus et aggravatus esse asserebatur:  
*1512–1516 Horváth, Pótlások p.177.*

**opinio, -nis** *m.*

Nisi mea me ludat opinio: 1514 TAUR. *Epist.* 1  
(p.129).

**opisthonus,-i m.** (opisthanos)

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... opisthanos ...  
abest: BONF. *Symp.* III,444.

**opitulamen, -inis** *n.*

Nobis per eosdem in contemptum nostri regii honoris captivatis ac divino opitulamine in brevi captivitate ab eadem evadentibus et liberatis idem dominus ... nostre claritati ferventer studuit conplacere: *1404/1406 TGy 1935/I p.77.*

**opitulamen, -inis** *n.*

Sed ipsis omni opitulamine et auxilio adesse dignentur et velint: *1499 Szapolyai oklt.* p.257.



## **opitulator, -ari**

Certi estote, quod vobis pro hac re ulterius non scribemus, nec in aliquo vobis contra ipsos dominos vestros patrocina**bi**mur seu opitula**bi**mur:  
*1514/? Wenzel, Dóczyak p.68.*

## **oportet, -ere, oportuit**

Nunc vero non ita, neque aliam causam affert, nisi litteras et mandata ... regis serius, quam oportebat, venisse: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

## **oportet, oportuit**

Facile (*sc. credere potes*), modo quantum laboris populi praefectum subire oporteat, ad amussim examinaris: VALENT.ECK p.48.

## **oportet, oportuit**

His triturationibus nostris boni aequique consules oportet: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

## **oppeto, -ere**

Si nulla, medius fidius, esset religio, nulla pietas, quis est adeo mentis inops, adeo oblitus sui, qui haec barbarorum portenta perferre possit, nec malit mortem millies oppetere, quam pati id servitutis iugum?: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.249.

## **oppeto, -ere**

Si nulla, medius fidius, esset religio, nulla pietas, quis est adeo mentis inops, adeo oblitus sui, qui haec barbarorum portenta perferre possit, nec malit mortem millies oppetere, quam pati id servitutis iugum?: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.249.

## **oppidanus, -a, -um**

Si nullus aliquando maneret in illo monasterio,  
subiungentes iidem oppidani: Erdélyi, itRegister  
p.125.

**oppido** *adv.*

Ecce, die altero in congressu belli oppido sagitta est vulneratus et pertimescens damnationem, combussit mox dictam chartam: Szilády, *Temesvári* p.32.



**oppidum, -i n.**

Testis interrogatus respondit se scire et vidisse, quod annis proximis preteritis dicti fratres ... extra illud oppidum sepius tabernas frequentassent: Erdélyi, *Register* p.84.

**oppletio, -onis f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... oppletio ... abest:  
BONF. *Symp.* III,443.

## **oppletus, -a, -um**

Egidium Moravum meum, hominem mehercule non tam frugi quam fidei, virtutum ac integritatis oppletissimum mei gratia commendatum habere non dedigneris: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

## **oppono, -ere**

Ipse Colocensis hiis rebus cognitis castra in eis locis, quo exercitus hostium venturus est, posuit seseque hosti venienti opposuit: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

**oppono, -ere**

Puppibus opponunt validas in gurgite puppes:  
IAN.PANN. *Paneg.* 3,2,210.

**opportuna, -orum** *n.*

Omnia et singula, que circa cognitionem eiusdem cause necessaria fuerint quomodolibet vel opportuna: Erdélyi, *Register* p.32.

**opportunitas, -atis f.**

Oportunitatem malis prebet, hominem errare facit, ferecundiam tollit, pigriciam et sompnolenciam inducit: *Serm. Quinqu.* 11 (p.43).

**opportunitas, -tis f.**

Quae vel incuria vel potius negligentia tua non parum molestiē mihi suggessit, maxime, cum tabulariorum aut scribendi non defuerit opportunitas:  
*1514 TAUR. Epist. 1 (p.128).*



## **opportunus, -a, -um**

Misit et ipse ... oratorem, quod pro avertendis periculis aperte imminentibus opportunum sedis apostolicae praesidium imploraret: 1524 BROD. *Epist.* p.86.

## **opportunus, -a, -um**

Scribitis, quod coloni nostri ... vellent contra vos nobis conqueri. Hoc non curetis, cum venerint, dabitur eis responsio et relatio oportuna: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.103.

## **opportunus, -a, -um**

Quia idem comes ... nobis et regno nostro diversa servitia fidelitatis impenderat temporibus oportunis: 1278/1282 *Erd.Múz.* 1992 p.82.

**oppositio, -onis f.**

In huius autem oppositionem predicti actores monstrassent intra terras ... quendam collem:  
*1386 Keglevich, Garamsztb. p.219.*

**oppositum, -i n.**

Deinde infra penes terram Fabiani ad metam terream in opposito ipsarum duarum metarum sitam predictis filiis Lachk ... dedissent: 1374 Keglevich, *Garamsztb.* p.186.

**oppositum, -i** *n. 'ex opposito'*

Quod ipsi ... magistrum Nicolaum ... a sepi-  
ri factione seu preparatione cuiusdam sepi inter  
fundos curiarum eorundem ... ex opposito ec-  
clesie Beate Virginis ad occidentem adiacentes  
fieri debende ... prohibuissent: 1362 Mészáros,  
*Visegrád* p.130.

**oppressio, -onis f.**

quamvis regia m[aiestas] pro honore suo et pro honore caesareae m[aiestatis] numquam mittere solita sit aliquem ad caesaream m[aiestatem], qui non sit de primis nobilibus regni suae m[aiestatis] et ideo exspectasset illos sine oppressione teneri: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.47.

**oppressio, -onis f.**

Quamvis regia m<aistas> pro honore suo et pro honore caesareae m<aistatis> numquam mittere solita sit aliquem ad caesaream m<aistatem>, qui non sit de primis nobilibus regni suae m<aistatis> et ideo exspectasset illos sine oppressione teneri: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.47.



**oppressio, -onis f.**

Replerunt amaritudine thabernaculum mentis nostre ille enormes offense reterite et istud novum horrendum facinus in Dei contumeliam, nostram iniuriam permaximam, nostri cleri lamentabilem oppressionem: *1422 Mon.episc.Zagr.* VI p.67.

**opprimo, -ere, -pressi, -pressus**

Qua fraude et simulatione nihil aliud agebatur,  
quam ut nos securos et imparatos possunt oppri-  
mere: 1524 BROD. *Epist.* p.86.

**opprimo, -ere, -pressi, -pressus**

Isti ... principes vestri immortalibus odiis inter se et armis nunquam intermorituris concertantes adiuvant multum hostem ad nos opprimendos:  
*1524 BROD. Epist. p.101.*

**opprimo, -ere, -pressi, -pressus**

Venerunt nova de Constantinopoli ... Imperatorem aegre tandem seditione oppressa coactum id facere, quod milites postulaverant: 1525 BROD. *Epist.* p.119.

**opprimo, -ere**

O caecas hominum mentes, quas tantae perturbationis stupor oppressit!: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.246.

## **opprimo, -ere**

Ne rustici supradicti opprimerentur et duppliciter punirentur: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.101.

**opprimo, -ere**

O caecas hominum mentes, quas tantae perturbationis stupor oppressit!: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.246.

## **opprobriosus, -a, -um**

Peto prefatum dominum prepositum per vestras  
venerabilitates mihi indigne ... molestias et ob-  
probriosas iniurias inferentem ... condemnari  
debere pronuntiari: *1425 Pozsonyi viszály* p.263.



**opprobrium, -i n.**

Vide ergo miser si confitearis, vitabis supplicia,  
acquirens premia effugiens confusionem et op-  
probria sempiterna: PAUL. HUNG. *Penit.* p.201.

**opprobrium, -ii n.**

Ut possint (*sc. iusti*) esse in derisum et in despectum et in obprobrium omnibus, quasi iam non cum vivis, sed cum mortuis deputati, despecti et deiecti: GEORG.HUNG. *Tract.* p.340.

**oppugno, -are** (obpugno)

Ipse dominus noster rex plures quam tria milia gentium ... cum eisdem confligentes auxilio divino manu obpugnanti prost<r>avit:1470 Zimmermann, *Urkb.* VI p.461.

## **oppugno, -are**

Cum hac efferata barbarorum colluvie gens Hungara centesimum supra quadagesimum annum nunc oppugnans, nunc repugnans assidue conflictatur: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.249.

## **oppugno, -are**

Cum hac efferata barbarorum colluvie gens Hungara centesimum supra quadagesimum annum nunc oppugnans, nunc repugnans assidue conflictatur: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.249.

## **oprimo, -ere**

Ne futuro vere a potentissimo hoste ... penitus  
opprimar et degluciar: 1524 Theiner, *Mon.Slav.* I  
p.584.

**ops, -is f.**

Vestram sanctitatem supplex oro, ... ut me ista agentem suo solito favore et gracia prosequi dignetur et res nostras in summo periculo constitutas auctoritate et ope sua adiuvare: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.656.

**ops, -is f.**

Partium etiam nostri atque officii esse et nostrae pietati imprimis congruere duximus in maximo discrimine fluctuanti et quasi labenti regno providere opemque ferre debere: 1490 Wenzel, *Dóczyak* p.19.



**ops, opis f.**

Misit (*sc. papa*) ... litteras ad omnes principes exhortans eos, ut velint ... regno Hungariae vel ei parti Christianitatis, si qua laborare coeperit, opem ferre: 1524 BROD. *Epist.* p.98.

## **optatus, -a, -um**

In negotiis vestrae maiestatis credo nos ... optatam relationem in omnibus habituros: 1523 BROD.  
*Epist.* p.83.

## **optatus, -a, -um**

Nihil mihi optatius certe fuisset, quam vestrae  
maiestati ... servire: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

**optima, -orum** *sensu subst.*

Universa et singula optima me de hoc seculo decedente fieri debenda inseri feci atque conscribi modo testamentario: 1456 Neumann, *Korlátköviek* p.179.

## **opto, -are**

Si felicem et optatum ... exitum habebunt (sc. *connubia*): 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

## **opto, -are**

Neque sum ... natura adeo ambitiosus, ut patrocínio vestrae serenitatis ... aliud consequi optem, quam unde possim commodius et honorificentius vestris maiestatibus servire: 1524  
BROD. *Epist.* p.95.

## **opulens, -tis**

Ut Pannonia opulentissima olim et ditissima provincia ad usus communes vix suppeditare sumtus valeat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.252.

**opulens, -tis comp.**

Cui donec de opulentiori beneficio providebitur:  
*1515 Katona, Hist.crit. XVIII p.839.*



## **opulens, -tis**

Ut Pannonia opulentissima olim et ditissima provincia ad usus communes vix suppeditare sumtus valeat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.252.

**opulentia, -ae f.**

Et qui olim rerum opulentia militum robore bellicoque omni apparatu nullis eramus mortalium secundi: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.252.

**opulentia, -ae f.**

Et qui olim rerum opulentia militum robore bellicoque omni apparatu nullis eramus mortalium secundi: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.252.

## **opulentus, -a, -um**

Dandi ... subsidii ... a ... principibus, maxime a rege Angliae et Portugaliae, duobus opulentissimis et pecuniosissimis principibus, multi essent modi: 1523 BROD. *Epist.* p.74.

**opus est**

Quibus tamen, ubicunque sint, iam non est opus  
istis aliis nuper missis: 1524 BROD. *Epist.* p.102.

**opus, -eris n.**

Circa cuius operis (*sc. renovationis tecturae*) laborem asseres iam duobus florenis aureis comparare feci: 1477 Neumann, *Korlátköviek* p.181.

**opus, -eris** *n.*

Et si opus fuerit: Erdélyi, *Register* p.42.

**opus, -eris** *n.*

Dei auxilio ego indignus magnis et multis laboribus me ipsum ultra vires perurgendo recollegi et propria manu conscripsi hoc opus Aurei Rosarii theologicæ sapientie: Szilády, *Temesvári* p.54.

[Szovák] 2015.2.16.



**opus, -eris** *n.*

Post prandium operabatur manibus suis maxime opera, que ad ecclesie et sanctarum reliquiarum erant ornatum (*sc. S.Margareta*): *Vita Marg.* p.19.

**opus** opus est

Licet in tanta vestrae sanctitatis in hanc rem propensitate nullis ... precibus opus esse intelligam:  
1525 Theiner, *Mon.Slav.* I p.589.

[Szovák] 2015.2.16.

**oratio, -onis f.**

Universis tam praesentibus, quam posteris, praesentes litteras inspecturis fr[at]er M., minister et servus fratrum ordinis minorum per Hungariam custodesque totius provinciae cum universis discretis ad capitulum provinciale congregatis salutem et orationes in Domino!: 1248/XVIII CD  
*Hung.* IV/2 p.23.

**oratio, -onis f.**

Ut a prima diei hora usque alterum prandium  
conventus orationes suas continuaret: *Vita Marg.*  
p.19.

**oratio, -onis f.**

Ne aliqua sororum supervenientium orationum  
suarum instantium (*ed.corr.:* instantiam) inter-  
rumperet: *Vita Marg.* p.19.

**oratio, -onis f.**

*(B.Margareta)* noctes quoque pluries oratione pro magna parte ducebat insomnes: *Vita Marg.* p.19.

**oratio, -onis f.**

Que (*sc. matronae*) eam multo affectu de diversis regni partibus pariter venientes videre poterant, ... se ... eius orationibus cum devotione commendantes ad propria cum gaudio remanebant (*sic ms., ed. corr.: remeabant*): *Vita Marg.* p.18.

**orator, -oris** *m.*

Supplico humillime, dignetur tam ad maiestatem regiam ac reginalem, ... quam etiam ad magnificentum dominum oratorem suum ... in mei commendationem suas litteras dare et efficere: 1524  
BROD. *Epist.* p.94–95.

**orator, -oris** *m. aláírásban!*

Eiusdem maiestatis vestrae servitor et capellanus  
humillimus Stephanus Brodericus praepositus  
Quinqueecclesiensis, orator: 1523 BOD. *Epist.*  
p.74.



**orbis, -is f.**

Quibus (sc. gestis reges) gentem hanc Scythicam non solum claram magnificamque nomine et gloria reddiderunt, verum famam ipsius per totum orbem terrarum longe lateque diffusam ad ethera usque extulerunt: *1505 Tudománytár* 1839/VI p.66.

**orbis, -is m.**

Codre, tuum serva hospitium, quo Codrior alter  
orbe vago non est, omnia solus habes: 1514 TAUR.  
*Epist.* 1 (p.129).

**orbo, -are non plene liquet.**

Quod iterum quomodocumque ex promissione (*sic, recte forsitan*: permissione) divina egritudinis orbato (*sic*) multum gravi decumbens positionem atque statum meam instabiles et periculosa considerando animadverti: 1456 Neumann, *Korlátköviek* p.179.

**orbo, -are**

Quandocunque hoc regnum principe et rege orbabitur: 1505 *Tudománytár* 1839/VI p.67.

[Szovák] 2015.2.16.

## **orbo, -are**

Et impresentiarum magno quodam decore ornamentoque orbatus videar: 1515 Theiner, *Mon.Slav.* I p.560.

## **ordinarius, -a, -um**

Ut ipse querelas cunctorum nostrae ordinariae iurisdictioni subiectorum forum ecclesiasticum dumtaxat respicientes audire ... possit: 1443  
Zimmermann, *Urkb.* V p.122.

## **ordinarius, -a, -um**

Quod huiusmodi occasione inter partes ipsas nullam haberemus iurisdictionem ordinariam vel delegatam: 1385 Süttő, *Anjou* II p.299.

**ordinatio, -onis f.**

Qui premissis procuratoris constitutioni, creationi, ordinationi, et ratihabitioni aliisque omnibus et singulis dum ... fierent et agerentur: Erdélyi, *Register* p.44.



**ordinatio, -onis f.**

Quod ipse ... per ordinationem proborum et nobilium virorum cum prefato Stephano ... super satisfactione rerum paraffernalium nobilis domine Katherine, sororis sue ... ad debite pacis unionem ... devenerunt: 1366 Keglevich, *Garamsztb.* p.143.

## **ordino, -are**

De puro tritico, quem (*sic*) seminare feci, tecturam ecclesie ... filius meus ordinare et renovare faciat: 1477 Neumann, *Korlátköviek* p.181.

## **ordino, -are**

Si iidem magister aut sui vepres expurgando in ipsa terra pratum ordinarent: 1387 Keglevich, *Garamsztb.* p.225.

## **ordino, -are**

Quare omnibus melioribus modo, via, iure, forma et causa, quibus melius et efficacius ... ordinavit eundem magistrum ... nunc in Romana curia residentem suos veros, legitimos ... nuncios speciales et generales: Erdélyi, *Register* p.42.

## **ordino, -are**

Quam (*sc. pecuniam*) illi a vestra maiestate ordinaturam (*sic, recte forsitan: ordinaturum*) me et soluturum pollicitus fueram: C. Tóth, *Bátori* p.220.

## **ordino, -are**

Inter ceteras curas vestras non obliviscamini ordinare et emere illa pecora ex pecuniis, que habebitis: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.103.

## **ordino, -are**

Preterea provideatis quamprimum et ordinetis ad coquinam domini nostri ... ducentos boves mactabiles: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.100.

## **ordino, -are**

De servis autem et ancillis manumittere sibi concessimus facultatem, ratum et firmum habentes per omnia, quicquid idem fecerit, ordinaverit in premissis: *1278/1282 Erd.Múz.* 1992 p.82.



**ordino, -are**

Recte id et coeptum et institutum et ordinatum  
iudicamus: 1523 BROD. *Epist.* p.71.

**ordo (simplex), -inis m.**

(Sessionem, que) haberetur ac integrum vicum simplicis ordinis a parte meridiei ... eidem ... commisissent: *1414 Zsigm. oklt. IV,2305.*

**ordo, -inis** *m.*

Propter quae dum in certo iudicio in hoc officium comitatus de Posega per nos assumtus sit et honorificentissime versatus (*sc. praedecessor vester*), ideo ut tu quoque in illo ordine ac genitor tuus egregius ... in eodem honore comitatus claruerit, dignitatem tuam conservare (*sic, sc. possis*): 1525 Katona, *Hist.crit.* XIX p.562.

**ordo, -inis** *m.* 'series' (*domorum*) (?) : — házsor,  
*utca*  
in linea seu platea simplicis ordinis in eadem (scil.  
possessione):1413 *Zsigm.oklt.* IV,353.

**ordo, -inis** *m.*

Ut vix a quopiam huius ordinis homine uberior obsequiorum seges foret exspectanda: 1518 Kato-  
na, *Hist.crit.* XIX p.132.

**ordo, -inis** *m.*

Propter quae dum in certo iudicio in hoc officium comitatus de Posega per nos assumtus sit et honorificentissime versatus (sc. praedecessor vester), ideo ut tu quoque in illo ordine ac genitor tuus egregius ... in eodem honore comitatus claruerit, dignitatem tuam conservare (sic, sc. possis):  
*1525 Katona, Hist.crit. XIX p.562.*

**ordo, -inis** *m.*

Precamur religiosum virum, Iohannem presbyterum de Bazana ordinis Sancti Spiritus vobis velitis nostri ob respectu (*sic, recte: respectum*) habere commendatum: 1469 Zimmermann, *Urkb.* VII p.369.

**ordo, -inis** *m.*

Comes de Corduba omnia alia ex ordine referre poterit: 1524 BROD. *Epist.* p.89.



**ordo, -inis** *m.*

Volumus et declaramus attentis praesertim statutis et ordinationibus per consulum Brassoviensem in favorem ordinis clericalis factis, quod (etc.): 1507 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.481.

**ordo, -inis** *m.*

hoc regno ... novissime vero ex nefaria popularis multitudinis in superiores ordines rebellione tributisque etiam et vectigalibus magna ex parte spoliato: 1525 Katona, *Hist.crit.* XIX p.559.

**ordo, -inis** *m.*

Ut vix a quopiam huius ordinis homine uberior obsequiorum seges foret exspectanda: 1518 Kato-  
na, *Hist.crit.* XIX p.132.

**ordo, -inis m.**

Quatenus observatā iustitiā agatis in premissis,  
prout ordo iuris dictabit pariter et rationis: 1385  
Süttő, *Anjou* II p.299.

**ordo, -inis** *m.*

Qualiter nonnulli clerici tam in maioribus, quam etiam in minoribus ordinibus constituti omni obedientia suorum superiorum abiecta contra eosdem superiores suos pertinaciter rebellizare ... consuevissent: 1465 Zimmermann, *Urkb.* VI p.207.

**ordo, -inis** *m.*

Qualiter nonnulli clerici tam in maioribus, quam etiam in minoribus ordinibus constituti ... contra ... superiores suos ... rebellizare ... consuevissent in scandalum totius ordinis clericalis:  
1465 Zimmermann, *Urkb.* VI p.207.

**ordo, -inis** *m.*

Hoc regno ... novissime vero ex nefaria popularis multitudinis in superiores ordines rebellione tributisque etiam et vectigalibus magna ex parte spoliato: 1525 Katona, *Hist.crit.* XIX p.559.

**ordo, -inis** *m.*

Priore et conventu monasterii Beati Ioannis Baptistae eiusdem ordinis Carthusiensis de Lapide Refugii fundati degentibus pro perpetuis missis quolibet die celebrandis fecisse dignoscuntur:  
*1509 Szapolyai oklt. p.299.*

[Szebelédi] 2015.2.16.



**ordo, -inis** *m.*

Ut etiam nobis non posset esse non molestum  
quidquam praeter veterem eorum ordinem in re-  
gno nostro constitutionem renovari: 1525 BROD.  
*Epist.* p.109.

**ordo, -inis** *m.*

Qui et monasteria hic sua in debitum redegit ordinem, et religioni sua doctrina suaque sanctimonia plurimum conducit: 1525 BROD. *Epist.* p.109.

**ordo, -inis m.**

Et hoc notatur, cum dicit (2 Cor. 4,6): De tenebris, id est post tenebras, id est post nichil, ut tenebra ponatur pro pura privacione, ut nichil ante fuerit, et prepositio dicat ordinem, non materiam: *Serm. Quinqu. 37* (p.87).

**ordo, -inis** *m.*

In villa Walko a quadam fovea circa ortum Laurencii ... existenti infra directe ad plateam per longitudinem ipsius ville procedentem ... ordo sessionis ipsius ville meridionalis usque ad domum seu curiam Petri ... iobagiones locandi habeant facultatem (*sic*): 1341 Diaconescu, *Documente* p.32; *Dl* 30640.

**ordo, -inis m.**

Universis tam praesentibus, quam posteris, praesentes litteras inspecturis fr[at]er M., minister et servus fratrum ordinis minorum per Hungariam custodesque totius provinciae cum universis discretis ad capitulum provinciale congregatis salutem et orationes in Domino!: 1248/XVIII CD  
*Hung.* IV/2 p.23.

**ordo, -inis** *n.*

Ut fratres ordinis ... suspectas feminas pluries  
ad monasterium ac refectorium et cellas eorum  
duxissent: Erdélyi, *Register* p.86.

**organum, -i n.**

Spiritus ... sensibilis de capite in membra corporis diffunditur et secundum dispositionem organorum format act[t]um in operationem: GEORG. HUNG. *Tract.* p.396-398.

## **orientalis, -e**

Qui (*sc. hostes nostri*) dum anno superiore universam Europam falsis complent rumoribus eorum imperatorem bellis orientalibus distineri: 1524  
BROD. *Epist.* p.85.



## **orientalis, -e**

Quum animadvertissemus caesarem illum cum principibus orientalibus et sibi convicinis bona satis amicitia coniunctum esse: 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.348.

## **originalis, -e**

Ut ... cives ... literas eorum originales ... producere debeant: 1465 Zimmermann, *Urkb.* VI p.214.

## **originalis, -e**

Contra culpam originalem principalem datur baptismus, contra actuaalem mortalem penitencia, contra venialem extrema unccio: *Serm. Quinqu.* 29 (p.76).

**originalis, -e**

Nam de fonte baptismi fluit aqua ad mundacionem culpe originalis: *Serm. Quinqu.* 29 (p.75).

**originarius, -ii m.**

Ut natus in domo ex propria familia servo vel ancilla, qui proprie dicitur originarius, et servus glebe, quales dicuntur fuisse vernaculi Abrae: *Serm. Quinqu. 21* (p.61).

## **originor, -ari**

Per nervos vero procedentes a parte posteriori perficit motum in manibus et pedibus et toto corpore, ut ait Constantinus philosophus, et ita a capite originatur sensus et motus: *Serm. Quinqu.* 3 (p.31).

**origo, -inis f.**

Aquam diximus esse gratiam ad bonum operandum datam, cuius requirentes originem, situationem et utilitatem dicimus, quod origo aque, id est gratie est fontana divinitas: *Serm. Quinqu.* 18 (p.56).

**origo, -inis f.**

Hec virgo Margareta ex illustri prosapia regum  
Hungarie duxit originem: *Vita Marg.* p.17.



## **orior, -iri**

Interrogetur unde novit et a quibus illa fama et vox ortum habuerit: Erdélyi, *Register* p.48.

## **orior, -iri**

Testis tamen propter reverentiam ordinis ad evitanda scandala, qui exinde oriri possent, minime fieri permisisset: Erdélyi, *Register* p.131.

**ornamentum, -i n.** (ornamentum domorum)

Ornamentum domorum (trecenti florenum valens, non habet per iniuriam): *1413 Zsigm.oklt.*  
IV,1056.

**ornamentum, -i n.**

Item ornamenta selle, videlicet frenum et vulgo farmetring cum argento, crepas et calcaria lego filio meo Mathie: *1515 MTT XI p.134.*

**ornamentum, -i n.**

Singularem curam et sollicitudinem de ipsorum  
ornamento et commodo, honorisque et officii  
accessione habendam duximus: 1501 Katona,  
*Hist.crit.* XVIII p.297.

**ornatus, -a, -um** (hornatus)

Unde dicit Plato in Timeo, quod caput est preter ceterum corpus hornacius et optima quadam emi-nencia dignum: *Serm. Qinqu.* 3 (p.31).

**ornatus, -us** *m.*

Post prandium operabatur manibus suis maxime opera, que ad ecclesie et sanctarum reliquiarum erant ornatum (*sc. S.Margareta*): *Vita Marg.* p.19.

**orno, -are**

Neque cessabo condicionem hominis, quibus poterō rationibus, ornare et indies (*sic*) facere auctiorem: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.



## **orno, -are**

In hiis omnibus dampnatur in mundanis ornatus ambiciosus vestimentorum, voluptas et mollicies stramentorum, curiositas et sumptuositas edificiorum: *Serm. Quinqu.* 13 (p.48).

**orno, -are**

Quisquis magnificis ornatus convenit aulis: IAN.  
PANN. *Paneg.* 3, 1, 277.

[Szovák] 2015.2.16.

## **oro, -are**

Que (*sc. B.Margareta*) ... orabat assidue quasi sine intermissione: *Vita Marg.* p.19.

**orphanus, -i m.**

Nec deseret orphanos meos: *1499 Szapolyai oklt.*  
p.256.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**ortophnoea, -ae f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... ortophnoea ...  
abest: BONF. *Symp.* III,444.

**ortus, -us** *m.*

Oportet ad ortum solis te adorare: *Serm. Quinqu.*  
9 (p.39).

**ortus, -us** *m.*

Circa Christi ortum in verbis istis primo notificatur oriendi tempus, secundo exprimitur utcunque nascendi modus: *Serm. Quinqu.* 11 (p.43).

**ortus, -us** *m.*

Item eodem die in ortu dedi domino magnifico  
d<enarios> 3 (p.Vien<nensem> 1: 1521 Nógrádi,  
*Kanizsai* II,631 (p.47).



**ortus, -us** *m.*

Ab ipsa vero meta per eandem vallem versus ortum solis procedendo sub arbore piri esset meta terrea: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.163.

**ortus, -us** *m.*

Cum quidam fideiussores quendam Stephanum Sakal in ortu fratrum capere voluissent: Erdélyi, *Register* p.109.

[Hegy] 2015.2.16.

**os, oris** *n.* (*plur.acc.:* hora)

Cuius (*sc. Iesu Christi crucifixi*) quinque vulnerum  
loca perfusis sepius hora lacrimis deosculabatur  
(*sc. B.Margareta*): *Vita Marg.* p.19.

**os, oris n.**

Literas testamentales ... secundum illud legis, quod in ore duorum vel trium stet omne verbum, quo ad omnes suas ... continentias ... acceptamus : 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.155.

**osculum, -i n.**

Gloriosum genus victoriae titulusque triumphii  
laudifluus perhibetur gloria decoratus virtutum,  
dum inter orbis primates pacis perpetuae libatur  
osculum, per quod dissensionum seditioes emi-  
nus propelluntur et subditis dulcioris tranquillitatis  
commoda salubrius propinquantur: *1336 CD*  
*Hung. VIII/4 p.175.*

**osculum, -i n.**

Gloriosum genus victoriae titulusque triumphii laudifluus perhibetur gloria decoratus virtutum, dum inter orbis primates pacis perpetuae libatur osculum, per quod dissensionum seditioes eminus propelluntur et subditis dulcioris tranquillitatis commoda salubrius propinquantur: *1336 CD Hung. VIII/4 p.175.*

## **ostendo, -ere, ostendi, ostentus**

Neque ulla ratione magis poterit vestra maiestas suam in me gratiam ostendere, quam si servitute mea quantulacunque uti fuerit dignata: 1525  
BROD. *Epist.* p.110.

## **ostendo, -ere**

Ubi idem Draag debitum sue fidelitatis ostendens regio sacro dyademati ac nobis ... studuit complacere: 1385 Süttő, *Anjou* II p.265.



**ostendo, -ere**

Sicut idem Paulus ostensiset: *1419 Zsigm.oklt.*  
VII,169.

[Szovák] 2015.2.16.

**ostendo, -ere**

Ut ostenderet Dominus, quo spiritu adulta esset  
gubernanda (*sc. B.Margareta*): *Vita Marg.* p.17.

**ostendo, -ere**

Quemadmodum tu ex epistola mea cognosces,  
cum tibi copias ostendet Aegidius meus: 1516  
TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**ostensio, -onis** *f.hostensio*

*1358 Erd.oklt. III,1032.*

[Szovák] 2015.2.16.

**ostensio, -onis f.**

Ubi ostensio dictorum actorum finita fuisset:  
*1386 Keglevich, Garamsztb. p.219.*

**ostensor, -oris** *m.*

Item feria tertia ... misi ad Kanisa pisces et dedi ostensori d<enarios] 25: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,270 73).

**ostensor, -oris** *m.*

Misimus erga vestram dominationem hos, ...  
presentium scilicet ostensores: *1505 Szapolyai*  
*oklt.* p.268.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**ostensor, -oris** *m.*

Scilicet ostensores per dominia et tributa nostra  
detulerint: *1499 Szapolyai oklt.* p.254.

[Szebelédi] 2015.2.16.



**ostentor, -oris** *m.*

Eodem die misi litteras magnifici domini ad Kanysa ... et litterarum ostentori (*ed. corr. ex littere ostensori*) dedi d<enarios> 12: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,758 (p.99).

**ostium, -ii** *n.* (hostium)

Benedictum in hostio ecclesie ... stantem reperiens: *1444* Dreska 568,III.

**otiose** *adv.*

Ne tempus ociose transeat: GEORG.HUNG. *Tract.*  
p.336.

**otiose** *adv.*

In dormitorio se habeant (sc. religiosi) quiete, nec ociose discurrant. Ubicunque fuerint, non ociosa, sed utilia dicant: GREG. GYÖNGY. *Epit.* XXVIII (p.53<sup>v</sup>).

## **otiosus, -a, -um**

In dormitorio se habeant (sc. religiosi) quiete, nec ociose discurrant. Ubicunque fuerint, non ociosa, sed utilia dicant: GREG. GYÖNGY. *Epit.* XXVIII (p.53<sup>v</sup>).

**otium, -ii n.**

Iste dantur in celo, ubi est sabbatum delicatum (*Is 58,13*), id est ocium quietum et solaciosum: *Serm. Quinqu. 12* (p.46).

**otium, -ii n.**

Video principes Christianos partim inter se digladiari, partim otio domestico torpere, et nihil penitus de re Christiana pensi habere: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**Ottomani, -orum** *m.*

Maiores vestri nondum tantis incrementis Turcarum imperio aucto, quum bella ab Ottomanis ingruerent, Pannoniae semper rebus opem tulere: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.304.



## **Ottomanus, -a, -um**

Neque enim antea Ottomana gens nomini Hungarico inimica ... regnum nostrum invasit: *1521*  
Katona, *Hist.crit.* XIX p.303.

## **Ottomanus, -a, -um**

Neque enim antea Ottomana gens nomini Hungarico inimica, quae ... implacabile odium nobiscum exercuit, ... militum copia ... instructor ... regnum nostrum invasit: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.303.

**ovicula, -ae f.**

Quem (sc. affectum) ... paternitas vestra innatum in oviculas Christi ... gerit: *1525 M.Sion*  
1867 p.126.

**ovicula, -ae f.**

Quem (*sc. affectum*) ... paternitas vestra innatum in oviculas Christi ... gerit: *1525 M.Sion*  
1867 p.126.

**ovis, -is f.**

Ordinetis etiam oves castratos (*sic*) pro coquina:  
1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Le-  
velesláda* p.100.

**ovum, -i n.**

A feria sexta ... exposui ad coquinam, videlicet carnes bovinas et vitulinas, ad pisces, ova et lac d<enarios> 85: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* II,745 (p.53).

**ovum, -i n.**

Quod si vestra serenitas cum uno curru litteras mitteret, unum ovum super ipsis non daret, quia Budae apud vestram serenitatem pro uno ortone litteras posset habere, cum quibus totum mundum perlustraret: 1519 Wenzel, *Dóczyak* p.80.

**pacatus, -a, -um**

Cupientes fines Hungariae et Poloniae regnorum  
pacatos reddere: 1411 Katona, *Hist.crit.* XII 45.

[Szovák] 2015.2.16.



**pacatus, -a, -um**

Cupientes fines Hungariae et Poloniae regnorum  
pacatos reddere: 1411 Katona, *Hist.crit.* XII p.45.

## **pacatus, -a, -um**

Nos contra, suam et christianissimae ... reginae ... optimam valetudinem, tranquillum pacatum-que statum regnorum suorum et cetera omnis felicitatis argumenta aequis auribus ab eodem nuncio suo accepimus: 1505 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.418.

**pacifice** *adv.*

Silva predicta ... pacifice et libere utuntur: 1511  
*Szapolyai oklt.* p.322.

[Szebelédi] 2015.2.16.

## **pacifico, -are**

Quod nomen competit S<alomoni> propter sui temporis et status tranquillissimam pacem, quia et in se pacem habuit, et quando venit, mundum pacificavit: *Serm. Quinqu.* 12 (p.44-45).

## **pacifico, -are**

Tandem partes ... coram nobis ... propter bonum pacis et mutue fraternitatis unionem talem inter se in universis possessionibus ipsorum ... ex nostra iudiciaria permissione pacificantes divisionem perpetuam unanimiter fecisse retulerunt: *1341 Diaconescu, Documente p.32.*

## **pacificus, -a, -um**

Sic particula terre ... per ... filios Laurentii ...  
in ipsa pacifica compositione eis data ab ipsis dua-  
bus metis incipiens *sc. est*): 1374 Keglevich, *Gara-  
msztb.* p.186.

**pactum, -i n.**

Quod vel quam (*sc. ius vel proprietatem ipse*) in fundo seu curia ... quocumque titulo ex aliquibus pactis, condicionibus et compositionibus cum eodem Stephano litterato initis habere sperasset: 1364 Mészáros, *Visegrád* p.132.

**pactum, -i n.**

Qui onus tuendi et defendendi prefatos fratres . . .  
in dicto monasterio in seipsum penitus et omnino  
sub certis pactis et obligaminibus recepit: Erdélyi,  
*Register* p.33.



**pactum, -i n.**

De negotio vero Prutenico repetivit illa eadem, quae superioribus diebus dixerat, ... multa tamen questus de magistro, qui sede apostolica inconsulta religionem a sola sede apostolica dependentem hoc pacto profanavisset: 1525 BROD. *Epist.* p.119.

**paedagogus, -i m.**

Item Stephano litterato pedagogo domini Ambrosii de Varda legavit (sc. episcopus) florenos quinquaginta in monetis: 1524 Bunyitay, Gyulafehérvár p.29; *Dl* 89199.

**paedagogus, -i m.**

Item Stephano litterato pedagogo domini Ambrosii de Varda legavit (sc. episcopus) florenos quinquaginta in monetis: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.29. = *Dl 89 199*.

**paena, -ae f.**

Eadem domina cum dictis filiabus suis debitum ducentarum marcarum simul cum pena earundem ... remiserunt: *1291 Erd.Múz.* 1992 p.84.

**paenitentia, -ae f.**

Contra culpam originalem principalem datur baptismus, contra actuaalem mortalem penitencia, contra venialem extrema unccio: *Serm. Quinqu.* 29 (p.76).

**paenitentiarius, -ii** *m.* (penitentiarius)

Ego sum contentus, quod illa pecunia ... Ioannis penitentiarii Hungari ... deponatur in Banco Altoviti iuxta voluntatem ... Philippi de Senis et ... Vincencii Baldi: 1524 BROD. *Epist.* p.87–88.

## **paenultimo**

Duplex matrimonium ... secundo inter ... Ludovicum, primogenitum nostrum ex una et ... Katherinam posthumam ... regis quondam Castelle, Legionis, ... aut si illa nate annos nubiles ex humanis decederet, inter Mariam, sororem eius, penultimo genitam filiam prefati ... regis Philippi, ... neptes prememorati ... Maximiliani ... regis ... amicabiliter ... concordavi-

mus, appunctuavimus, conclusimus: 1507 Kato-  
na, *Hist.crit.* XVIII p.524.

[Szovák] 2015.2.16.



## **paganismus, -a, -um**

Iosa Turcus ... recognoscens Deum, verum creatorem suum in sui essentia, proprio motu propriae voluntate, dimissa detestabili fide paganismi, renatus sacri baptismatis unda, fidem veram catholicam est adeptus: 1428 Katona, *Hist.crit.* XII p.505.

**paganus, -a, -um**

Deinceps de ulteriori victoria contra paganos sumenda omnem spem gerimus et habemus: 1443  
Zimmermann, *Urkb.* V p.122.

**pagus, -i m.**

Sub excommunicationis pena precipimus utriusque pagi hominibus, ... ut (etc.): 1513 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.669.

**palam** *adv.*

Hoc unum semper et palam profitebor: 1525  
BROD. *Epist.* p.110.

[Monostori] 2015.2.16.

## **palatinalis, -e**

Quod ipse iuxta commissionem palatinalem ... haberet ... exhibere litteralia instrumenta coram vobis: 1385 Süttő, *Anjou* II p.262.

## **palatinalis, -e**

Supplicatur maiestati vestrae in personis fidelium eiusdem ... Stephani Theryek ... et Francisci de Rewa secretarii palatinalis: 1525 BROD. *Epist.* p.106.

**palatinus, -i m.**

Hedvigis, illustris condam domini Stephani de  
Zapolya comitis et palatini relictæ etc.: *1514 Sza-  
polyai oklt.* p.355.

**palatinus, -i m.**

Nos, Hedvigis ducissa Thesseniensis, spectabilis et magnifici ... palatini etc. relicta memorie commedamus: *1516 Szapolyai oklt.* p.375.



**palatinus, -i m.**

Similiter comiti perpetuo terre Scepwsiensis et  
regni Hungarie palatino: 1490 SZAPOLYAI OKLT.  
p.189.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**palatium, -i n.**

Nos ... palatium seu domum lapideam quondam Conrrady Suevi, machinatoris nostri in civitate nostra Vysegradyensi Teutonicali per viam eiusdem civitatis transversaliter sitam ... contulimus prefato magistro: *1360 Mészáros, Visegrád* p.125.

**palatum, -i n.**

Nunquam in talibus adherebit lingua palato, nunquam silencio hominum labia conticescent: 1422  
*Mon.episc.Zagr.* VI p.71.

**palifredus, -i m.**

Lego domino plebano duos florenos auri, equum meum inferiorem palifredum ad opus eiusdem ecclesie Beate Virginis: 1420 Zsigm.oklt. VII,1444.

**palifredus, -i m.**

lego domino plebano duos florenos auri, equum  
meum inferiorem palifredum ad opus eiusdem  
ecclesie Beate Virginis: 1420 Zsigm.oklt. VII,1444.

**palingarum, -i n.**

Quatenus ... ad ipsum capitulum festinanter descendatis et ipsum murum sive palingarum scindentes radicitus evellatis: 1387 Süttő, *Anjou* II p.444; *CD Hung.* X/1 p.393—394; *CD Croat.* XVII p.55—56; *Df* 230666.

**pallium, -i n.** (palium)

Item palium meum nigrum et subam meam lego domine Sophie: 1477 Neumann, *Korlátköviek* p.181.

**palma, -ae f.**

Non numerus palmam, sed virtus praestat in armis: IAN. PANN. *Paneg.* 3,2,94.



**palma, -ae f.**

Habemus ex litteris comitis ... bassam sive zanzacum Boznae iam p<r>aemisisse non parum (*sic ed., recte: parvum*) peditum numerum ad obsidendum Clyzium, subsecuturum ipsum quoque brevi cum valido equitatu: 1524 BROD. *Epist.* p.89.

**pedisequa, -ae f.**

1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.30; *Dl* 89199. Cf. *ibid.*: Puellis eius, videlicet famulis pedisequis vestes commisit emi.

**pedisequa, -ae f.**

Puellis eius, videlicet famulis pedisequis vestes  
commisit emi: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.30.  
= DL 89199.

**peditatus, -us** *m.*

Nunciis nobis allatum est Gallorum regem iam superatis Alpibus magno equitatu ac peditatu fauces Italiae urgere: *1515 Acta Tom. III p.426.*



## **peiero, -are**

Et hoc cum propter aliquam necessitatem implere non poterimus utique peieremus: PAUL. HUNG. *Penit.* p.199.

**pelagus, -i n.**

O quam tuum hoc altissimae sapientiae pelagus hodie permensa vereor, ne demergar ibidem:  
BONF., *Symp.* III,545.

## **pelliciatu*s*, -a, -um**

Quod quidem (*sic, recte: quidam*) homo de Thwere pelliciatu*s* penes ipsum stetit: 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.274.

**pellicula, -ae f.**

Michi videtur, quod potius utuntur (*sc. Turci*) circumcissione propter hoc, ut lotio ... non sit invalida remanente aliqua siccitate sub ista pellicula prepucii: GEORG. HUNG. *Tract.* p.364.

## **pello, -ere**

His ... *cupimus* planos aditus, quibus ad lucis indeficientis claritatem in spiritu possint pulsatione peccati ascendere, facilius ante oculos designare: 1387 Süttő, *Anjou* II p.390.

## **pello, -ere**

quod de rebus mercimonialibus ... de Zagrabia et Sclavonia in Veneciam vel in Teutonium aut extraneas partes portantibus et pellentibus contra ipsorum consuetudinem ... tricesimas ab eis exigeret: *1343 Mon.civ.Zagr. I p.166.*

## **pello, -ere**

Illa pecora ... faciatis pellore ex Derechke ...  
ad has partes: 1516 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C.  
Tóth, *Levelesláda* p.107.

## **Peloponnesum, -i n.**

Qui Dalmatiam, Epirum, Peloponnesi ac Macedoniae partem, Aegaei insulas, ad haec Craetam atque Cyprum nobilissima regna in potestate habetis: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.304.



**pelvis, -is f.**

Omnia solus habes: pelvim, gutturnia, scamna  
et tres urceolos, omnia solus habes: 1514 TAUR.  
*Epist.* 1 (p.129).

**pendenter** *adv.*

Prefatus (*sic ed., orig add.:* etiam dominus noster episcopus presens scriptum) inpressione autentici sigilli sui presentibus pendenter appositi communit: *1380 Veszpr.okl. II p.318.*

**pendeo, -ere, pependi**

Fortasse non erit malum non pendere a spe istius  
pacis inter Christianos: 1525 BROD. *Epist.* p.120.

## **pendeo, -ere, pependi**

Cui in signum subiectionis rex dedit nova insignia, vexillum scilicet ex serico album cum aquila nigra habente torquem auream in collo, ex qua pendet littera S: 1525 BROD. *Epist.* p.108.

**pendeo, -ere, pependi**

Noli existimare nos ita ab extrema spe et praesidiis pendere, ut domi, quae praestare ipsi atque efficere possumus, negligamus: 1523 BROD. *Epist.* p.71.

**pendo, -ere**

Quidam eius pauper convicaneus picam tenebat, que sepius per fenestram divitis illius absentis intrans rostro per foramen de florenis extrahebat, quotquot poterat, et ascendens ad pilam cucurbite istius, que pendeat in signum medonis propinati, ut moris est, raptos florenos reponebat: Szilády, *Temesvári* p.75.

## **pendo, -ere**

Lactat silicernium illum vetulum senem, ex astrologorum nugulis pendentem totum: *1514 TAUR. Epist. 1* (p.128).

## **pendulus, -a, -um**

Ceterum nihil ambigo mentem vestram pro eximia ac prope divina eius sapientia assidue humane conditionis naturam omnia pendula, incerta ac caduca continentem imbecillitatemque simul meditari: *1515 Acta Tom. III. p.445.*



**pendulus, -a, -um**

Pendula concretos astringit gutta capillos: IAN.  
PANN. *Paneg.* 3,2,280.

**penitus** *adv.*

Video principes Christianos partim inter se digladiari, partim otio domestico torpere, et nihil penitus de re Christiana pensi habere: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**penitus** *adv.*

Quod dicti fratres ... tunc in dicto Kermend residentes nihil reparassent in dicto monasterio articulato, sed penitus desolari permisissent: Erdélyi, *Register* p.76.

**penitus** *adv.*

Scitque quod infra illud tempus misse et alie hore  
canonice penitus fuissent neglecte: Erdélyi, *Regi-  
ster* p.136.

**penna, -ae f.**

Id est virtutibus habundans, que sunt quasi penne anime: *Serm. Quinqu. 12* (p.46).

**pennatus, -a, -um**

Frustra iacitur ante oculos pennatorum rethe illius diaboli temptationis: GEORG. HUNG. *Tract.* p.338.

## **pensiculate**

Ubi singulorum virtutes meritaque exacte pensiculateque ponderantur: 1501 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.292.

**pensio, -onis f.**

Fiat ... provisio tam de episcopatu Plocensi, quam etiam Premisliensi, ita, ut prius scripsimus, sine ulla pensione ac onere et sine aliqua mora et difficultate: 1523 BROD. *Epist.* p.75.



**pensio, -onis f.**

Ut ei centum et decem aureos nomine pensionis  
quotannis persolveret: 1525 Theiner, *Mon.Slav.* I  
p.588.

**penso, -are**

Dignentur vero vestre venerabilitates talia diligentius pensare: *1425 Pozsonyi vizsály* p.263.

**penso, -ere**

Ut omnes equa lance pensentur: Erdélyi, *Register*  
p.30.

[Hegyí] 2015.2.16.

**pensus, -a, -um**

Video principes Christianos partim inter se digladiari, partim otio domestico torpere, et nihil penitus de re Christiana pensi habere: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**pentagonus, -i m.**

In quibus quidem pentagonus tetragonum continet: BONF. *Symp.* III,367.

**pentecostalis, -e**

Census pentecostalis: 1521 Nógrádi, *Kanizsai*  
V,116 (p.151).

[Szovák] 2015.2.16.

**penthecostalis, -e**

De censu Sancti Andree et Penthecostali (orig.: Penthecostales) de Vithned de sessionibus XIII registrum factum: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,176 (p.23).

**pepo, -onis** *m.*

Item eodem die misi pepones ad Lewcka magnifico domino et dedi expensas d<enarios> 3: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* II,740 52).



**per** *praep. cum acc.*

Neque accipiat haec maiestas vestra perinde, quasi ego consulere aliquid audeam vestrae maiestati, alioquin sapientissimo et omnia per se prudentissimo consideranti: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**per** *praep. cum acc.*

Interpretatio schedae oratoris ... regis Hungariae per cifram scriptae: 1525 BROD. *Epist.* p.120.

**per** *praep. cum acc.*

Ego tamen sub hoc dubio non omisi tam apud sanctissimum dominum nostrum, quam alibi facere omnia ea, quae hic fieri per me poterant: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

**per** *praep. cum acc.*

Nobis ... ea, quae nova emergent, scribere per omnem occasionem non gravare, ut et tua erga nos merita et nostrum vicissim in te favorem reddas in dies cumulatiorem: 1525 BROD. *Epist.* p.107.

**per** *praep. cum acc.*

Quae litterae adhuc expediri non potuerunt, mittentur per primam mittendi occasionem: 1525  
BROD. *Epist.* p.119.

**peractio, -onis f.**

Licet executio premissorum quodam modo effectui mancipata fuerit, tamen quia absque perfecta peractione premissorum inter partes prenotatas congruens iudicium facere non poteramus: 1419 *Zsigm.oklt.* VII,239.

## **peragere**

Suo modo peragere et perficere ... teneamini:  
*1508 Szapolyai oklt. p.294.*

**perago, -ere**

Ut perpetuis futuris temporibus singulis noctibus matutine, interdiu autem hore canonice et misse ordinarie cum cantu, alie vero legendo peragerentur: Erdélyi, *Register* p.27.



## **perago, -ere**

Quidquid ... in rebus corporalibus per quoscumque rite peragitur: 1365 Keglevich, *Garamsztb.* p.139.

## **perago, -ere**

Quem heri Pater vestivit virtute in carne, hodie instruit acie in agone, permittens primicerium belli sui Stephanum pergentem ad primum per densa pericula pilum: *Serm. Quinqu.* 16 (p.51).

**perago, -ere**

Quod observantini melius et perfectius peragerent divina officia, quam fratres ordinis Sancti Augustini: Erdélyi, *Register* p.101.

## **peragro, -are**

Directo modo ad plagam australem semper in acie dicti magni fossati peragrando pervenis-  
sent ad priorem metam angularem iuxta arborem  
seu dumum sambucii erectam: *1419 Zsigm.oklt.*  
VII,158.

## **peramabilis, -e**

Quod ... ipse Christus illam peramabilem sponsam eius fidelibus populis libero preesse voluit dominio et habere potestatem in singulos: 1422 *Mon.episc.Zagr.* VI p.67.

## **perbibo, -ere**

Quod quidam frater Blasius ... in quadam taberna de Gyak breviarium suum perbibisset: Erdélyi, *Register* p.96.

**perceptio, -onis f.**

Eodem die magister Nicolaus de Banča, exactor decimarum comitatus Kyshonthensis anni 1517 in calculatione perceptionis decimarum Kyshonthensium remansit debitor dominis capitularibus in florenis 16: *1520 Reg.Strig.* p.134.

**perceptio, -onis f.**

Quod ipsi ... universos, tam iudicem, iuratos, quam etiam cunctos hospites ac vulgares ... ab occupatione, usurpatione, usus utilitatum et fructuum perceptione possessionis monasterii ... verbo regio prohibuissent: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.165.



## **percipio, -ere**

Quas (*sc. res*) his diebus et ex litteris ac etiam registris vestris illic aput vos esse percepimus: 1523  
C. Tóth, *Bátori* p.229.

## **percipio, -ere**

Quantum ad dicam seu taxam scribitis, quod litteras quittantias regie maiestatis exhibuistis etc., curetis taxam ipsam percipere: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.103.

**percunctor, -ari** *adv.*

Si idem vestras ad dominaciones secure pervenire  
ac ibidem in medio vestri sibi percunctari valeat:  
*1465–71 Neumann, Korlátköviek p.180.*

[Szovák] 2015.2.16.

## **percurro, -ere**

Si ad amplissimam messem sanctorum novi testamenti accedere et, quid in singulorum purificate mentis affectu divina gratia tam de theologicis quam cardinalibus et moralibus virtutum speciebus fructus produxerit, scire quis et intelligere voluerit, Christianorum librias percurrat: GEORG. HUNG. *Tract.* p.398.

**percussio, -onis f.**

Quomodo Iohannes Volah, iobagio domini nostri, commansor noster ... magnas vulnerationes et correctiones seu percussiones est passus: 1469 Zimmermann, *Urkb.* VII p.370.

## **percutior, -i**

Et hoc dicit (*sc. Dominus*) in reprehensionem hominum negligencium, qui cingulis laxatis et tunicis remissis percuciant pulveres, sicut cauda vulpis: *Serm. Quinqu. 33* (p.82).

## **percutior, -i**

Istud caput, scilicet princeps populi, si fuerit malum, percucietur iudicii ulcione: *Serm. Quinqu. 3* (p.31).

**perdire** *adv.*

Sibilantibus perdire saevientium hinc inde emissionibus velut imbrium multitudine sagittarum praefatus ... Petrus ... in suo corpore collegit passiones: 1411 Katona, *Hist.crit.* XII p.64.



## **perdire**

Sibilantibus perdire saevientium hinc inde emissionibus velut imbrium multitudine sagittarum praefatus ... Petrus ... in suo corpore collegit passiones: 1411 Katona, *Hist.crit.* XII p.64.

## **perdisco, -ere**

Nec vult eloquio contentus abire Latino, / ni Gr-  
ias etiam perdiscat sedulus artes: IAN.PANN. *Pa-  
neg.* 3,1,284-85.

**perditio, -onis f.**

Quot certatim ramos de arboribus precidentes, id est homines de massa humane perditionis convertentes: *Serm. Quinqu.* 1 (p.25).

**perditus, -a, -um**

Si perditissimis barbarorum consiliis nefariisque conatibus obviam ibitis: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.261.

**perditus, -a, -um**

Redemptio perditorum: *Serm. Qinqu.* 24 (p.66).

**perditus, -a, -um**

si perditissimis barbarorum consiliis nefariisque conatibus obviam ibitis: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.261.

**perditus, -i m.**

Ideo ibi maxime aperitur larga manus Dei in reductione perditorum: *Serm. Quinqu. 27* (p.72).

**perdiu** *adv.*

Dum ego Segniae aliquod presidium regium ...  
iuxta eiusdem promissa perdiu expectassem: 1525  
Theiner, *Vet.Mon.* II p.656.



**perdo, -ere, -didi, -ditus**

Quam *rationem* utinam ante perditum Belgradum ... secuti fuissetis: 1525 BROD. *Epist.* p.111.

[Monostori] 2015.2.16.

## **perduco, -ere**

Ad quam requiem eciam nos perducatur precibus apostoli quietator animarum, Iesus Christus: *Serm. Quinqu. 1* (p.26).

## **perduco, -ere**

Quod ad rem in eum, ad quem tendimus, finem perducendum pertinere possit: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

## **perduco, -ere**

Que (*sc. B.Margareta*) ... translata est in claustrum, quod parentes eius in insula Danubii, ... a primo fundamento edificaverunt, et ad consummationem usque perduxerunt regaliterque, ut decebat, dotaverunt: *Vita Marg.* p.18.

**perduratio, -onis f.**

Unde commendatur in eo operatio Spiritus Sancti per hoc, quod descendit in eum, et operantis perduratio per hoc, quod mansit in eo: *Serm. Quinqu.* 31 (p.79).

## **perduro, -are**

Ut praesens privilegium simul cum libertatibus  
... in vigore earum permaneant et perdurent:  
1465 Zimmermann, *Urkb.* VI p.214.

**peregrinatio, -onis** *f.*

Et primo centum florenos pro una peregrinatione  
ad Terram Sanctam mitto et lego: 1463 Zimmer-  
mann, *Urkb.* VI p.149.

**peregrinatio, -onis** *f. exsilium* — száműzetés  
Unde et Iohanni in labore peregrinationis existenti in Pathmos ostensum est ostium apertum in celo: *Serm. Quinqu.* 15 (p.50).



## **peremptorius, -a, -um**

Quos novem dies pro termino peremptorio ac  
minitione canonica assignamus: Erdélyi, *Register*  
p.34.

**peremptorius, -a, -um**

Quod ... ex parte nostra et apostolica auctoritate  
peremptorie citare curetis: Erdélyi, *Register* p.16.

[Hegy] 2015.2.16.

**peremptorie** *adv.*

Extunc eosdem in vicarii nostri peremptorie citetis presenciam ad terminum competentem: *Arch. Majtényi*  
p.

[Szovák] 2015.2.16.

## **peremptorius, -a, -um**

Quorum dierum spacium pro primo quinque, quinque pro secundo, reliquos vero quinque dies pro tercio ultimo et peremptorio termino ... eis assignamus: *1463 Arch.Majténi* p.264.

**perennalis, -e**

Per eundem et eosdem premissis iure perennali tenende: *1514 Szapolyai oklt.* p.357.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**perennialiter** *adv.*

Perennialiter collato: *1509 Szapolyai oklt.* p.302.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**perennitas, -atis f.**

Gracie lavantis a culpa declarat tres condiciones,  
scilicet largitatem, utilitatem et perhempnitatem:  
*Serm. Quinqu. 29* (p.74).

## **perenno, -are**

Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, poni solent insignia testium et scripture memoria perhennari: 1367 Keglevich, *Garamsztb.* p.149.



## **pereo, -ire**

Et sic vir ille presentiens demonum adesse turbam, cepit navem dirigere versus ripam vixque potuit evadere, ne periret in aquis: Szilády, *Temesvári* p.6.

## **perexiguus, -a, -um**

In his quinquaginta milibus ducatorum, quod ... legatus habet in potestate, adversus hostem potentissimum leve admodum et perexiguum habebimus praesidium: 1524 BROD. *Epist.* p.86.

**perfacilis, -e**

Hi quoque omnes, qui in hanc te militiam sequentur, ingentes opes et amplissima emolumenta consequentur, et haec brevi perfacilique victoria: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.257.

**perfacilis, -e**

Hi quoque omnes, qui in hanc te militiam sequentur, ingentes opes et amplissima emolumenta consequentur, et haec brevi perfacilique victoria: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.257.

**perfecte** *adv. comp.*

Ad pleniorē notitiā eiusdem ville seu terre perfectius et uberius habendam ... dedimus in mandatis: *1284 Reg.duc.* p.137.

**perfecte** *adv.*

Sane certe rem totam plene teneo et perfecte intelligo: 1449 T Sz 1929 p.134; *Dl* 80935.

**perfecte**

Ut ipse ... posset eidem omnem et rerum et eciam consiliorum meorum rationem uberius ac perfectius explicre: 1524 Theiner, *Mon.Slav.* I p.584.

**perfectio, -onis f.**

Communitatem pro huiusce rei (*sic ed., recte fors-an: re*) civitatis nostre determinanda convocassemus propositis fabrica turris campaneque nove fusionem (*sic ed., recte fors-an: fusione*) proque earum perfeccione census impositione necessario indigeri: 1511/1521 Entz, *Kolozsvár* p.150; *Df* 277 780.

**perfectio, -onis f.**

Vitam gratie perficit, quia est forma et perfeccio, decor et valor omnium aliarum virtutum et operationum: *Serm. Quinqu.* 18 (p.56).



**perfectus, -a, -um**

Quod observantini melius et perfectius peragerent divina officia, quam fratres ordinis Sancti Augustini: Erdélyi, *Register* p.101.

## **perfectus, -a, -um**

Hoc ideo, ut esset melioris et perfeccioris sensus, quoniam pondus partis superioris diminuit intellectum, ut Aristoteles ait: *Serm. Quinqu.* 3 (p.31).

## **perfectus, -a, -um**

Inter regna ... Hungariae et Poloniae ac Magni Ducatus Lithvaniae sit et habeatur foedus, pax et tranquillitas et perfecta vicinitas: 1507 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.502.

## **perfero, -ferre, -tuli, -latus**

Ipsa sincera fidei vestrae devotio tamquam lux serena semper in nubilo tribulationum eo exstitit ferventior, quo dampna saepe pertulit graviora:  
*1461 Zimmermann, Urkb. VI p.100.*

## **perfero, -ferre**

Scimus, quanta dampna, quantasque captivitates tempore disturbiorum in civitate vestra Cibiensi pertulerint: 1468 Zimmermann, *Urkb.* VII p.365.

## **perfero, -ferre**

In iis enim sum locis, quo et propter diversa viarum discrimina et propter longinquitatem tardissime omnia perferuntur: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

## **perficio, -ere, -feci, -fectus**

Postulamus a te, obstes, quominus id perficere valeant: 1525 BROD. *Epist.* p.109.

## **perficio, -ere, -feci, -fectus**

Qua in re perficienda adiuti sumus egregie opera ... domini Strigoniensis ad omnia mandata vestrae sanctitatis implenda et ad omnia, quae ad splendorem ac decus vestrae sanctitatis pertinere videntur, facienda proclivissimi: 1524 BROD. *Epist.* p.103.



## **perficio, -ere**

Quod nos dictas parentelam et matrimonium inter prefatos dominam Hedwigim et dominum Wilhelmum ducem plene et integraliter perficere volumus: *1385 Süttő, Anjou II p.246.*

## **perficio, -ere**

Et primo centum florenos pro una peregrinatione ad Terram Sanctam mitto et lego, et, quam cito haec fieri potest, perficiatur: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.149.

## **perficio, -ere**

Eis ... iussi dari pulveris perfecti ad tormenta  
impellenda libras mille: 1515 Katona, *Hist.crit.*  
XVIII p.855.

## **perfricatus, -a, -um**

Scire ... te velim ... me hospitem quendam ...  
reperisse adeo cupidum, adeo frontis perfricatę  
hominem, ut non sit satis aestimare: *1514* TAUR.  
*Epist.* 1 (p.129).

**perfringo, -ere**

Quare agite, imbellem forti perfringite turbam /  
pectore: IAN.PANN. *Paneg.* 3,2,104-05.

## **perfringo, -ere**

Multa obstiterunt et quidem talia, quae nullo pacto vinci ac perfringi potuere: 1524 Theiner, *Mon.Slav.* I p.585.

## **perfruor, -i**

In quibus (*sc. litteris*) nomen eiusdem Stephani, fratris iam dicti Nicolai conscriptum fore vidimus fide oculata, et ex eo easdem possessiones rite et rationabiliter, sicuti eundem Nicolaum ipsum adhuc vita perfruenta mundali (*sic, recte forsan: vita perfruentem mundali*), sic ipsum Stephanum ... tangere dinoscuntur (*sic*): 1365 Keglevich, *Garamsztb.* p.139.

## **perfuno, -ere**

Cuius (*sc. Iesu Christi crucifixi*) quinque vulnerum loca perfusis sepius hora lacrimis deosculabatur (*sc. B.Margareta*): *Vita Marg.* p.19.



## **perfungor, -i**

Quod nos ipsos primis litterarum elementis praecipua cum dexteritate ac diligentia erudit optimique ac sollertissimi praeceptoris officio per biennium in ingenio nostro, quantum pro aetatis teneritudine licuit, excolendo est perfunctus: 1508 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.555.

## **perfurio, -ire**

Non picto pectore tygris / perfurit: IAN. PANN. *Paneg.* 3,2,146–147.

**pergamenum, -i n.** (pargamenum)

Singulumque folium papiri in inferiore margine nomine meo et primum pargameni similiter nomine, hic vero ultimum signo et subscriptione meis solitis et consuetis signavi: Erdélyi, *Register* p.194.

**pergamenum, -i n.**

Unas patentas in pergameno sub sigillo ... domini Thome cardinalis ... copiam quarundam litterarum continentes produxerunt *sc. fratres*: Erdélyi, *Register* p.8.

## **pergiro, -are**

Quod ipsi ... portiones possessionarias ... reambulare et undique pergirando perspicere ... voluissent: 1374 Keglevich, *Garamsztb.* p.186.

## **perhibeo, -ere**

Si se odio, gratia, favore vel aliqua alia quavis pravitare subtraxerint ad perhibendum in causa huiusmodi testimonium veritati (sc. testes): Erdélyi, *Register* p.34.

## **perhorresco, -ere**

Quas (sc. persecutiones) et audire aures pure penitus perhorrescunt: *1417 CD Hung. X/5 p.762.*

## **periclitari**

Quod si regnum istud Austrie periclitabitur: 1490  
SZAPOLYAI OKLT. p.175.

[Szebelédi] 2015.2.16.



## **periclitari**

Quod ipse dominus dux per suos proditores periclitari non poterit: *1494 Szapolyai oklt.* p.217.

## **periclitor, -ari**

Cumque aliquantulum a ripa processisset, ecce vehemens turbo et tempestas mox exorta est in aere et aquis adeo, quod navis cepit periclitari:  
Szilády, *Temesvári* p.6.

## **periclitor, -ari**

Ad quod si alio umquam tempore repellendum nostrae opes dispaes fuere, hoc certe superioribus exhaustae cladibus, ne ad sustinendum quidem pares erunt, nisi a reliquis principibus ... periclitanti regno subveniatur: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.303.

## **periclitor, -ari**

Ad quod si alio umquam tempore repellendum nostrae opes dispaes fuere, hoc certe superioribus exhaustae cladibus, ne ad sustinendum quidem pares erunt, nisi a reliquis principibus ... periclitanti regno subveniatur: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.303.

## **periculosus, -a, -um**

Sed de his satis, scio enim veritatem scribere  
quam sit periculosum: 1523 BROD. *Epist.* p.79.

## **periculosus, -a, -um**

Quia ex parte Moldaviae ... variae hucusque et quidem periculosae interdum differentiae inter ... reges Hungariae ac Poloniae exsistere: 1507 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.503.

**periculum, -i n.**

Misit et ipse ... oratorem, quod pro avertendis periculis aperte imminentibus opportunum sedis apostolicae praesidium imploraret: 1524 BROD. *Epist.* p.86.

**periculum, -i n.**

Quemadmodum pridem perfidorum Theucrorum crucis Christi persecutorum adversus seviciam penes et unacum regni Hungarie regnicolis ... exercitui me adaptando cum fuerim mortalis et sic maiora eciam oculis meis imminencia via in eadem preponendo pericula ... in presenciam capituli Nittriensis accedere curavi: 1456 Neumann, *Korlátköviek* p.179.

[Szovák] 2015.2.16.



**periculum, -i n.**

Dominus Scardonensis ... pericula utriusque regni ... coram pontifice et patribus cumulatis-  
sime exposuit: 1523 BROD. *Epist.* p.85.

**periculum, -i n.**

In quibus ego curandis et in tanto rerum turbine et tot tam externis quam domesticis periculis meliori, qua fieri potest, ratione moderandis propulsandisque ... dies et noctes diligentissime ... elaboro: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.656.

## **perimo, -ere**

Omnis enim virtus et intentione perficitur, et remissione perimitur: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.261.

## **perimo, -ere**

Omnis enim virtus et intentione perficitur, et remissione perimitur: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.261.

**perinde** *adv.*

Ut praesens privilegium simul cum libertatibus  
... perinde, ac si infra lapsum ipsius anni unius  
ad confirmationem reportatae fuissent, in vigo-  
re earum permaneant: 1465 Zimmermann, *Urkb.*  
VI p.214.

**perinde**

Neque accipiat haec maiestas vestra perinde: 1523

BROD. *Epist.* p.73.

**peripneumaticon, -i n.**

Quin etiam singula membra propriae infestant egritudines: caput caphelea, ... pulmonem peripneumaticon ... abest: BONF. *Symp.* III,444.

**peritia, -ae f.**

Reliqua suppleat dominorum iudicum peritia et industria ac rerum experientia singularis, de quorum pura conscientia nemo dubitare potest: Erdélyi, *Register* p.49.



**periurium, -i n.**

Dominus Albertus ... examinatus, et primo reducto prius sibi in memoriam iuramento prius per eum prestito ac pravitate et nefando crimine periurii, respondit interrogatus: Erdélyi, *Register* p.49.

**periurium, -ii n.**

Periurium est mendacium cum iuramento firmatum: PAUL. HUNG. *Penit.* p.204.

**perlego, -ere, -legi, -lectus**

Cum pontifex litteras ... perlegisset: 1525 BROD.  
*Epist.* p.118.

**perlustratio, -onis f.**

Ad brevisionem perlustrationemque et realem cognitionem huiusmodi terrarum litigiosarum ac cursuum metalium ... egregios magistros ... duxeramus transmittendos ... : 1524 Katona, *Hist.crit.* XIX p.467.

**perlustratio, -onis f.**

Ad brevisionem perlustrationemque et realem cognitionem huiusmodi terrarum litigiosarum ac cursuum metalium ... egregios magistros ... duxeramus transmittendos: 1524 Katona, *Hist.crit.* XIX p.467.

## **perlustro, -are**

Ipse conventus perlustrando et perlegendo inter cetera in eodem libello conscripta instrumenta quandam notulam seu seriem instrumentorum super predictam possessionem Benynch confectorum (*sc. invenit*): 1419 *Zsigm.oklt.* VII,178.

## **perlustro, -are**

(Scil. meta) perlustrando (transit) vallem vulgo  
Ineweulgh vocatam: *1413 Zsigm.oklt.* IV,1075.

## **perlustro, -are**

Quia singula loca ipse ob temporis angustiam perlustrare perspicereque non potuit: 1519 Wenzel, *Dóczyak* p.79.



## **perlustro, -are**

Quod si vestra serenitas cum uno curru litteras mitteret, unum ovum super ipsis non daret, quia Budae apud vestram serenitatem pro uno ortone litteras posset habere, cum quibus totum mundum perlustraret: 1519 Wenzel, *Dóczyak* p.80.

## **permacto, -are**

*Cum magister Nicolaus et filius suus ipsorum complices ad possessionem eorundem nobilium ... transmittentes molendinum eorum in fluvio Keres decurrens ... permactari ... fecissent: 1385 Süttő, Anjou II p.260.*

**permagnus, -a, -um** (per maximus)

Ladislaus dux ... eadem litteralia instrumenta reprobando ... non desinat ... molestare (sc. *ipsum*) in preiudicium per maximum: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.169.

**permanentia, -ae f.**

Sexto, in duracionis quantitate, que alie sunt perpetue permanencie, hec autem desiit esse peracto officio suo et rediit in preiacentem materiam: *Serm. Quinqu. 26 (p.70).*

**permaneo, -ere, -mansi, -mansus**

Si hac aestate salvi permanere possemus: 1523  
BROD. *Epist.* p.74.

[Monostori] 2015.2.16.

## **permaneo, -ere**

Equitas suadet, ius requirit, ut quod cuique iustis et legitimis rationibus per iudices diligenter examinatis redditur vel restituitur, id solidum debet perpetuo (*ed. cum mendo typographi: perperuo*) permanere: *1291 Erd.Múz.* 1992 p.84.

**permano, -are**

Quo magis extimescenda clades imminet, quae ad vos usque atque adeo totam Christianam remp<ublicam> permanabit, eo magis subvenite amplissimo regno: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.306;

## **permano, -are**

quo magis extimescenda clades imminet, quae ad vos usque atque adeo totam Christianam remp[ublicam] permanabit, eo magis subvenite amplissimo regno: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.306.



**permansio, -onis f.**

Quae ad ordinis reformationem, augmentationem et perpetuam durationem et permansionem fore dignoscentur et pertinere videbuntur: 1510  
Katona, *Hist.crit.* XVIII p.611.

**permaxime** *adv.*

Quod ipse ... pro sublevandis suis necessitatibus ipsum ad presens permaxime urgentibus quandam curiam suam ... magistro Iohanni ... pro trecentis florenis auri in specie ... plene habitis ... vendidit: 1363 Mészáros, *Visegrád* p.131.

**permaxime** *adv.*

Quibus omnibus rex permotus et permaxime supradictorum nequicia commotus emissio publico edicto omnes religiosos de regno suo expellere et perturbare fecit: GEORG. HUNG. *Tract.* p.384.

**permaximus, -a, -um**

Replerunt amaritudine thabernaculum mentis nostre ille enormes offense reterite et istud novum horrendum facinus in Dei contumeliam, nostram iniuriam permaximam, nostri cleri lamentabilem oppressionem: *1422 Mon.episc.Zagr.* VI p.67.

**permissio, -onis** *f.* (promissio) *non plene liquet.*  
Quod iterum quomodocumque ex promissione  
(*sic, recte forsan:* promissione) divina egritudinis  
orbato (*sic*) multum gravi decumbens posicio-  
nem atque statum meam instabiles et periculosa  
considerando animadverti: 1456 Neumann, *Kor-  
látköviek* p.179.

**permissio, -onis *f.***

Quod ipse ... quandam medietatem fundi curie ... de nostra permissione et voluntate per ... waywodam Transylvanum ... a nostra inpetrata et optenta maiestate dedisset ... Nicolao: 1338/1365 Mészáros, *Visegrád* p.108.

**permissio, -onis** *f.*

Tandem partes ... coram nobis ... propter bonum pacis et mutue fraternitatis unionem talem inter se in universis possessionibus ipsorum ... ex nostra iudiciaria permissione pacificantes divisionem perpetuam unanimiter fecisse retulerunt: 1341 Diaconescu, *Documente* p.32.

## **permitto, -ere, -misi, -missus**

Postulamus a te, operam facere velis, quo litterae ipsius episcopatus Plocensis expedire permittatur iuxta praedecessorum ipsius solutionem: 1523  
BROD. *Epist.* p.78.



## **permitto, -ere**

Quod nos dictas parentelam et matrimonium inter prefatos dominam Hedwigim et dominum Wilhelmum ducem plene et integraliter perficere volumus ipsosque in thoro nuptiali corporaliter componere et cohabitare permittemus et permittere volumus secundum statuta et consuetudines ... legalis matrimonii ac sacramenti matrimonialis: 1385 Süttő, *Anjou* II p.246.

## **permitto, -ere**

Adhuc nefarium esset regna Christiana tam vicina, tam regnis m<aiestati> regiae contermina hoc modo permittere per potentiam Turcorum caesaris destrui et desolari: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.43.

## **permitto, -ere**

Vicewayvodam ... petivimus venire in medium vestri, cui in facto pecuniarum seu negotiorum domini regis permisimus in finem debitum concludere: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.151; *Df* 244862.

## **permitto, -ere**

Quod dicti fratres ... tunc in dicto Kermend residentes nihil reparassent in dicto monasterio articulato, sed penitus desolari permisissent: Erdélyi, *Register* p.76.

## **permitto, -ere**

Quod nihil iidem fratres in illo edificassent, imo quod peius erat, permittebant omnia rui: Erdélyi, *Register* p.108.

## **permitto, -ere**

Nepos ... nullum integerrime sincerissimeque  
mihi obsequendi tempus vacuum abire permittat:  
1515 Theiner, *Mon.Slav.* I p.560.

## **permitto, -ere**

adhuc nefarium esset regna Christiana tam vicina,  
tam regnis m[aiestati] regiae contermina hoc mo-  
do permittere per potentiam Turcorum caesaris  
destrui et desolari: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII  
p.43.

## **permitto, -ere**

Quare mihi persuasum habui, tibi illum (ut erat hominum studiosorum amantissimus) plurimas suas epistolas misisse, quarum mihi a te copiam fieri peto, et si permiseris obsecro: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).



## **permoveo, -ere, -movi, -motus**

Pontifex cum sua sponte, tum mea etiam exhortatione et precibus permotus dat omnem operam pro pace vel saltem treugis inter principes Christianos faciendis: 1523 BPOD. *Epist.* p.83.

**permovéo, -ere**

Esto non fides, non pietas, non religio ad vexillum crucis defensandum eos permoverit?: 1521 Kato-  
na, *Hist.crit.* XIX p.246.

## **permovéo, -ere**

Optamus, ut Veneti resipiscant, consilia in melius vertant tuique oratoris verbis ac suasionibus magis permoveantur: 1504 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.399.

**permovéo, -ere**

Esto non fides, non pietas, non religio ad vexillum crucis defensandum eos permoverit?: 1521 Kato-  
na, *Hist.crit.* XIX p.246.

**permutatim** *adv.*

Cum nos ad facies predictorum quinque iugero-  
rum terrarum per ipsum dominum ... episco-  
pum ipsi Gregorio ... et memoratorum fenilium  
... domino nostro episcopo per prefatum Gre-  
gorium ... permutatim traditorum ... discre-  
tos viros ... concanonicos nostrosad prehabito-  
rum qualitates, valores et utilitates contuendum  
et inspiciendum ... duxissemus transmittendos:

[Szovák] 2015.2.16.

*1380 Veszpr.okl. II p.317.*

[Szovák] 2015.2.16.

## **permuto, -are**

Idem decanatus ... praedictam consuetudinem cupit et vult variari seu permutari: 1453 Zimmermann, *Urkb.* V p.422.

**pernicies, -ei f.**

Ad Neapolim (*ed. add.*: Nicopolim) Sigismundo rege cum tanta Christianorum pernicie fuso et superato nullum est hominum genus, quod citra arrogantiam dictum velim cui plus debeat Christiana religio, quam Hungarico robori ac virtuti: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.249.



**pernicies, -ei f.**

Ad Neapolim (ed. add.: Nicopolim) Sigismundo rege cum tanta Christianorum pernicie fuso et superato nullum est hominum genus, quod citra arrogantiam dictum velim cui plus debeat Christiana religio, quam Hungarico robori ac virtuti .: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.249.

**perniciose** *adv.*

Ne dolore ac iactura stimulante communi manu in eos impetu facto extorres ... procul abire cogantur et ad popularem illam rabiem superiori estate tam perniciose passim debachatam hic velut novus furor accedat: 1515 Theiner, *Mon.Slav.* I p.561.

## **perniciosus, -a, -um**

Ut etiam nobis non posset esse non molestum quidquam praeter veterem eorum ordinem in regno nostro constitutionem renovari, et praesertim nunc invalescente in dies magis circumquaque perniciosissima haeresi: 1525 BROD. *Epist.* p.109.

**pernio, -onis** *m.*

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... abest, ut ... per-  
niones: BONF. *Symp.* III,446.

**pernitiosum, -i n.**

Pernitiosum est triplex. primum quod fit in doctrina religionis II. quod alicui nocet et nulli prodest. III. quod alicui nocet et alicui prodest: PAUL. HUNG. *Penit.* p.206.

## **pernocto, -are**

Ingressi fuissent testudinem, ubi quoddam stragulum sive thorale ipsius domine Margarethe in lecto invenissent, ladulam vero minime. Addens etiam tunc quandam mulierem Italam uno viro similiter Italo comitatam in domo sua pernoctasse. ... *Az ügyben alkalmatlan tanúként gyerekeket is kihallgatnak:* Quorum unus videlicet Iohannes annos agens 14 dicebat se vidisse ladulam

quandam sub lecto operculum fissum habentem  
illamque tempore discessus domine Margarethe  
ad currum suum e testudine portare volentem le-  
vare non potuisset, sed ilico unam ex ancillis dicti  
domine Margarethe eandem ipsam ladulam e te-  
studine ad currum portantem. ... Acta sunt hec  
feria sexta ante Valeriani martiris anno supranoto:  
*1513 DF 271 723 fol.303<sup>r</sup>.*

**peropportune** *adv.*

Sacratissime caesar vosque insignes et celeberrimi omnium ordinum proceres, peropportune sumus assequuti, ut te ... gubernaculis huius sacri imperii praefectum videamus: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.243.



## **peropportune**

Sacratissime caesar vosque insignes et celeberrimi omnium ordinum proceres, peropportune sumus assequuti, ut te ... gubernaculis huius sacri imperii praefectum videamus: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.243.

## **peroptime**

Non ambigimus vobis peroptime constare: *1507*  
*Szapolyai oklt.* p.289.

**peroptime** *adv.* (per optime)

Qui negotio, ut debebant, per optime (*sic ed.*) intenti et ad nos tandem reversi nobis concorditer retulerunt, quod *etc.*: 1367 Keglevich, *Garamsztb.* p.150.

**peroptime** *adv.*

Constat d<ominacionibus> vestris peroptime,  
quod *etc.*: 1520 Neumann, *Korlátköviek* p.186.

[Szovák] 2015.2.16.

**peroptime** *adv.*

Novi et ego virum, qui talem chartam habebat in bello apud se, cui cum persuadere non potuissem, ut reiiceret, dicebat enim peroptime sibi cavere a sagittis et cavisse per illius charte virtutem: Szilády, *Temesvári* p.32.

## **perosus, -a, -um**

Secundo, perosi propter lesionem, quia lapis dictus est a lesione, quam infert, quasi ledens pedem: *Serm. Quinqu.* 14 (p.49).

## **perpendo, -ere**

Ex his ... exemplis unusquisque fideliter considerans poterit perpendere omnia, que de ista secta (*sc. Turcorum*) dicta sunt, veritatem habere, maxime circa divisionem, obstinationem et ignorantiam: GEORG. HUNG. *Tract.* p.388.

## **perpetior, -i, -pessus sum**

Per quod factum dampna mille florenos (*sic*) per-  
pessi extitissent (*sc. nobiles*): 1385 Süttő, Anjou II  
p.260.



**perpetior, -i**

Quia fustibus usque ad mortem cesus secundam  
mortem est perpressus: *Serm. Quinqu.* 32 (p.81).

## **perpetior, -i**

Attamen cum hominibus eiusdem albi existentibus sine pecuniis vivere, quam <amoucot'eros perpeti semihomines, longe pretiosius esse mihi persuasum habui: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

## **perpetro, -are**

Quis ... antiqui hostis potestatem ac potentiam  
... non videat, si in tam brevi temporis spacio ta-  
lia perpetravit?: GEORG. HUNG. *Tract.* p.328.

**perpetuatio, -nis f.**

(In casu negligentiae) perpetuatio dominii dicti prati, seu feneti (transfertur): *1414 Zsigm. oklt. IV,1663.*

**perpetuitas, -atis f.**

Quas (*sc. terras*) tempore perpetuitatis illustris rex  
Bela, karissimus avus noster clare memorie a par-  
te eorundem abstulerat: *1275 Erd.Múz.* 1992 p.81.

## **perpetuo, -are**

Quod ipsi ... dictam possessionem nulli unquam hominum vendere seu perpetuare, nisi civibus predictis teneantur: 1366/XV Keglevich, *Garamsztb.* p.145.

## **perpetuo, -are**

Tuum erit, ne sollicitudini meę, ne principis humanissimi voto pio praesertim, ne Augustini perpetuandę memorię, ne tibi ipsi desis: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**perpetuo** *adv.*

Ad ... litteras vestrae serenitatis ... non habeo, quid aliud respondeam, nisi me esse et fore perpetuo, dum vivam, addictissimum servulum vestrae serenitatis: 1524 BROD. *Epist.* p.88–89.



**perpetuo** *adv.*

Ut pleno numero fratres Augustinenses ad dictum monasterium induxissent, et eis perpetuo possidendum reliquissent: Erdélyi, *Register* p.104.

**perpetuus, -, -um**

Anniversarium perpetuum domini licentiati Georgii plebani in Monte Petri: 1465 Zimmermann, *Urkb.* VI p.209.

[Szovák] 2015.2.16.

**perpetuus, -a, -um** (perpbetuus)

Demetrius, miseratione divina tituli Sanctorum Quatuorcoronatorum presbiter cardinalis ac sancte Strigoniensis ecclesie perpbetuus (*var. recte: perpetuus*) gubernator ... domino Iohanni preposito ... salutem in Domino sempiternam: 1385 Süttő, *Anjou* II p.299.

## **perpetuus, -a, -um**

Illud nomen perpetui comitatus, quo ipsa civitas tempore praefati condam ... genitoris nostri ... vocitata est, auferimus: 1465 Zimmermann, *Urkb.* VI p.215.

## **perpetuus, -a, -um**

Ego pro huiusmodi vestrae maiestatis in me gratia non habeo, quid aliud vestrae maiestati offeram, nisi perpetuam meam ... in vestram maiestatem sacratissimam fidelitatem et servitutum:  
*1524 BROD. Epist. p.98.*

## **perpetuus, -a, -um**

Quomodolibet in futurum se ratum, gratum atque firmum perpetuo habiturum totum id est quitquid per dictos procuratores constitutos ac substitutos vel substituendos actum ... fuerit: Erdélyi, *Register* p.43.

**perpetuus, -a, -um** *állandó.*

ut quandocumque ipse Stephanus in dicta possessione ... perpetuam residentiam facere voluerit  
*etc.: 1370/XVIII Keglevich, Garamsztb. p.170.*

## **perpetuus, -a, -um**

Licet possessiones nostrae Kysdemeter et Radla vocatae in dominio et perpetuo comitatu nostro Bystriciensi subiectae hactenus terris earum divisim usi et gavisii fuerunt: 1453 Zimmermann, *Urkb.* V p.420.



## **perpetuus, -a, -um**

Illud ... unum neque ego possum tacere. Me ...  
ob ... intercessionem immo contentiones quoque  
... baronis pro mea promotione nomine vestrae  
sanctitatis factas factum esse longe addictiorem  
et obstrictum vinctumque esse perpetuis vinculis  
in perpetuam ... servitute[m]: 1524 BROD. *Epist.*  
p.103–104.

## **perpetuus, -a, -um**

Tandem partes ... coram nobis ... propter bonum pacis et mutue fraternitatis unionem talem inter se in universis possessionibus ipsorum ... ex nostra iudiciaria permissione pacificantes divisionem perpetuam unanimiter fecisse retulerunt: *1341 Diaconescu, Documente p.32.*

## **perpetuus, -a, -um**

Puto vestram ... dominationem intellexisse ...  
Poloniae regem cum magistro Prussiae perpetuam  
inivisse pacem: 1525 BROD. *Epist.* p.112.

**perpetuus, -a, -um**

Ut ... sol perpetuo circumagitur motu, nec requiem novit ullam: VALENT. ECK p.48.

**perpetuus, -a, -um**

Post servitutis meae perpetuae in gratiam maiestatis vestrae humillimam commendationem:  
*1523 BROD. Epist. p.72.*

**perplexitas, -atis f.**

Ne anticipatio sententiae in tam ardua causa perplexitatem animorum generaret futuram: GEORG. HUNG. *Tract.* p.376.

**perquam**

Qui infra texendę historię perquam doctus interpres existit: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

[Szovák] 2015.2.16.

**perrgo, -ginis f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... abest, ut ... per-  
rigo: BONF. *Symp.* III,446.



## **perrumpro, -ere**

Comites ... / ... / barbara post multas perrumpunt agmina caedes: IAN.PANN. *Paneg.* 3,2,176-78.

**Persa, -ae m.**

Qui (*sc. hostes nostri*) dum anno superiore universam Europam falsis complent rumoribus eorum imperatorem bellis orientalibus distineri, parare in Persas expeditionem: 1524 BROD. *Epist.* p.85.

## **persanctus, -a, -um**

Sub metaphora triplicis rei nominate in verbo presenti scilicet mannis, ignis et solis, allegorice trium fit expressio persanctarum: *Serm. Quinqu.* 7 (p.36).

**perscribo, -ere, -scripsi, -scriptus**

Quas *causas* ad ... dominum Premisliensem ...  
perscripsi: 1525 BROD. *Epist.* p.111.

[Monostori] 2015.2.16.

## **perscribo, -ere, -scripsi, -scriptus**

De negotio vero Prutenico repetivit illa eadem, quae superioribus diebus dixerat et quae ego ad vestram maiestatem perscripseram: 1525 BROD. *Epist.* p.119.

**perscribo, -ere, -scripsi, -scriptus**

Ea, quae habuimus, perscripsi in hac scheda praesentibus inclusa: 1525 BROD. *Epist.* p.114.

## **perscribo, -ere**

Et quemadmodum idem vaivoda ... obtulerat se ... terras illas remissurum, prout certe maiestatis vestrae verbis freti, verbis illorum meminimus perscripsisse: 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.340.

## **perscrutare**

Ineffabilia Gloriose semper Virginis, Dei genetricis Marie meritorum insignia devote considerationis nostre indagine perscrutantes: *1476 Szapolyai oklt.* p.143.



## **perscrutare**

Perscrutantes de ingeniis et pulveribus in arce existentibus: *1514 Szapolyai oklt.* p.348.

## **perscruto, -are**

Qui curiose circa facta eorum (*sc. Turcorum*) intelligenda et perscrutanda, licet pericula, que intervenire possunt, non advertant, incaute se ingerunt: GEORG. HUNG. *Tract.* p.348.

**persecutio, -onis f.**

Quam cum adhuc mater sua regina gestaret in utero tempore Tartarice persecutionis: *Vita Marg.* p.17.

## **persentio, -ire**

Ut itaque hoc ipsum regnum nostrum Sclavoniae  
atque universitas fidelium in eodem constituta  
nostram regiam munificentiam persentiat et ex-  
periatur liberalem: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII  
p.66.

## **persentio, -ire**

ut itaque hoc ipsum regnum nostrum Sclavoniae  
atque universitas fidelium in eodem constituta  
nostram regiam munificentiam persentiat et ex-  
periatur liberalem: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII  
p.66.

**perseverantia, -ae f.**

Sunt hee (*scil. circumstantiae*) qualitas criminis in loco in tempore in perseverantia: PAUL. HUNG. *Penit.* p.194.

**perseverantia, -ae f.**

Perseverantia est animi firmitas in proposito bono usque ad consumationem pertingens: PAUL. HUNG. *Penit.* p.213.

## **persevero, -are**

Quod discretus vir, Anthonius pellificis (*sic*) de Braschofia ... coram nobis ... se ... laudabiliter rexit ... semper in bono statu et fama perseverando: 1460/XV Zimmermann, *Urkb.* VI p.87.



**persevero, -are**

Dat stabilitatem perseverantibus: *Serm. Quinqu. 5*  
(p.34).

## **persevero, -are**

In quo sacramento det nobis perseverare et institutor baptismi, Iesus Christus, ut a gracia baptismi veniamus ad gloriam paradisi: *Serm. Quinqu.* 27 (p.73).

**persevero, -are**

Ut igitur hec nostra donatio in perpetuum perseveret, nec lapsu temporum in irritum valeat revocari: *1275 Erd.Múz.* 1992 p.81.

**persica, -ae f.**

Item feria quinta ... domino magnifico persicam emi d<enarii> 4: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,366 (p.129).

**persistentia, -ae f.**

Praefatus Simon ... in ipso nostro exercitu multa bellandi animositate procedens in persistentia-que factorum strenuorum manu valia sub quodam fortalio pugnam agens de manibus ab intra repugnantium mortiferi vulneris plagam tulit in suo corpore graviolem: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII 145.

**persistentia, -ae f.**

praefatus Simon ... in ipso nostro exercitu multa bellandi animositate procedens in persistentiaque factorum strenuorum manu valia sub quodam fortalio pugnam agens de manibus ab intra repugnantium mortiferi vulneris plagam tulit in suo corpore graviolem: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.145.

**persistentia, -ae f.**

Et persistencia virtutis in actu: *Serm. Quinqu.* 28  
(p.73).

## **persisto, -ere**

Quo<d> ipsum Stephanum ... in dominio prefatarum possessionum usque ad hec tempora indemnem et illesum cognovimus perstitisse pacifice: 1365 Keglevich, *Garamsztb.* p.140.



**persisto, -ere**

Cuius onus, si in hac parte persistere nollet, super se assumpsit: *1400 Veszpr.okl.* II p.365.

**persisto, -ere**

Quatenus horas canonicas, vespervas et completorium persistitendo in tabernis neglexissent: Erdélyi, *Register* p.168.

**persolveo, -ere**

Quod dicti fratres propterea se et vitam eorum  
meliorassent, et divina officia melius persolviss-  
sent: Erdélyi, *Register* p.111.

## **persolvo, -ere**

Pro quibus (*sc. florenis*) ipsis comitibus ... firmiter persolvendis dedimus et obligavimus eis sub nomine pignoris castrum nostrum Zanabor: 1385 Süttő, *Anjou* II p.271.

## **persolvo, -ere**

Ut si iidem magister aut sui vepres expurgando in ipsa terra pratum ordinarent et ante redemptionem fructus eiusdem non perciperent, extunc ipse expensas laborum eisdem persolvere teneatur: 1387 Keglevich, *Garamsztb.* p.225.

**persona , -ae f.**

Nostre (sc. regis) maiestatis in persona (protegant omnes): *1414 Zsigm. oklt.* IV,1897.

**persona, -ae f.**

Quod huiusmodi legatio et dispositio testamentaria ipsius archiepiscopi de supradictis ... bonis et rebus suis personam suam modo premissis tangentibus facta vel facienda robur optineat perpetue firmitatis: 1360 Mészáros, *Visegrád* p.128.

**persona, -ae f.**

Nostre (sc.regis) in persona (rehabeant possessionem): *1414 Zsigm. oklt.* IV,1751.



**persona, -ae f.**

Puto vestram ... dominationem intellexisse mentem sanctissimi domini nostri de persona mea cum vestra ... dominatione mittenda: 1525 BROD. *Epist.* p.113.

**persona, -ae f.**

Quare requirimus vos et nihilominus regia in persona firmiter committimus: *1512 Szapolyai oklt.*  
p.331.

**persona, -ae f.**

Supplicatur maiestati vestrae in personis fidelium eiusdem: 1525 BROD. *Epist.* p.106.

**persona, -ae f.**

Supplicatur maiestati vestrae in personis fidelium eiusdem ... in eo humillime, quatenus dignetur maiestas vestra ... fassioni et perpetuae venditioni ... gratum praebere consensum: 1524 BROD. *Epist.* p.105–106.

## **personalis, -e**

Uti dignetur maiestas vestra ... illas duas partes iudiciarias oneris et gravaminis sententiae, in quo ... Franciscus Bothka ... per omissionem iuramenti sui ... coram personali praesentia maiestatis vestrae convictus exstitit et aggravatus, ... supplicantibus pro fidelibus servitiis eorundem conferre gratiose: 1525 BROD. *Epist.* p.106.

## **personalis, -e**

Quam (*sc. perpetuam venditionem et fassionem*)  
... Ambrosius ... super totali portione sua possessionaria in ... possessione Bodogazzonza-kaya habita coram personali praesentia maiestatis vestrae fecisset: 1524 BROD. *Epist.* p.105–106.

**personaliter** *adv.*

Die vero Iouis sexta mensis Maii, hora vesperarum vel quasi reverendo in Christo patri, domino Martino ... in domo circumspecti viri Iohannis Sartoris personaliter constituto presentate fuerunt: Erdélyi, *Register* p.29.

**personaliter** *adv.*

Saepe scripsimus vobis in eo, ut vos censum ...  
citissime exigere ... deberetis, ut nos personali-  
ter serenissimo domino nostro regi praesentare  
possemus: 1469 Zimmermann, *Urkb.* VI p.389.



**personaliter adv.**

Personaliter venientes (*sc. iurati cives*): 1514 Szapolyai oklt. p.342.

**perspicacitas, -atis f.**

In quam cum ... Ferdinando rege Aragonum innata sibi subtilitate, ingenii perspicacitate investigando de circumstantiis rerum gerendarum nobis viam et securitatem parando praemunivit nos et avizavit: 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.243.

## **perspicax, -is**

Quomodo ipsi memoriam habentes ac perspicaci meditatione in animis volventes rectam et integram amicitiam ... ad talem dispositionem devenissent: 1486 Wenzel, *Dóczyak* p.14.

## **perspicio, -ere**

Quod ipsi ... portiones possessionarias ... reambulare et undique pergirando perspicere ... voluissent: 1374 Keglevich, *Garamsztb.* p.186.

## **perstringo, -ere**

Quantam ex litteris maiestatis vestrae ... acceperimus consolationem, ... non facile putamus verbis posse perstringere: 1505 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.419.

**persuadeo, -ere, -suasi, -suasus**

Qua re persuadeas tibi te nobis acceptissimum factum ac in eorum esse numero, quibus libenter commodare vellemus, prout hoc per omnem occasionem non praetermittimus: *1523 BROD. Epist.* p.78.

**persuadeo, -ere, -suasi, -suasus**

Quamvis vix possim mihi persuadere eum idem,  
quod patruus fecerit, non facturum: 1525 BROD.  
*Epist.* p.115.

## **persuadeo, -ere**

Novi et ego virum, qui talem chartam habebat in bello apud se, cui cum persuadere non potuissem, ut reiiceret, dicebat enim peroptime sibi cavere a sagittis et cavisse per illius charte virtutem: Szilády, *Temesvári* p.32.



## **persuadeo, -ere**

Attamen cum hominibus eiusdem albi existentibus sine pecuniis vivere, quam <amoucot'eros perpeti semihomines, longe pretiosius esse mihi persuasum habui: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

## **persuadeo, -ere**

Quare mihi persuasum habui, tibi illum (ut erat hominum studiosorum amantissimus) plurimas suas epistolas misisse, quarum mihi a te copiam fieri peto, et si permiseris obsecro: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

## **perterreo, -ere**

Ad cuius clamorem omnes perterriti, cum esset sero in tenebris, nemo audebat navigare intra paludes, ut videret, quid ageretur aut posset iuvare illam: Szilády, *Temesvári* p.6.

## **pertimesco, -ere**

quot membris est praefectus: VALENT. ECK p.48.

## **praeficio, -ere**

Quia nos magistrum Franciscum, ... qui hactenus vester officialis fuit, ab officiolatu amovimus, et in eius locum ... magistrum Paulum ... praefecimus et deputavimus: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–Tóth, *Levelesláda* p.100.



## **praefigo, -ere**

Quorum dierum spacium ... pro ... termino  
... eis assignamus et prefigimus: *1463 Arch.Majtényi*  
p.264.

## **praefigo, -ere**

Qui quidem domini capitulares eidem domino preposito prefixerunt terminum peremptorie diem festi Beati Georgii pape proxime venturum:  
*1520 Reg.Strig. p.132.*

**praefiguratio, -onis f.**

Praefiguratio sacrificii spiritualis, quod obtulit in abdito devote mentis, fuit in sacrificio timiamatis, quod offerebatur in altari interiori: *Serm. Quinqu.* 24 (p.66).

## **praefiguro, -are**

4o mirabile esset esse in carne sine carnalitate. Hic prefiguratum est in tribus pueris, qui in fornace ardenti non fuerunt combusti: *XV Madas, Serm.* p.124.

## **praefulgeo, -ere**

Attendentem magistrum Nicolaum, ... aule nostre servitorem dilectum nobis utique et fidelem ... potissima constantia prefulgere: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.159.

## **praefulgidus, -a, -um**

Surge, scilicet a peccatis, illuminare, scilicet per fidem, quia venit, per incarnationem, lumen tuum, id est Christus, et gloria Domini, scilicet illa stella prefulgida indicium gloriosi Domini super te orta est (cf. Is. 60,1): *Serm. Quinqu. 26* (p.69).

**praegnantia, -ae f.** (pregnantia)

Quoniam omnino necesse est futurum, ut ob universae reipublicae Christianae negotiorum praegnantiam legati mittantur: 1515 Theiner, *Mon.Slav.* I p.562.

## **praegratus, -a, -um**

Quod ipse consideratis multiplicibus pregratis atque beneplacitis serviciis predilecti familiaris sui ... quoddam castrum ... memorato Oswaldo ... donavit: 1445 Neumann, *Korlátköviek* p.171.



## **praeiaceo, -ere**

Sexto, in duracionis quantitate, que alie sunt perpetue permanencie, hec autem desiit esse peracto officio suo et rediit in preiacentem materiam: *Serm. Quinqu. 26* (p.70).

**praeinsero, -ere** (preinsero)

Ad ulteriora videlicet realem et effectuaalem executionem preinsertarum litterarum apostolicarum ... in eisdem procedere voluerimus: Erdélyi, *Register* p.11.

## **praeiudicialis, -e**

Saxones replicaverunt illam formam novam insolitam et praeiudicalem ipsis fore: 1516 Katona, *Hist.crit.* XIX p.30.

## **praeiudicialis, -e**

Saxones replicaverunt illam formam novam insolitam et praeiudicalem ipsis fore: 1516 Katona, *Hist.crit.* XIX p.30.

**praeiudicium, -i n.**

Cum ... idem ... porcionem ... vendere vellet et alienare in ipsius preiudicium non modicum et gravamen, cum eadem possessio iure commetaneo fuerit, et in eventum, in quem debeat ab ispo Andrea alienari, ad eum potius, quam ad alium pertineat redimenda: 1340 Diaconescu, *Documente 29*.

**praeiudicium, -ii** *n. opinio praeiudicata — előítélet*

Ut (*sc. electi*) ... seipsos sine preiudicio servitiis eorum (*sc. reproborum*) impendant: GEORG. HUNG. *Tract.* p.334.

## **praeiudico, -are**

Si Alexander papa vel alius pro bina vel trina expeditione propter aliquam causam minus accepit, id annatae priori duorum milium non debere praeiudicare: 1523 BROD. *Epist.* p.84.

## **praeiudico, -are**

Dicens, quod si aliud in communi agi contingat, hoc sibi obesse et preiudicare non possit, quando totum ius suum indebitum (*sic ed., recte: in debitum*) statum possit et valeat reducere modo et ordine, quibus foret opportunum: 1340 Diaconescu, *Documente* p.29.



**praeiudico, -are** (preiudico)

Quod futurum est, si beatitudo vestra per quascumque alias gratias et concessionem ... predictis facultatibus preiudicari non permittet: 1515  
Theiner, *Mon.Slav.* I p.562.

**praelatio, -onis f.**

Quoniam ex officio prelationis assumpte nobis  
incumbit subditorum pro posse et commoda op-  
tare ... : *1336 Mon.civ.Zagr.* I 150.

**praelatio, -onis f.**

Quoniam ex officio prelationis assumpte nobis  
incumbit subditorum pro posse et commoda op-  
tare: *1336 Mon.civ.Zagr. I p.150.*

**praelatio, -onis f.**

Beatus Thomas duplici gaudet privilegio sicut vere martir et pontifex, scilicet prelacionis in ecclesiastica dignitate, et passionis pro ecclesiastica libertate, quia misit ad illos, scilicet Deus, servum, id est humilem prelatum, ... et illum in capite wlneraverunt, id est capite mactato ceciderunt: *Serm. Quinqu. 21 (p.61).*

**praelatus, -i m.** (prelatus)

Prelatorum et baronum universitastisque procerum et nobilium huius regni Hungarie Bude habita pro arduis eiusdem regni negotiis tractandis necessario occupamur: Erdélyi, *Register* p.32.

**praelatus, -i m.**

Totum illud ex voluntate prelatorum et baronum huius regni ac commissione domini nostri regis fecimus: *1465 Szapolyai oklt.* p.112.

**praelatus, -i m.**

Scribunt decimas, quae praelatis ecclesiarum debebantur, eos suspendisse (hoc enim vocabulo scribitur), atque ad fines a Turca tutandos expensuros: 1525 BROAD. *Epist.* p.115.

**praelatus, -i m.** „(rendi) előljáró”

Coegit me ad id prelatorum meorum exactio postulationis et precepti obedientia: Szilády, *Temesvári* p.60.



**praelatus, -i m.**

Beatus Thomas duplici gaudet privilegio sicut vere martir et pontifex, scilicet prelacionis in ecclesiastica dignitate, et passionis pro ecclesiastica libertate, quia misit ad illos, scilicet Deus, servum, id est humilem prelatum, ... et illum in capite wlneraverunt, id est capite mactato ceciderunt: *Serm. Quinqu. 21* (p.61).

**praelibatus, -a, -um** (prelibatus)

Prelibatus reverendus pater ... sedit pro tribuna-  
li: Erdélyi, *Register* p.6.

[Hegyí] 2015.2.16.

**praeloquor, -i, -locutus**

Post multa praeambula ad pacis tractatum facientia concepti, praeloquuti, appunctuati fuere et concordati nonnulli articuli concordiam probabiliter inductivi: 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.250.

## **praemacero, -are**

Quod *sc. sigillum*) ad omnia privilegia ... quondam domini Karuli regis ... sub priori sigillo eiusdem tempore coronationis sculpto et demum per eundem eo, quod sub ipso plurime infidelitates perpetratae extiterunt reperte, premaccerato ... confecta iuxta dicta tria sigilla decrevimus fore apponendum: 1364/1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.161.

## **praemature**

His itaque rationibus et respectibus praemature ponderatis et lucubratis ... dominus Ioannes ... quasdam possessiones suas ... Thomae ... vendidit: 1495 Schmitth, *Ep.Agr.* II p.158.

## **praematurus, -a, -um**

Quod ... Nicolaus Gereb ... non compulsus, nec coactus seu aliquo seductus errore, sed animo praematurato ... curiam ... dedit: 1461/? Zimmermann, *Urkb.* VI p.98.

## **praematurus, -a, -um**

Tuam ... excellentiam ... obsecro, quatenus nasturtium edas, et sicut solent tortuosi elephantes praematurum foetum decimo saltim anno sub lucem emittas: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

## **praemitto, -ere, -misi, -missus**

Habemus ex litteris comitis ... bassam sive zanzacum Boznae iam p<r>aemisisse non parum (*sic ed., recte: parvum*) peditum numerum ad obsidendum Clyzium, subsecuturum ipsum quoque brevi cum valido equitatu: 1524 BROD. *Epist.* p.89.



**praemitto, -ere, -misi, -missus**

Cetera, ut praemisi, dicet vestrae sanctitati ...  
archidiaconus: 1524 BROD. *Epist.* p.104.

**praemitto, -ere**

Ut has nostras prius, quam ipse Budam attinget,  
ob rei maiorem utilitatem vobis dies noctesque  
praemittat: 1509 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.572.

**praemium, -i n.**

Licet idem multo plura antidotum premia a nobis mereretur horum (*sc. servitiorum*) respectuque (*sic ed., recte: respectu, que*) eidem facere intendimus in futurum: 1360 Mészáros, *Visegrád* p.125.

**praemium, -ii n.**

Primo quidem, virginitatis honore, quia gloria Libani, id est meritum et premium virginitatis, data est ei (*sc. S.Luciae*): *Serm. Qinqu. 5* (p.33).

## **praemoneo, -ere**

Tenebitur inprimis nos aut heredes vel successores nostros reges ante unum annum de hoc praemonere et requirere, si scilicet emere ... voluerimus: 1501 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.309.

**praemior, -i, -mortuus sum**

Ubi memoratum Ladislaum ... heredum solacio orbatum premori contingerit: *1474 SzSzB Szle* 2006 p.342.

**praemior, -i, -mortuus sum**

ubi memoratum Ladislaum ... heredum solacio orbatum premori contingerit: *1474 SzSzB Szle* 2006 p.342.

[Szovák] 2015.2.16.

**praemunio, -ire**

Aere caput tegitur, praemunit pectora thorax:  
IAN.PANN. *Paneg.* 3,2,215.



## **praemunio, -ire**

In quam cum ... Ferdinando rege Aragonum innata sibi subtilitate, ingenii perspicacitate investigando de circumstantiis rerum gerendarum nobis viam et securitatem parando praemunivit nos et avizavit: 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.243.

**praenarro, -are** (prenarro)

Extunc prescripta possessio Abon simul cum pre-  
narratis cinctis utilitatibus: *1515 Szapolyai oklt.*  
p.373.

**praenimius, -a, -um** (prenimius)

Quod in quadam villa ... vidisset testis quadam vice quendam fratrem ... prenimia ebrietate corruisse in terram: Erdélyi, *Register* p.138.

## **praenoto, -are**

Qua Christum pietate colat, qua mente futuros  
/ praenotet eventus, ceu plenus Apolline vates, /  
ignoti norunt populi: IAN.PANN. *Paneg.* 3,1,303-  
05.

**praeordinatio, -onis f.**

Omnia in ipso (*sc. testamento*) contenta me defuncto volo iuxta meam praeordinationem ita per omnia observari: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.155.

## **praeordino, -are**

Sacramenta, que pertinent ad bonum per se, preordinantur duobus, scilicet ordini et matrimonio: *Serm. Quinqu.* 29 (p.76).

## **praeordino, -are**

Deus id, quod vult facere, ab eterno voluit illud, sed non nisi in tempore secundum suam sapientiam preordinato producere in effectum: Szilády, *Temesvári* p.5.

**praeparamentum, -i n.**

Quod ipse volens aeternae beatitudinis semitis pietatis insistendo devotius bravio perfrui, congruisque praeparamentis spiritualibus extremae suae diei clausionem praevenire, necnon parentum suorum salutari animae remedio propitiare quandam villam ... religiosis ... viris ... donavit: 1337 Wagner, *Anal.* III p.177.



**praeparatio, -onis** *f.*

Similiter et vestium novorum preparaciones et cetera iam multo plura concurrunt: *1449 TSz 1929*  
p.133; *Dl 80935*.

**praeparatio, -onis f.**

quo ... illorum ... voluntati et praeparationi  
concurreret: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.41.

**praeparatio, -onis f.**

Quod ipsi ... magistrum Nicolaum ... a sepi-  
ri factione seu preparatione cuiusdam sepi-  
ter fundos curiarum eorundem ... fieri debende  
... prohibuissent: 1362 Mészáros, *Visegrád* p.130.

**praeparatio, -onis f.**

Quo ... illorum ... voluntati et praeparationi  
concurreret: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.41.

**praeparatio, -onis f.**

Item ad praeparationem currus domini magnifici relaxatum fl<oreni> 1,5 (p.d<enarii> 12: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,513 (p.41).

## **praeparo, -are**

Praeter quod illum molendinarium, qui in Sclanecz illum kunst praeparabat, captivassetis: *c.1500*  
Wenzel, *Dóczyak* p.55.

## **praepedio, -ire**

Predicti sic insultantes et conantes in destructionem bonorum certifixi (*sic ed., recte Df 228334: crucifixi*) per supplicationes magnificorum dominorum comitum de Roszgon retenti et prepediti fuerunt, ne talia incomoda nobis vobisque infererent (*sic*): 1423 *Pozsonyi viszály* p.253.

## **praepondero, -are**

Quia unum summum bonum equivalet omnibus  
et preponderat: *Serm. Quinqu.* 30 (p.78).



## **praepono, -ere**

Quemadmodum pridem perfidorum Theucrorum crucis Christi persecutorum adversus seviciam penes et unacum regni Hungariae regnicolis ... exercitui me adaptando cum fuerim mortalis et sic maiora eciam oculis meis imminencia via in eadem preponendo pericula ... in presenciam capituli Nittriensis accedere curavi: 1456 Neumann, *Korlátköviek* p.179.

## **praepositalis, -e**

In eodem (*sic ed., sc. capella*) praepositalem dignitatem cum 4 capellanis clericisque ad missarum sollemnia decantanda sufficientibus ordinari fecimus et fundari: 1430 Katona, *Hist.crit.* XII p.550.

**praepositio, -onis f.**

Et hoc notatur, cum dicit (2 Cor. 4,6): De tenebris, id est post tenebras, id est post nichil, ut tenebra ponatur pro pura privacione, ut nichil ante fuerit, et prepositio dicat ordinem, non materiam: *Serm. Quinqu. 37* (p.87).

## **praepositus maior**

Summa decimarum omnium vinorum facit 7450, ex quibus pro sexta domino preposito maiori cedunt 1241 et remanent ad communem divisionem 6209: *1497 Lib.divis. Vespr. p.33; cf. Ibid. p.35*: Magister Mathias de Ienyew cum duppla domini lectoris habuit cub<ulos> vinorum in Abraham 285 et habet apud prepositum magnum 18.

## **praepositus maior**

Reverendus dominus Andreas doctor prepositus maior eiusdem ecclesie Strigoniensis ... contumaciam prefati domini Iohannis Zekel ... ad audiendam sententiam infrascriptam feni (*sic*) et non comparentiam accusavit: *1521 Reg.Strig.* p.144.

**praepositus, -i m.**

Emericus de Zapolya, comes perpetuus terre Scopusiensis etc. venerabili domino Blasio, preposito ecclesie de Lelez, amico nobis dilecto salutem et favorem: *1466 Szapolyai oklt.* p.117.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**praepositus, -i m. aláírásban!**

Eiusdem maiestatis vestrae servitor et capellanus  
humillimus Stephanus Brodericus praepositus  
Quinqueecclesiensis, orator: 1523 BROD. *Epist.*  
p.74.

**praepositus, -i m.**

Retulit nobis ... praepositus Eursiensis ... te iterum Romae oratorem agere: 1525 BROD. *Epist.* p.107.



## **praepotens, -entis**

Quid erit impedimento, quominus hoc praepotenti praesidio, veluti quodam firmissimo aggerе comminuto, non undique rapidissimi torrentis more, minaci impetu furens cuncta deiiciat atque prosternat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.305.

## **praepotens, -entis**

quid erit impedimento, quominus hoc praepotenti praesidio, veluti quodam firmissimo aggere comminuto, non undique rapidissimi torrentis more, minaci impetu furens cuncta deiiciat atque prosternat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.305.

**praeputium, -ii n.**

Michi videtur, quod potius utuntur (*sc. Turci*) circumcissione propter hoc, ut lotio . . . non sit invalida remanente aliqua siccitate sub ista pellicula prepucii: GEORG. HUNG. *Tract.* p.364.

**praerogativa, -ae f.** (prerogativa)

Nos consideratis fidelitatibus et fidelium serviti-  
orum meritis Dominici Syculi filii Salamonis fide-  
lis nostri, servientis Iwan filii Egidii ... eundem  
... hac regie gracia prerogativa speciali duximus  
decorandum, quod (etc.): 1326/1365 *MNy* 1931  
p.208.

**praerogativa, -ae f.** (prerogativa)

Quatenus iuxta libertatum prerogativas instar  
predecessorum nostrorum vestras prudentias  
conservaremus: *1500 Szapolyai oklt.* p.260.

## **praerogor, -ari**

Quae (*sc. litterae*) iam dictis vestris iuribus privilegiatis seu etiam consuetudinibus vestris praerogari possint: 1443 Zimmermann, *Urkb.* V p.122; *cf. ibid. inferius*: Nec eas (*sc. litteras*) cuiquam ... in nullo praerogari credimus.

**praesaepium, -ii n.**

(*sc. Christus*) non fuit delicatus molli tractacione exteriori, cum non esset ei locus in diversorio, sed vagiret infans inter arta conditus presepia habens membra pannis involuta: *Serm. Quinqu. 12* (p.46).

**praesaepium, -ii n.**

Nam paupertas eum (*sc. Christum*) pannis involvit, et humilitas in presepio reclinavit, que fuerunt quasi due obstetrices virginis in partu suo: *Serm. Quinqu.* 12 (p.46).



**praescribo, -ere**

Census Natalis Domini prescriptum est (sic):  
*1521 Nógrádi, Kanizsai II,801 (p.56).*

**praescriptio, -onis** *f.*

Ultra tempus prescriptionis in iuribus regalibus  
observari solite ... : *1420 Zsigm.oklt.* VII,1433.

**praescriptio, -onis f.**

Ultra tempus prescriptionis in iuribus regalibus  
observari solite: *1420 Zsigm.oklt.* VII,1433.

## **praesens, -entis**

Qua de re neque praesens destiti assidue apud eos,  
ubi id faciendum videbatur, loqui et clamare: 1525  
BROD. *Epist.* p.119.

**praesens, -entis**

Ubi cum ... domino legato praesente etiam domino Strigoniense (*sic*) fuero: 1524 BROD. *Epist.* p.103.

**praesens, -tis** *'de praesenti'*

Quos in sua captivitate detineret etiam de praesenti: 1468 Zimmermann, *Urkb.* VII p.366.

## **praesens, -tis**

Nam (*sc. B.Margareta*) extra conventum, nisi ratione matris vel sororum suarum, ducissarum presentium in claustro vix coacta et hoc raro comedebat: *Vita Marg.* p.19.

**praesentatio, -onis *f.***

Misimus his diebus novas litteras praesentationis:  
*1524* BROD. *Epist.* p.102.



**praesentatio, -onis f.**

Ad quos presentatio et provisio de iure noscitur  
pertinere: *1424 Pozsonyi vizály* p.255.

**praesentes, -ium f.**

Inopinus namque praesentium geruli, domini magistri Rudolphi, discessus doctius ac tersius scribendi interturbavit officium: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**praesentes, -ium f.**

Cum tibi copias ostendet Aegidius meus, praesentium tabellarius: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**praesentia, -ae f.**

Uti dignetur maiestas vestra ... illas duas partes iudiciarias oneris et gravaminis sententiae, in quo ... Franciscus Bothka ... per omissionem iuramenti sui ... coram personali praesentia maiestatis vestrae convictus exstitit et aggravatus, ... supplicantibus pro fidelibus servitiis eorundem conferre gratiose: 1525 BROD. *Epist.* p.106.

**praesentia, -ae f.**

Quam (*sc. perpetuam venditionem et fassionem*)  
... Ambrosius ... super totali portione sua possessionaria in ... possessione Bodogazzonza-kaya habita coram personali praesentia maiestatis vestrae fecisset: 1524 BROD. *Epist.* p.105–106.

**praesentia, -ae f.**

Si quando cursum suum consuetum consummare non poterat (*sc. S.Margareta in orando*), maxime propter parentum suorum presentiam: *Vita Marg.* p.19.

**praesentialitas, -atis f.**

Hoc, quod dicit: hodie, notat presencialitatem,  
quia eius generacio non habet finem: *Serm. Quinqu.*  
10 (p.41).

**praesentialitas, -atis f.**

Hoc, quod dicit: hodie, notat presencialitatem,  
quia eius generatio non habet finem: *Serm. Quinqu.*  
10 (p.41).



**praesentialiter** *adv.* (presentialiter)

Presumptio quod aliorum est sibi presentialiter  
ascribere vel notare: PAUL. HUNG. *Penit.* p.203.

## **praesentio, -ire**

Et sic vir ille presentiens demonum adesse turbam, cepit navem dirigere versus ripam: Szilády, *Temesvári* p.6.

## **praesento, -are**

Ut decanus ... tales rebelles et pertinaces veluti salutis immemores ... detinere ... ac detentos propriis eorum in personis nobis praesentare teneatur: 1465 Zimmermann, *Urkb.* VI p.207.

## **praesento, -are**

Exortā pridem inter heredes ... Benedicti bani ex parte una, et honorabilem ... prepositum Sancti Salvatoris de Chanadino ex altera super iure presentandi ad magistratum altaris Sancti Benedicti in ecclesia vestra Albensi ... coram nobis materiā questionis ... prefatam causam ... vestro examini duximus presentibus remittendam:  
*1385 Süttő, Anjou II p.299.*

## **praesento, -are**

Saepius scripsimus vobis in eo, ut vos censum  
... citissime exigere ... deberetis:1469 Zimmer-  
mann, *Urkb.* VI p.389.

## **praesento, -are**

Ubi idem Draag ... habitis mutuis congressibus Deo sibi suffragante vexillum eorundem Lithvanorum cum quodam eorum capitaneo nostre specietenus apportare et presentare curavit maiestati: it1385 Süttő, *Anjou* II p.265.

## **praesento, -are**

Quatenus ... litteras nostras preceptorias ... iudicibus nobilium ... pro parte magnifici Francisci, ... cubiculariorum nostrorum regalium magistri ... sonantes ... per vestrum testimonium idoneum ... exhiberi et presentanti (*sic, recte: presentari*) faciatis: 1512–1516 Horváth, *Pótlások* p.178.

## **praesento, -are**

Recognoscimus ... manibus ... thesaurarii regni Hungarie, aliis dominis collegis et consortis (*sic, recte [Dl 68533]: consociis*) suis, thesaurari[i] scilicet regni absentib[us] presentasse et <as-sig>nasse florenos (*sic*) trecentos: 1522 Horváth, *Pótlások* p.180.



**praesento, -are** (presento)

Littaras nostras vobis presentasse intelleximus:  
*1516 Szapolyai oklt. p.376.*

[Szebelédi] 2015.2.16.

**praesertim** *adv.* (presertim)

Ut nisi provisum extitisset de aliis vite melioris religionis, hactenus forte etiam edificia et presertim ambitus sponte corruissent: Erdélyi, *Register* p.79.

**praesertim** *adv.*

Debueramque dudum tibi gratulari, sed neque sera gratulatio reprehendi solet [teste Tullio], praesertim si nulla socordia aut negligentia praetermissa est: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**praesertim** *adv.*

Ipsium negotium propter auctam annatam est nobis molestissimum, praesertim cum non ignoremus eas annatas fuisse primitus ad defensionem contra infideles concessas: 1523 BROD. *Epist.* p.78.

**praesertim** *adv.*

Tuum erit, ne sollicitudini meę, ne principis humanissimi voto pio praesertim, ne Augustini perpetuandę memorię, ne tibi ipsi desis: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

## **praeservo, -are**

Interea vero dictas facultates ab omni sinistrae seu insperatae revocationis, suspensionis vel derogationis ... impedimento tueri ac preservare dignetur: 1515 Theiner, *Mon.Slav.* I p.562.

**praesidium, -i n.**

Quod Iohannes ... officialem eorum ... interficere voluisset, nisi fuge presidio evadere potuisset: 1373 Keglevich, *Garamsztb.* p.183.

**praesidium, -i n.**

Dum ego Segniae aliquod presidium regium ...  
iuxta eiusdem promissa per diu expectassem: 1525  
Theiner, *Vet.Mon.* II p.656.



**praesidium, -i n.**

Qui a S<anctitate> v<estra> oblatum praesidium recipiat et ad nos quam ocissime deferat: 1525 Kationa, *Hist.crit.* XIX p.561.

**praesidium, -i n.**

Ut nec iam miles in praesidiis locandus, nec com-  
meatus ad eum fovendum, sed nec machinae bel-  
licae ad hostilem vim arcendam satis abunde sup-  
petant: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.251.

**praesidium, -ii n.**

Mihi ad vestrae serenitatis praesidium duxi refugiendum: 1524 BROD. *Epist.* p.94.

[Monostori] 2015.2.16.

**praesidium, -ii n.**

In his quinquaginta milibus ducatorum, quod ...  
legatus habet in potestate, adversus hostem po-  
tentissimum leve admodum et perexiguum habe-  
bimus praesidium: 1524 BROD. *Epist.* p.86.

**praesidium, -ii n.**

Misit et ipse ... oratorem, quod pro avertendis periculis aperte imminentibus opportunum sedis apostolicae praesidium imploraret: 1524 BROD. *Epist.* p.86.

**praesidium, -ii n.**

Sera ... praesidia parum aut nihil omnino afferre adiumenti poterunt: 1523 BROD. *Epist.* p.71.

**praesidium, -ii n.**

Quam ut relictis praesidiis necessariis ea tantum,  
quae ab illo sunt parta, in reditum suum defendi  
ac retineri possent: 1524 BROD. *Epist.* p.86.

**praesidium, -ii n.**

Ut nec iam miles in praesidiis locandus, nec com-  
meatus ad eum fovendum, sed nec machinae bel-  
licae ad hostilem vim arcendam satis abunde sup-  
petant: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.251.



**praesidium, -ii n.**

qui a S[anctitate] v[estra] oblatum praesidium recipiat et ad nos quam ocissime deferat: 1525 Kato-  
na, *Hist.crit.* XIX p.561.

**praesidium, -ii n.**

Eum ob hoc unicum celebratissimae familiae columen ac presidium (sic) ... in tam acerbissimo luctu meroreque dies ac noctes versari non possum non tristissimo animo velut eiusdem particeps meroris tollerare: 1515 Theiner, *Mon.Slav.* I p.560.

**praesidium, -ii n.**

Qui si amoveri hinc deberet, magno omnino praesidio res haec ecclesiastica privaretur: 1525 BROD.  
*Epist.* p.109.

**praesincerus, -a, -um**

Praesentibus primum gratissime salutationis elo-  
quio praesincero venerabiliter antemisso: 1444  
Zimmermann, *Urkb.* V p.124.

## **praespecifico, -are**

De quibus (sc. ruinis domorum) ... multa incommoda praespecificatae civitati nostrae ... de facili evenire potuissent: 1434 Wagner, *Anal.* III p.215.

## **praestans, -tis**

Eximio atque praestanti viro, domino Ioachimo Vadiano, Musis atque Apollini sacro poetae, liberalium artium et ... philosophię professori doctissimo, amico praecharo, Viennae in collegio Caesareo vitam viventi: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.130).

## **praestans, -tis**

Praestantissimum denuo virum, ... Georgium Collimitium, omnium horarum hominem, nostrum communem amicum, singulos denique symboli ac symposiorum vestrorum cundapn'ious nomine meo salvos iubeto: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**praesto, -are, -stiti, -stitus/-staturus**

Feria secunda praeterita ipse princeps Albertus praestitit iuramentum uti domino suo naturali ... regi Poloniae sedenti in diademate in throno ad id constructo: 1525 BROD. *Epist.* p.108.



**praesto, -are, -stiti, -stitus**

Noli existimare nos ita ab extrema spe et praesidiis pendere, ut domi, quae praestare ipsi atque efficere possumus, negligamus: 1523 BROD. *Epist.* p.71.

## **praesto, -are**

Qui sub praestito officii et dignitatis iuramento  
... confessi sunt concorditer asserentes, quomo-  
do *etc.*: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.155.

## **praesto, -are**

Iudex civitatis ... unacum suis coniuratoribus ... iuxta regni consuetudinem discalceatis pedibus et absque cingulis terram super capita ipsorum levando verbaque iuramenti more consueto proferendo ... iuramentale sacramentum prestitisset: 1371/1373 Keglevich, *Garamsztb.* p.177.

## **praesto, -are**

Ut enim reliquis Christianis principibus et regibus dignitate praestas, ita tibi omni ope et opera studendum est, ut absolutissima virtute his omnibus et gloria sis superior: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.259.

**praesto, -are**

Quidquid enim vel humanitatis vel favoris tui illi  
praestiteris: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

[Szovák] 2015.2.16.

## **praesto, -are**

Quod idem ... dux ... nobis heredibusque et successoribus nostris debitae ac solitae fidelitatis et obedientiae homagium et iuramentum praestet: 1501 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.307.

## **praesto, -are**

Ut enim reliquis Christianis principibus et regibus dignitate praestas, ita tibi omni ope et opera studendum est, ut absolutissima virtute his omnibus et gloria sis superior: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.259.

## **praestolor, -ari**

Cuius vicissitudinis complacentia a nobis merito praestolari habebitis: 1469 Zimmermann, *Urkb.* VII p.369.



**praestolor, -ari** (prestolor)

Prestolabamur nanque quedam nova aliunde:  
*1515 Szapolyai oklt. p.370.*

[Szebelédi] 2015.2.16.

**praesul, -is** *m.*

Nam templi praesuli, domino Ioanni Turzo, Vratislaviensi episcopo, cordi est, omnes illius epistolas ... chalcographorum prelo traditum iri velle: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**praesum, -esse, -fui**

Que (*sc. terre*) quondam Myke et Stephani ... castrensium sine herede decessorum prefuisse dino-  
suntur: 1365/1378 Keglevich, *Garamsztb.* p.194.

## **praesum, -esse, -fui**

molendinum quoddam, ... quod praesuit prefati  
condam magistri Nicolai, ... paratum et elabo-  
ratum expensis propriis eiusdem dederunt hono-  
rabili magistro Ioanni: *1523 Reg.Strig.* p.150.

## **praesum, -esse**

Item eodem die Nicolao, qui preest allodiatoribus, dedi in sortem salarii sui fl[orenum] 1: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,330 76).

## **praesum, praesse, praefui**

Que (*sc. possessiones*) quondam ... hominum ... absque heredibus utriusque sexus defunctorum prefuisse asseruntur: 1385 Süttő, *Anjou* II p.268; *CD Hung.* X/1 p.225–227.

**praesumptio, -onis** *f.* (presumptio)

Presumptio quod aliorum est sibi presentialiter  
ascribere vel notare: PAUL. HUNG. *Penit.* p.202.

**praesumptuose** *adv.*

Quae omnia quum mere contra decreta summorum pontificum et ... privilegia ecclesiae ipsius Strigoniensis ab immemorabili tempore semper firmiter et inviolabiliter ... observata per vos praesumptuose fiant et committantur: 1522 Kato-  
na, *Hist.crit.* XIX p.376.



## **praesumptuose**

Quae omnia quum mere contra decreta summorum pontificum et ... privilegia ecclesiae ipsius Strigoniensis ab immemorabili tempore semper firmiter et inviolabiliter ... observata per vos praesumptuose fiant et committantur: 1522 Kato-  
na, *Hist.crit.* XIX p.376.

## **praetendo, -ere**

Si quis autem contra ipsum ... quicumque actionis vel propositionis se habere pretenderit, id iure mediante prosequi debeat: 1512–1516 Horváth, *Pótlások* p.178.

**praetendo, -ere**

Quantotius poteritis, litteris vestris nos informare  
velitis, quid in hoc facto facere pretenditis: 1423  
*Pozsonyi vizsály* p.253.

**praetensus, -a, -um** (pretensus)

Quod non alias aliter nec alio modo in testium huiusmodi pretensa receptione procedatur: Erdélyi, *Register* p.46.

**praeter** *praep. c. acc.*

Quae (sc. ecclesia) nostris in temporibus gravissime collapsa fuit et bonis quibuslibet et servitorum numerositate praeter spem recuperandi miserabiliter destituta: *1284 CD Hung. V/3 p.232.*

**praeter** *praep.*

Ut etiam nobis non posset esse non molestum  
quidquam praeter veterem eorum ordinem in re-  
gno nostro constitutionem renovari: 1525 BROD.  
*Epist.* p.109.

**praetereo, -ire, -i(v)i, -itus**

Supervenerunt litterae ex Hispania regem Christianissimum XVII. mensis Iunii proxime praeteriti ad portum Barcinonae appulisse: 1525 BROD. *Epist.* p.120.

## **praetereo, -ire, -ivi/-ii, -itus**

Ut ipse princeps Albertus habeat terram Prussiae illam, quam habuit hucusque, in feudum a regibus Poloniae ipse et heredes masculi eius et quattuor fratrum suorum, quibus deficientibus ipsum feudum recidat in regem Poloniae restitutis hinc inde occupatis tempore belli praeteriti: 1525 BROD. *Epist.* p.108.



## **praetereo, -ire**

Quibus (*sc. servitiis*) iidem, presertim dictus Draag preteritis suis fratribus in tuitione et defensione regni nostri Russcye ... regio sacro dyademati ac nobis ... fideliter studuit conplacere: 1385 Süttő, *Anjou* II p.265.

## **praetereo, -ire**

Ad modum (*sic ed., recte: admodum*) tristabatur  
(*sc. S.Margareta*), quod particula diei bone ipsam  
sine fructu preterisset: *Vita Marg.* p.19.

**praeteritus, -a, -um** (preteritus)

Testis interrogatus respondit se vidisse fratres ...  
bibisse et inebriatos fuisse cum laicis annis proximi-  
mis preteritis: Erdélyi, *Register* p.82.

## **praeteritus, -a, -um**

Loquitur de preteritum dicendo: natus est: *Serm. Quinqu.* 10 (p.41).

## **praetermitto, -ere, -misi, -missus**

Qua re persuadeas tibi te nobis acceptissimum factum ac in eorum esse numero, quibus libenter commodare vellemus, prout hoc per omnem occasionem non praetermittimus: *1523 BROD. Epist.* p.78.

**praetermitto, -ere, -misi, -missus**

Ego, quod in me erit, nihil praetermittam: 1523  
BROD. *Epist.* p.83.

## **praetermitto, -ere**

Velit (*sc. pontifex maximus*) nunc potissimum in hac tanta rerum bene conficiendarum occasione nihil praetermittere, quod *etc.*: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

## **praetermitto, -ere**

Si pretermisiss aliis et bellis et consiliis principes ipsi sese totos ad defensionem reipublice Christiane converterint: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.



## **praetermitto, -ere**

Debueramque dudum tibi gratulari, sed neque sera gratulatio reprehendi solet [teste Tullio], praesertim si nulla socordia aut negligentia praetermissa est: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**praeterquam** *adv.* (preterquam)

Dicit preterea idem testis se non esse inductum preterquam, quod esset citatus ad testificandum ad presentem causam: Erdélyi, *Register* p.101.

**praetextus, -a, -um**

Si quis ducens res mercimoniales, que diverse maneriei et conditionis existant, ut sunt fernicule, monilia parva, ... claviculi, ... pectines lignee aut cornee, specula, clebsidras parvas pretextas (sic), ligamina volgo (sic) Nestel, digitalia videlicet Vingerhut, et alia ceteris mercibus similia, ... debent solvi boni duo grossi: *1436 Mon.Budapest III/2 p.272.*

**praetextus, -us** *m.*

In sede ... apostolica, vel quod sit mala Leonis pontificis administratione, quod multi queruntur, penitus exhausta, vel quod in excusationem suam hoc utatur praetextu, parvam admodum spem nobis esse ponendam: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**praetextus, -us** *m.*

Nunc autem ipse Stephanus ... percepisset memoratum Demetrium ... eiusmodi litteras vestras ammonitorias pretextu ... ducentorum florenorum indirecte et preter viam iuris a vobis extractas per vos debite exequucioni demandari velle: 1512–1516 Horváth, *Pótlások* p.178.

**praetor, -oris** *m.*

Magnificis et praestantissimis d[ominis], praetori  
ac rectoribus insulae et senatus civitatis Chiorum,  
amicis nostris carissimis salutem!: 1503 Katona,  
*Hist.crit.* XVIII p.345.

## **praetorianus, -a, -um**

Venerunt nova de Constantinopoli ... Milites praetorianos, quos ianyceros vocant, seditione facta, quod augeri sibi stipem annuam postulabant, plures domos et inter ceteras Imbraym bas-sae et nonnullorum aliorum diripuisse atque in praedam vertisse: 1525 BROD. *Epist.* p.119.

## **praetorium, -i *n.***

Quod ipse Michael illam seriem domorum in superficie eiusdem curie, ... unam videlicet stubam, unum pretorium et unam cameram in uno recto ordine sibi invicem annexas, simulcum una altera camera in latere ipsius alterius camere a parte meridiei et atrio sive cenaculo penes prescriptas stubam et pretorium ac celario et ceteris edificiis ibidem situatis ... sibi ipsi ... conser-



vasset: *1501 Dl 75489.*

[Szovák] 2015.2.16.

## **praetorius, -a, -um**

Quos ut fortissimos eosdemque fidissimos Romanus quilibet imperator et in cohortem praetoriam conscribere et ad custodiam corporis adsciscere pro munimento ducebat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.260.

## **praetorius, -a, -um**

Quos ut fortissimos eosdemque fidissimos Romanus quilibet imperator et in cohortem praetoriam conscribere et ad custodiam corporis adsciscere pro munimento ducebat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.260.

**praevaleo, -ere** (prevaleo)

Set ideo nullus desperare debet, quia ibi nullus  
prevalet morbus: PAUL. HUNG. *Penit.* p.210.

**praeventio, -onis *f.***

Quibus quidem literis visis et perlectis, sed autentico mortis praeventione carentibus munimento produxit coram nobis domina Katherina ... testes fidedignos: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.155.

## **praevideo, -ere**

Quomodo discreto Gregorio ... de aliquo beneficio seu prebenda non previdistis ob tuitu (*sic ed.*) nostre amicitie: *1423 Pozsonyi vizsály* p.253.

**praeuius, -a, -um** (preuius)

Ipsa homo ... agatis, quod illi boves equiualentes iobagioni ipsius Pauli restitui debeant, nec ulterius nobis preuia ratione impropere: *1460 Szapolyai oklt.* p.43.

## **praevius, -a, -um**

Tamen ... Demetrius ... Stephanum Amade  
contra se, prout de consuetudine sedis vestre iu-  
diciarie debuisset, in vestri presenciam ratione  
previa non citasset: 1512–1516 Horváth, *Pótlások*  
p.178.



## **prandeo, -ere**

Quotiens cum sit sanus aliis geiunantibus prandere voluit: PAUL. HUNG. *Penit.* p.199.

**prandium, -i *n.***

Quod ... vidisset hec diversis locis et temporibus, aliquando ante prandium: Erdélyi, itRegister p.116.

[Hegy] 2015.2.16.

**prandium, -i n.**

Ut a prima diei hora usque alterum prandium  
conventus orationes suas continuaret: *Vita Marg.*  
p.19.

**prandium, -i n.**

Post prandium operabatur manibus suis maxime  
opera, que ad ecclesie et sanctarum reliquiarum  
erant ornatum (*sc. S.Margareta*): *Vita Marg.* p.19.

**pratum, -i n.**

Possessionem nostram Thardos vocatam ... cum omnibus suis utilitatibus, ... pratis, pascuis, ... fratribus heremitis ... dedimus (sc. *Emericus de Zapolya*): 1476 Szapolyai oklt. p.143.

**pratūm, -ī n.**

Item feria quarta ... illis, qui frumenta colligunt  
in pratis, d<enarii> 40: 1521 Nógrádi, *Kanizsai*  
II,742 (p.52).

**pratum, -i n.**

Totales possessiones Thozeg et Paladych vocatas in comitatu Zolnok Exteriori existentes et habitas ... ipsi domino Georgio ... donate ... existunt, simul cum ... pratis: *1514 Szapolyai oklt.* p.357.

**pravitas, -atis f.**

Si se odio, gratia, favore vel aliqua alia quavis pravitate subtraxerint ad perhibendum in causa huiusmodi testimonium veritati (sc. testes): Erdélyi, *Register* p.34.

**praviter** *adv.*

Dominus Nicolaus ... per Iohannem archyepiscopum Strigoniensem praviter adversus et contra nostram serenitatem rebellantem ... miserabiliter captivatus ac diris carcerum et compedum aliorumque vinculorum ergastulis mancipatus et constrictus ... extitit: 1404/1406 TGy 1835/I p.78.



**pravus, -a, -um**

Quarto, contractus picis prave societatis: *Serm. Quinqu.* 4 (p.32).

**pravus, -a, -um**

Quod predicti fratres ... in ecclesia eorum habuissent rem et actum venereum cum pravis mulieribus: Erdélyi, *Register* p.147.

**preceptorie** *adv.*

Rursus et de novo allate sunt nobis littere regie maiestatis super prohibitione vinorum Zere-  
remiensium ad partes istas superiores defendo-  
rum nobis preceptorie loquentes: 1482 SZAPO-  
LYAI OKLT. p.158.

**preces, -cum f.**

Inducti namque precibus nobilium comitatum  
sub cultello Cassoviensi existentium misimus:  
1491 SZAPOLYAI OKLT. p.198.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**preces, -um** *f. (pro sing.abl. mendose: parte)*

Nicolaus archidiaconus ... exhibuit nobis quosdam tres litteras ... supplicans nostre maiestati exinde parte (*sic, recte: prece*) subiectiva, ut easdem ... ratificare ... dignaremur: 1355 *Veszpr.okl.* II p.268.

**preces, -um** *f.*

Pontifex cum sua sponte, tum mea etiam exhortatione et precibus permotus dat omnem operam pro pace vel saltem treugis inter principes Christianos faciendis: 1523 BROAD. *Epist.* p.83.

**preces, -um** *f.*

Summa ... vestrae serenitatis clementia et singularis in omnes liberalitas ac munificentia spem mihi dat vestram serenitatem preces etiam nihil a se merentis servitoris non aspernaturam: 1524  
BROD. *Epist.* p.94.

**preces, -um f.**

Quando, scilicet in campo, sagitatum et mortuum relictum Deus suscitavit ad hoc, ut ipsemet dicit, ut conveniret Dioclecianum de iniusta nece sanctorum, quorum precibus mundus melioratur: *Serm. Quinqu. 32* (p.80-81).



**preces-um f.**

Ad quam requiem eciam nos perducatur preci-  
bus apostoli quietator animarum, Iesus Christus:  
*Serm. Quinqu. 1 (p.26).*

**preciositas, -atis f.**

In vestimentis materialibus sequenda est necessitas et vitanda superfluitas, preciositas et fluxibilitas: *Serm. Quinqu.* 33 (p.81).

**preciositas, -atis f.**

Preciositas: *Serm. Qinqu.* 33 (p.83).

**preciositas, -atis f.**

Vitanda est enim preciositas: *Serm. Quinqu.* 33  
(p.82).

**precipue** *adv.*

Quatenus statim receptis presentibus alios novos exploratores vestros ad partes Turcorum et precipue ad eum locum, ... mittere: *1516 Szapolyai oklt.* p.378.

**precor, -ari**

Quisnam rei exitus sit futurus, ignoramus, Deum  
supplices precamur, út nostros non deserat: 1525  
Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

## **precor, -ari**

Alexio Thursoni ... libero domino Plesnensi et regiae maiestatis a secretis, mecaenati suo humanissimo Vaklentinus Ecchius felicitatem cum sui commendatione precatur: VALENT.ECK p.40.

**preiudicium, -ii n.**

Qui ... ad sepissimas requisitiones suas reddere recusassent recusarentque etiam impresentiarum in preiudicium eiusdem domine et dampnum manifestum: *1506 Szapolyai oklt.* p.278.



**prelum, -i n.**

Nam templi praesuli, domino Ioanni Turzo, Vratislaviensi episcopo, cordi est, omnes illius epistolas ... chalcographorum prelo traditum iri velle:  
*1516 TAUR. Epist. 2 (p.174).*

**premo, -ere, pressi, pressus**

In quibus *litteris* scribebatur ... regem Galliae undique ab Hispanis, Anglis, Germanis ... vehementissime premi: 1523 BROD. *Epist.* p.79.

## **prenarrare**

In quarum videlicet pretio prenarrata moneta  
'zolden' non acceptaretur: *1511 Szapolyai oklt.*  
p.324.

**prenso, -are**

Interdum gelidis cautes vel robora prensat / un-  
guibus: IAN.PANN. *Paneg.* 3,2,281-82.

**prerogativa, -ae f.**

Ut easdem ratas et gratas habendo ipsos et eorum successores in pretactis gratiis, indultis et libertatum prerogativis conservare deberemus (*sc. Emericus de Zapolya*): 1464 Szapolyai oklt. p.95.

## **prerogativus, -a, -um**

Quia prudentes ac circumspecti cives et cohabitatores civitatis nostre Kesmark ex prerogativa gratia predecessorum divorum regum vigore litterarum eorundem prerogativarum intra ambitum ... exempti et supportati extiterant: 1491 SZAPOLYAI OKLT. p.197.

**presbiter, -is** *m.*

In quo videlicet altari honorabilis Petrus presbiter  
... missas perpetuas suis sumptibus ordinare ...  
habet: *1510 Szapolyai oklt.* p.312.

**presbyter, -eri m.**

Georgius Dei et apostolice sedis gratia episcopus  
Quinqueecclesiensis ... presbyteris ... salutem  
in Domino: Erdélyi, *Register* p.13.



**presbyter, -i m.**

Item feria quinta ... dominus Thomas exposuerat ad presbiteros, qui celebraverunt eo tempore, ad vinum d<enarios] 5: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,659 (p.94).

**presbyter, -i m.**

Item feria secunda ... est iniciatum unum vas vini de Cepreck presbiteris 1: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,277 (p.29).

**presbyteriatus, -us m.**

Concedimus tibi auctoritatem ... clericos districtus Brassoviensis ... ad omnes etiam sacros et presbyteriatus ordines ... praesentandi: 1525  
Katona, *Hist.crit.* XIX p.501.

**presbyteriatus, -us m.**

concedimus tibi auctoritatem ... clericos districtus Brassoviensis ... ad omnes etiam sacros et presbyteriatus ordines ... praesentandi: 1525  
Katona, *Hist.crit.* XIX p.501.

**pressio, -onis f.**

Prefate partes ... dictas lites, diferencias et pressiones potius concordie quam iudicio inter se terminare deliberarunt: *1392 Mon.episc.Zagr. II p.335.*

## **pretio, -are**

Si non est cum dampno nostro, faciatis, vel, ut pretiantur pro ipsis lignis, vendatis eis quantum vultis, nisi ut solvant: *c.1500 Wenzel, Dóczyak p.55.*

## **pretiosus, -a, -um**

Mirabile dictu tanti sanguinis altitudo et adhuc teneravestes habitus sui, si de panno notabiliter pretioso supra alias coevas suasfuissent, erubescibat portare: *Vita Marg.* p.18.

## **pretiosus, -a, -um**

Attamen cum hominibus eiusdem albi existentibus sine pecuniis vivere, quam <amoucot'eros perpeti semihomines, longe pretiosius esse mihi persuasum habui: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).



**pretium, -i n.**

Item de Bogoslo pretium currus portati sunt  
fl<orenos> 2: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,25 (p.16).

**pretium, -i n.**

Ut vendatur (*sc. vinea*) et pretium ... exponatur ad fabricam domus eiusdem altaris: *c.1491 Veszpr.okl. I p.296.*

**pretium, -ii n.**

Operae pretium duximus utrumque regnum et locorum propinquitate et principum concordia licet antehac etiam unitum novis tamen foederibus magis magisque deinceps coniungere ac devincire: 1507 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.501.

**pretorium, -ii, n.** *'praetorium'* : *pars domus* (?)  
fenestram eiusdem domus seras pretorii confrin-  
gentes: 1413 *Zsigm.oklt.* IV,169.

**previus, -a, -um**

Quod optime memores sumus de querimoniis vestris previa ratione Cassovie regie maiestati factis:  
*1479 Szapolyai oklt. p.149.*

[Szebelédi] 2015.2.16.

**pridem** *adv.*

Cardinalem Volterranum ob suspicionem Siciliae ad defectionem sollicitatae et rerum novarum motus in custodiam . . . coniectum puto maiestatem vestram iam pridem intellexisse: 1523 BROD. *Epist.* p.72.

## **pridem**

Credo illum ipsum, qua iam pridem venerat, pulchram Viennam paulo nummatiores propediem repetiturum: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**primatias, -atis *f.***

Tamen postea factus fuisset presbyter idem frater  
Anthonius, et in possessione Papocz tandem pri-  
matias suas celebrasset: Erdélyi, itRegister p.120.



## **primicerius, -a, -um**

(*sc. Reprobi*) dum ... seipsos reputantes ceteris se preferre presumunt, quid aliud nisi antiqui hostis milicie se ad singulare certamen contra ecclesiam Dei primicerios et duces ostendunt: GEORG. HUNG. *Tract.* p.338-340.

## **primicerius, -a, -um**

Quem heri Pater vestivit virtute in carne, hodie instruit acie in agone, permittens primicerium belli sui Stephanum pergentem ad primum per densa pericula pilum: *Serm. Quinqu.* 16 (p.51).

**primipilus, -i m.**

In eiusdem civitatis obsidione ... memorati Stephanus et Georgius comites Posonienses, primipili seu ductores praetacti exercitus nostri ex-eundo speciales exmissiones bombardarum ac telorum et lapidum densitates non advertentes ... laudabilia exhibuerunt servitia: 1424 Katona, *Hist.crit.* XII p.428.

**primipilus, -i m.**

in eiusdem civitatis obsidione ... memorati Stephanus et Georgius comites Posonienses, primipili seu ductores praetacti exercitus nostri ex-eundo speciales exmissiones bombardarum ac telorum et lapidum densitates non advertentes ... laudabilia exhibuerunt servitia: 1424 Katona, *Hist.crit.* XII p.428.

**primipilus, -i m.**

In eiusdem civitatis obsidione et expugnatione memorati Stephanus et Georgius ... primipili seu ductores praetacti exercitus nostri ... laudabilia exhibuerunt servitia: 1430 Katona, *Hist.crit.* XII p.543.

**primitia, -atis f.**

Et dicit testis se scire, quod anno hinc vigesimo,  
quo scilicet ipse testis primitias suas celebrasset:  
Erdélyi, *Register* p.141.

**primitiae, -arum f.**

Hoc die r[everendissi]mus d[ominus] Ladislaus  
Gereb ep[iscop]us ... Albae Iuliae primitias ce-  
cinit: *1498 M.Sion* 1869 p.90.

**primitus** *adv.*

Ipsium negotium propter auctam annatam est nobis molestissimum, praesertim cum non ignoremus eas annatas fuisse primitus ad defensionem contra infideles concessas: 1523 BROD. *Epist.* p.78.



## **primitus**

Sum ei pro vestrae sanctitatis imperio de ecclesia  
in regno meo primitus vacatura omnino provisurus:  
*1524* Theiner, *Mon.Slav.* I p.585.

## **primogenitus, -a, -um**

Qui (*sc. Abraham*) propter excellentiam ipsius fidei, quam in Deum habuit, filio suo non tam caro quam raro, ymo primogenito et unigenito, non curavit parcere: GEORG. HUNG. *Tract.* p.398.

## **primogenitus, -a, -um**

Si ergo esset primogenitus ille solum, quem sequitur alius, tunc redemptio animalis non fieret post mensem: *Serm. Quinqu.* 13 (p.47).

## **primogenitus, -a, -um**

Matris virginitas sumitur ex eo: peperisse primogenitum: *Serm. Quinqu.* 13 (p.47).

## **primogenitus, -a, -um**

Humilitatem eorum manifestat ingressio in domum, in illud scilicet vile diversorium, ubi virgo peperit filium suum primogenitum, ubi infinita maiestas membris contraccioribus stabulabat in medio duorum animalium, secundum Augustinum (*sc. ubi?*): *Serm. Quinqu.* 25 (p.68).

**primogenitus, -i m.**

Colligationes ... cum iam dicto d[omino] Carolo, nunc Francorum rege, Ludovico primogenito, duce Aquitaniae et delphino Viennensi, Ioanne Turoniae comite et de Ponthiuro eiusdem d[omini] Caroli Francorum regis filiis ... confirmamus: 1414 Katona, *Hist.crit.* XII p.182.

## **primordialis, -e**

Tamen quarumlibet litterarum tenorem seu transcriptum per modum litigionarium in forma iudiciaria per quempiam acquisitum simulcum litteris super eodem transscriptive confectis eo modo, veluti ipsarum litterarum primordiales in forma cuiuslibet iudicii acceptare et observare ... possit: *1419 Zsigm.oklt.* VII,290.

**primores, -orum** *m.*

Scripsi ... ad Sanctitatem Vestram primores ac nobilitatem fere omnem huius regni Hungarię huc Budam ad dietam convenisse: 1518 Besse-nyei, *Lettere* p.11.



## **primus, -a, -um**

Habuerunt Veneti et ex Constantinopoli litteras  
... Turcum facere ingentes apparatus et terra, et  
mari, aggressurum omnino Hungariam primo  
quoque tempore: 1524 BROD. *Epist.* p.89.

## **primus, -a, -um**

Quamvis regia m<aestas> pro honore suo et pro honore caesareae m<aestatis> numquam mittere solita sit aliquem ad caesaream m<aestatem>, qui non sit de primis nobilibus regni suae m<aestatis>:  
*1496 Katona, Hist.crit. XVIII p.47.*

**primus, -a, -um**

A prima huius mensis sunt in conclavi ... cardinales: 1523 BROD. *Epist.* p.79.

## **primus, -a, -um**

Que (*sc. B.Margareta*) ... cum bonorum sororum secum remanentium societate de claustro Vesprimiensi translata est in clastrum, quod parentes eius in insula Danubii, que ex tunc dicta est Sancte Marie, nam antea insula leporum dicebatur, ... sub titulo Beate semper Virginis ... a primo fundamento edificaverunt: *Vita Marg.* p.18.

**primus, -a, -um**

Quae litterae adhuc expediri non potuerunt, mittentur per primam mittendi occasionem: 1525  
BROD. *Epist.* p.119.

**primus, -a, -um**

Ut a prima diei hora usque alterum prandium  
conventus orationes suas continuaret: *Vita Marg.*  
p.19.

**primus, -a, -um**

In isto primo meo in Urbem adventu fui adeo occupatus, ut *etc.*: 1525 BROD. *Epist.* p.112.

[Monostori] 2015.2.16.

## **primus, -a, -um**

Quamvis regia m[aiestas] pro honore suo et pro honore caesareae m[aiestatis] numquam mittere solita sit aliquem ad caesaream m[aiestatem], qui non sit de primis nobilibus regni suae m[aiestatis]:  
*1496 Katona, Hist.crit. XVIII p.47.*



## **primus, -a, -um**

Ita enim versiculos illos meos inverterant, ita adulteraverant, sic depravarant, ut eos, quamvis proprii fētus erant, prima fronte meos esse non cognoscerem: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**princeps, -ipis** *m. (f.?)*

Quamvis nos ac serenissima princeps, domina Elyzabeth, ... regina Hungarie, genitrix nostra preamanda ... instrumenta ... ad domum nostram tavnarnicalem reponi fecerimus: *1386 Süttő, Anjou II p.383.*

**princeps, -ipis** *m.*

Tuum erit, ne sollicitudini meę, ne principis humanissimi voto pio praesertim, ... ne tibi ipsi desis: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**princeps, -ipis** *m.*

Me nihil novitatis manet, nisi quod aulas sequendo principum in Suidę nostri sententiam illam inciderim: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

**princeps, -ipis m.**

Nunc intellexi in his proximis consecracionum diebus vestram sanctitatem creationem cardinalium habituram et in gratiam nonnullorum principum aliquot cardinales creaturam: 1525 Theiner, *Mon.Slav.* I p.589.

**princeps, -ipis m.**

Si Deus pacem aut indutias inter principes non posuerit, tota salutis communis ratio in hac una re posita esse videtur: 1524 BROD. *Epist.* p.89.

**princeps, -ipis** *m.*

Solet a principe confirmari, quod licite postulatur:  
*1355 Veszpr.okl. II p.268.*

[Szovák] 2015.2.16.

**princeps, -ipis m.**

Que (*sc. B.Margareta*) ... adeo evidenter et efficaciter cepit proficere, ut non solum sorores socie, ... sed etiam nobiliores matrone et domine principum coniuges in regno ... in eius moribus honestis edificabantur: *Vita Marg.* p.18.



**princeps, -ipis m.**

Que (*sc. B.Margareta*) ... adeo evidenter et efficaciter cepit proficere, ut non solum sorores socie, ... sed etiam nobiliores matrone et domine principum coniuges in regno ... in eius moribus honestis edificabantur: *Vita Marg.* p.18.

**princeps, -ipis** *m.f.*

Litteras serenissime principis, domine Elizabeth  
... regine ... suscepimus: 1385 Keglevich, *Gara-  
msztb.* p.215.

**princeps, -is m.**

Sic magnates et principes transgrediuntur legem, nec capiuntur aut puniuntur, homines autem minores per legem puniuntur: Szilády, *Temesvári* p.36.

**princeps, -is *m.***

Sic et principem, cui totum reipublicae corpus incumbit, irrequietum esse oportet semper: VALENT. ECK p.48.

**princeps, -is *m.***

Plato ... beatas fore civitates dixit, ubi vel sapientes imperitarent, vel principes ipsi iugem philosophiae operam impenderent: VALENT. ECK p.40.

## **principalis, -e**

Ex Lombardia habemus nova ... Gallos ex Italia iam discedere et in discessu huiusmodi per nostros unam partem eorum male mulcatam, ... interfectum quendam capitaneum, unum ex principalioribus, vulneratum etiam supremum capitaneum, quem almiralium vocant: 1524 BROD. *Epist.* p.98.

## **principalis, -e**

Ut in causa inter ipsum magistrum Nicolaum, ut actorem et principalem, necnon providum Petrum, magistrum hospitalis Beatae Elyzabeth in eadem civitate Coloswar constructi veluti in causam attractum mota ... iuramentum deponere minime admitterent (*sc. iudex et iurati*): 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.277.

## **principalis, -e**

Unde videntes illum principalem non adesse, ceperunt conquerere, quo evanuerit e medio: Szilády, *Temesvári* p.6.



## **principalis, -e**

Contra culpam originalem principalem datur baptismus, contra actualement mortalem penitencia, contra venialem extrema unccio: *Serm. Quinqu.* 29 (p.76).

## **principalitas**

(recte fors.: praesentialitas (?)): 1414 *Zsigm. oklt.*  
IV,1586.

**principaliter** *adv.*

In preinsertis litteris principaliter nominati sub penis et censuris in eisdem litteris remissoriis contentis requisitus ... procedere deberet: Erdélyi, *Register* p.37.

**principaliter** *adv.*

Mulier illa, que principalius eas ad id concitaverat, cum in domo cuiusdam convicanei simul cum aliis saltarent, rapta est a demone e medio illarum chorizontium quasi latenter: Szilády, *Temesvári* p.6.

**principatus, -us** *m.*

Considerantes ... Sigismundum ducem, fratrem nostrum germanum ... post obitum ... genitoris carissimi ... absque aliquo certo firmoque et conveniente principatu ac statu, ut regiam deceret sobolem, remansisse: 1501 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.305.

**principissa, -ae f.**

Capellanus noster specialis ... exhibuit nobis literas patentes excellentissime principisse ... regine Hungarie: 1343 Mészáros, *Visegrád* p.110.

**principium, -ii n.**

Hoc scio pontificem ... fuisse in ipso mei huc adventus principio huius meae profectionis cupidissimum: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

**pristinus, -a, -um**

Illud nomen perpetui comitatus, quo ipsa civitas tempore praefati condam ... genitoris nostri ... vocitata est, auferimus eandemque in pristi-

nam eius libertatem reddimus et reponimus: 1465  
Zimmermann, *Urkb.* VI p.215.

[Szovák] 2015.2.16.



**pristinus, -a, -um**

Anima sua liquefacta a pristina duricia, sicut cera:  
*Serm. Quinqu. 6* (p.35).

## **pristinus, -a, -um**

Ipsum ... et dictos fratres suos in sinum pristine nostre gratie et dilectionis ad instar aliorum fidelium nostrorum regnicolarum duxerimus aggregandos: 1386 Süttő, *Anjou* II p.383.

## **pristinus, -a, -um**

Quia nos proventus censuales iuridicos, qui ad proximum terminum medie XLme nobis de medio vestri debent provenire, generoso Iacobo Thele de Panyaw pro suis pristinis servitiis per vos dare deputavimus: *1469 Szapolyai oklt.* p.123.

**prius** *adv.*

Fiat ... provisio tam de episcopatu Plocensi, quam etiam Premisliensi, ita, ut prius scripsimus, sine ulla pensione ac onere et sine aliqua mora et difficultate: 1523 BROD. *Epist.* p.75.

**privatim** *adv.*

Feci ego de hoc et privatim, et publice, et apud pontificem, et apud cardinales omnem diligentiam: 1523 BROAD. *Epist.* p.84.

**privatio, -onis** *f.*

Eam ob rem pro uberiori veritatis certitudine  
... ad cognoscendum de causis pivationis ... me  
converti: Erdélyi, *Register* p.4.

**privatio, -onis** *f.*

Prodigia vero dicuntur maiora miracula, ut est suscitacio mortuorum, quod est omnino ab extrinseco, quia a privacione est adhibitum: *Serm. Quinqu.* 16 (p.52).

**privatio, -onis f.**

Et hoc notatur, cum dicit (2 Cor. 4,6): De tenebris, id est post tenebras, id est post nichil, ut tenebra ponatur pro pura privacione, ut nichil ante fuerit, et prepositio dicat ordinem, non materiam: *Serm. Quinqu. 37* (p.87).



## **privatus, -a, -um**

Nichil attemptabimus, ... per quod dictum matrimonium impediri vel per fraudem aliquam publicam vel privatam consumationem ipsius matrimonii valeat irritari: 1385 Süttő, *Anjou* II p.246.

**privatus, -a, -um**

Philomathes: Quam curam ais? Etnearches: Privatam et publicam: VALENT. ECK p.48.

[Szovák] 2015.2.16.

## **privignus, -a, -um**

Lego ... residuum ... dualitatis ... dictorum  
clinodiorum ... et domorum uxori meae ... et  
Paulo Dik dicto, filio meo privigno ... in pios  
usus: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.149.

## **privilegialis, -e**

Presentes nostras litteras privilegiales sigillo nostro, quo utimur, communitas superinde duximus concedendas, presentibus perlectis exhibenti testitutis: *1466 Szapolyai oklt.* p.115.

## **privilegiális, -e**

Dignum est et calculo congruit rationis, ut series rei geste scripto privilegiáli in testimonio litterarum fulciatur: 1366 Keglevich, *Garamsztb.* p.143.

**privilegialitatus,- a, -um** *aj.*

Expletis predictis sedecim annis privilegialitate liberatis in amministrazione dationum ... per eosdem populos solvendorumdots per omnia illibate permanentibus (?): *1414 Zsigm. oklt. IV,2385.*

## **privilegio, -are**

Quod nos nunquam iura vestra privilegiata ac consuetudines vestras hactenus approbatas, sicuti scribitis, infringere ... anhelavimus: 1443 Zimmermann, *Urkb.* V p.122.

## **privilegio, -are**

Isti pueri privilegiati fuerunt dono nature et dono  
gracie: *Serm. Quinqu.* 19 (p.57).



**privilegium, -ii n.**

Beatus Thomas duplici gaudet privilegio sicut vere martir et pontifex, scilicet prelacionis in ecclesiastica dignitate, et passionis pro ecclesiastica libertate, quia misit ad illos, scilicet Deus, servum, id est humilem prelatum, ... et illum in capite wlneraverunt, id est capite mactato ceciderunt: *Serm. Quinqu. 21* (p.61).

**privilegium, -ii n.**

In negotiis et privilegiis vestris, prout nobis exposuistis, ... ad expediendum non videtur: *1516 Szapolyai oklt.* p.382.

**privium** vide Carnisprivium

Item feria tertia in Carnis privio est iniciatum  
unum vas vini: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,266  
(p.29).

## **privo, -are**

Quamvis nos ... pridem contra ... Petrum Zudar banum animum habentes motivum eundem nostris vinculis mancipando ... fratres ipsius uterinos iuribus ipsorum possessionariis privari ... fecerimus: 1386 Süttő, *Anjou* II p.383.

**privo, -are**

Qui si amoveri hinc deberet, magno omnino praesidio res haec ecclesiastica privaretur: 1525 BROD.  
*Epist.* p.109.

**pro** *praep. cum abl.*

Utinam pro salute totius Christianitatis boni aliquid concludi posset: 1523 BROD. *Epist.* p.72.

**pro** *praep. cum abl.*

Fui ego hic per annum integrum et amplius dies et noctes sollicitando aliquod subsidium pro nepote maiestatis vestrae: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**pro** *praep. cum abl.*

Predicta particula terre ... fuisset terra pro se et sequestrata a dictis duabus possessionibus et per donationem comitis nempe ambe possessiones ... ipsa particula terre use fuissent: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.168.



**pro** *praep. cum abl.*

Quae nova venerunt ex Constantinopoli et habentur pro certissimis: 1524 BROD. *Epist.* p.97.

**pro** *praep. cum abl.*

Affirmatur ex omnibus partibus Turcam pro hoc  
anno nos magna vi non agressurum: 1525 BROD.  
*Epist.* p.111.

**pro** *praep. cum abl.*

Quae si vera sunt, prout mihi pro verissimis sunt  
relata: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

**pro praep. miatt, okán (?)**.

Quas (*sc. possessiones*) Ladislaus dux Opolie a rege Lodowici (*sic*) pro defectu seminis pro se impetrasset: XV Keglevich, *Garamsztb.* p.140.

**probatio, -onis f.**

Domini prefati ... diffinierunt et pronuntiarunt ipsum dominum Iohannem Zekel defecisse in probationibus: *1521 Reg.Strig.* p.144.

**probatio, -onis f.**

Qui ... universos vicinos et commetaneos ...  
propter maiorem veritatis probationem in villam  
Ozlyan vocatam ... convocari fecissent: 1369  
Keglevich, *Garamsztb.* p.168.

**probator, -oris m.**

Ad quas difficultates removendas communi eorum consilio ... unum probatorem singularem et privatum, quem inter se ad hoc vellent eligere magis idoneum, habere constituissent: 1504 Wenzel, *Dóczyak* p.51.

## **probatu**s**, -a, -um**

Mihi in mentem venit te Augustino meo, regis Vladis(lai), sanctę utriusque memorię, a secretis in utraque fortuna probatissimo usum fuisse quam familiarissime: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).



**probitas, -atis f.**

Pro eo praesentibus vestras rogamus probitates  
affectuose, quatenus *etc.*: 1469 Zimmermann, *Ur-*  
*kb.* VII p.371.

## **probo, -are**

Miracula ... pauca de plurimis eius meritis facta diligenter verissimorum testium assertione probata superaddemus: *Vita Marg.* p.17.

**probo, -are**

Quod post pauca rei probavit eventus: *Vita Marg.*  
p.17.

**probus, -a, -um**

Testis interrogatus respondit se audivisse publicam famam de premissis, prout et secundum quod deposuit, a bonis et probis viris: Erdélyi, *Register* p.63.

## **procedo, -ere**

Item exitus procedit introitum fl[orenis] 3: 1521  
Nógrádi, *Kanizsai* V,69 (p.149).

## **procedo, -ere**

*Filii Michaelis* cum suis complicitibus quendam famulum suum ... in via publica procedentem more latronum irruendo spoliassent et diris verberum plagiis (*sic*) sauciendo (*sic*) semivivum reliquissent: 1385 Süttő, *Anjou* II p.265.

## **procedo, -ere**

Franciscus ... episcopus ... ad erectionem domus cum habitationibus debitis deputandis capellanis et ad sacros ordines procedentibus ... legavit florenos quingentos: 1524 Bunyitay, Gyulafehérvár p.27; *Dl 89 199*.

## **procedo, -ere**

Adeo, ut vetus horum regnorum amicitia et benevolentia bonaeque vicinitatis observantia iam in dissimilitudinem animorum, iam in simultates et aperta interdum odia non sine iactura totius reipublicae Christianae et horum regnorum evidenti detrimento processerant: 1498 Kato, *Hist.crit.* XVIII p.174.



## **procedo, -ere**

In villa Walko a quadam fovea circa ortum Laurencii ... existenti infra directe ad plateam per longitudinem ipsius ville procedentem ... ordo sessionis ipsius ville meridionalis usque ad domum seu curiam Petri ... iobagiones locandi habeant facultatem (*sic*): 1341 Diaconescu, *Documente* p.32; *Dl* 30640..

## **procedo, -ere**

Quod eius consilio aut auxilio procedere debetis in his: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.103.

## **procedo, -ere**

Coram quibus factis revisionibus ac repplicationibus datisque articulis de novo hincindeibidem per eosdem usque ad litis contestationem inclusive processum: *1425 Pozsonyi vizsály* p.257.

## **procedo, -ere**

adeo, ut vetus horum regnorum amicitia et benevolentia bonaque vicinitatis observantia iam in dissimilitudinem animorum, iam in simultates et aperta interdum odia non sine iactura totius reip[ublicae] Christianae et horum regnorum evidenti detrimento processerant: 1498 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.174.

## **procedo, -ere**

Franciscus ... episcopus ... ad erectionem domus cum habitationibus debitis deputandis capellanis et ad sacros ordines procedentibus ... legavit florenos quingentos: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.27; DL 89199.

**procella, -ae f.**

erat tamen pietatis vestrae et maiorum vestrorum gloria ac laude dignum homines Christianos eisdem vobiscum sacris initiatos ab hac tam detestabili aerumnosaque servitute vindicare et Petri naviculam per tot aestus fluctuantem ex mediis procellis eruere: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.253.

**procella, -ae f.**

Erat tamen pietatis vestrae et maiorum vestrorum gloria ac laude dignum homines Christianos eisdem vobiscum sacris initiatos ab hac tam detestabili aerumnosaque servitute vindicare et Petri naviculam per tot aestus fluctuantem ex mediis procellis eruere: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.253.

**proceres, -um** *m.*

Prelatorum et baronum universitastisque procerum et nobilium huius regni Hungarie Bude habita pro arduis eiusdem regni negotiis tractandis necessario occupamur: Erdélyi, *Register* p.32.



**proceres, -um** *m.*

Ut tibi curae istic sint, ut solebant, nostra subditorumque et procerum nostrorum negotia: 1525  
BROD. *Epist.* p.107.

**procerus, -a, -um**

Qualis Phlegraeae gelidis in rupibus Ossae / surgit  
procero sublimis stipite pinus: IAN. PANN. *Paneg.*  
3,1,271-72.

**processus, -us** *m.*

Ut ... statuti huius robur processu temporis per aliquam partem non possit infirmari: 1248/XVIII  
*CD Hung.* IV/2 p.24.

**procidentia, -ae f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... abest, ut ... pro-  
cidentia: BONF. *Symp.* III,446.

**procinctus, -us *m.***

Ego videor iam esse in procinctu: 1524 BROD.  
*Epist.* p.102.

**procinctus, -us** *m.*

Iam eram in procinctu ad vestram sanctitatem  
eundi: 1524 BROD. *Epist.* p.103.

**procinctus, -us** *m.*

Partium inferiorum regni Hungarie capitaneo generali sumus in protinctu: *1496 Szapolyai oklt.*  
p.226.

[Szebelédi] 2015.2.16.

## **proclamare**

Quatenus dum et quando in civitate nostra maior  
aderit populi multitudo, totiens, quotiens videbi-  
tur, publice et manifeste faciatis proclamari: 1472  
*Szapolyai oklt.* p.132.



**proclamator, -is m.**

Possessio alias hominum conditionalium, qui proclamatores castri appellabantur, prefuisse asseritur: *1414 Zsigm. oklt. IV,1879.*

**proclamator, -oris m.**

Iohannes quidem ea ratione (*sc. protestavit*), quod ipse castri proclamator existeret et nobilis ipsius possessionis Korosan foret ex antiquo legittimatus: 1365 Keglevich, *Garamsztb.* p.141.

## **proclivis, -e**

Qua in re perficienda adiuti sumus egregie opera ... domini Strigoniensis ad omnia mandata vestrae sanctitatis implenda et ad omnia, quae ad splendorem ac decus vestrae sanctitatis pertinere videntur, facienda proclivissimi: 1524 BROD. *Epist.* p.103.

**procrastinatio, -onis f.**

Quatenus prescripta pretia antedictorum vinorum vobis venditorum sine aliqua procrastinatione ad manus honorabilis magistri Benedicti de Gewrgew, ... assignare debeatis: *1496 Szapolyai oklt.* p.234.

**procrastinatio, -onis f.**

Ut nos, ... ipsa castra ... sine omni ulteriori mora, difficultate, procrastinatione, excusatione ... reddi et restitui facere deberemus: *1515 Szapolyai oklt.* p.369.

**procrastinatio, -onis f.**

Et dum per alias literas nostras requisiti fueritis,  
mox et sine ulteriori procrastinatione ad nos, ...  
mittere debeatis: *1511 Szapolyai oklt.* p.325.

## **procreo, -are**

Extunc prefatus magister Petrus et heredes eiusdem procreandi prefatos heredes et superstites ... Iohannis in directis duabus partibus ... castri ... relinquere deberent: 1387 Keglevich, *Garamsztb.* p.227.

**procul** *adv.*

Alios quoscumque consumptionem eiusdem matrimonii impedire volentes nullatenus permittemus omnis doli et fraudis materia proculmotā (*sic, recte: procul motā*): 1385 Süttő, *Anjou* II p.246.



**procul** *adv.*

(*B.Margareta*) noctes quoque pluries oratione pro magna parte ducebat insomnes, una vel duabus sororibus ipsam cum gaudio sociantibus, licet procul humili quamlibet cum rogatu postulans observare: *Vita Marg.* p.19.

**procul** (proculdubio)

Neque dubitet vestra sanctitas se in numerum fratrum suorum eum virum ... addere, qui sit decori et ornamento Sacro Collegio proculdubio futurus: 1525 Theiner, *Mon.Slav.* I p.589.

**procuratio, -onis f.**

Cum ipse ... officia, procurationes et negotia nostra in diversis ecclesiis gessisset et rexisset et successive nobis rationem dedisset: 1387 Süttő, *Anjou* II p.441.

**procuratio, -onis f.**

Quartas cultelli minoris Germend dedimus magistro Anthonio de Milethincz propter procuraciones causarum nostrarum in Strigonio et alias:  
*1495 Lib.divis.Vespr. p.5.*

**procuratio, -onis f.**

Prudentes et circumspecti Ioannes ... et Paullus ... in eorum ac universorum civium, nec non montanisatrum et urburariorum in dictis civitatibus nostris ... commorantium ... cum sufficienti procurationis mandato nostrae maiestatis ... in praesentiam exhibuerunt ... duas litteras: 1507 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.519.

**procuratio, -onis f.**

Item ad officium procurationis in causis et negotiis capituli electus est magister Franciscus: *1511 Reg.Strig.* p.91.

**procurator, -oris m.**

Quod idem magister Tuteus quendam fundum ... in civitate Wysegradiensi in platea seu contrata Hungaricali existentem, inter curias seu vicinitatem curiarum magistri Iohannis ... procuratoris fenorum domini regis ... et Thenkel ballistarii domini regis adiacentem ... ipsi Georgio tympanatori ... dedisset: 1343 Mészáros, *Visegrád* p.116.

**procurator, -oris *m.***

Quod Deseu ... et Benedictus ... porcionarias possessiones (*sic*) ipsorum ... magistro Pethew, prothonotario magnifici viri, Thome voyvade Transsilvani et comitis de Zonuk, necnon procuratori et iudicis (*sic*) magisterii tavarnicatus domini regis ... nomine tutorio et conservatorio ... collocare intendunt: 1341 *Dl* 49246; cf. *Erd.okmt.* III,64.



**procurator, -oris** *m.*

Item feria secunda post festum Gothardi dedi procuratori fl<orenos> 1,5: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,441 (p.38).

**procurator, -oris** *m.*

Quomodo clavigeri et procuratores trium curiarum civitatum nostrarum, videlicet Chasmen[is] et de Dombro et de Ivanich damnosa cupiditate inducti ... unum currum lignorum indebite ... extorquere incepissent: 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.255.

**procurator, -oris** *m.*

Quomodo discreto Gregorio, nostro procuratore domus nostre ... de aliquo beneficio ... non previdistis: *1423 Pozsonyi vizsály* p.253.

**procurator, -oris m.**

Si quid aliud orator vel procuratores nostri agendum putabunt, agere non graveris: 1525 BROD.  
*Epist.* p.116.

## **procuratorius, -a, -um**

Quotiens fuerit opus et sibi videbitur expedire presenti procuratorio, nihilominus in suo robore duraturo et generaliter omnia alia et singula faciendum: Erdélyi, *Register* p.43.

**procuro, -are**

Quatinus si ambo non, saltem unus ex vobis ad nos visitare procuretis: *a.1400 Veszpr.okl. II p.364.*

## **procuro, -are**

Quin potius omni conatu et totis viribus aget, quo non solum ex hoc regno Hungariae, ... sed ex omni Christianitate maiestati d<omini> regis Poloniae auxilium procurare possit: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.43.

**procuro, -are** 'cum aliquo p.'

Dorothee Cheh lego unum florenum auri, ex quo  
procuravit mecum in infirmitatibus meis: 1477  
Neumann, *Korlátköviek* p.181.



## **procuro, -are**

quin potius omni conatu et totis viribus aget, quo non solum ex hoc regno Hungariae, ... sed ex omni Christianitate maiestati d[omini] regis Poloniae auxilium procurare possit: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.43.

## **prodeo, -ire**

Qui ad hoc peragendum negocium missus bona spe in vestrum conspectum prodierim: 1521 Kato-  
na, *Hist.crit.* XIX p.307.

## **prodeo, -ire**

Eisdem autem filiabus prodeunte tempore et Deo glorioso ita forsitan volente in utroque sexu deficientibus: *1519 SzSzB Szle 2006 p.350.*

## **prodeo, -ire**

Eisdem autem filiabus prodeunte tempore et Deo glorioso ita forsitan volente in utroque sexu deficientibus ... : *1519 SzSzB Szle* 2006 p.350.

## **prodeo, -ire**

qui ad hoc peragendum negocium missus bona spe in vestrum conspectum prodierim: 1521 Kato-  
na, *Hist.crit.* XIX p.307.

**prodigalitas, -atis f.**

Prodigalitas est danda et non danda effundere:  
PAUL.HUNG. *Penit.* p.206.

**prodigalitas, -atis f.**

Incircumspectio animi est vitium quo quis minus caute discernit contrarietatem vitiorum ut si quis nitet ad avaritiam incidunt in prodigalitem:  
PAUL.HUNG. *Penit.* p.204.

**prodigium, -ii n.**

Prodigia vero dicuntur maiora miracula, ut est suscitatio mortuorum, quod est omnino ab extrinseco, quia a privacione est adhibitum: *Serm. Quinqu.* 16 (p.52).



## **produco, -ere**

Deus id, quod vult facere, ab eterno voluit illud, sed non nisi in tempore secundum suam sapientiam preordinato producere in effectum, et tunc producit: Szilády, *Temesvári* p.5.

## **productus, -a, -um**

Series articulorum per magistrum Martinum de Wyhel productorum: Erdélyi, *Register* p.26.

## **productus**

(Tempore reambulationis actor) in rerum natura et in lucem productus fuisset: *1414 Zsigm. oklt.* IV,2686.

## **proelior, -ari**

(*sc. Sacerdotes Turcorum*) scribunt ... litteras hiis, qui preliantur, ut gladius vel sagitta non possit eis nocere: GEORG. HUNG. *Tract.* p.352.

## **profano, -are**

De negotio vero Prutenico repetivit illa eadem, quae superioribus diebus dixerat, ... multa tamen questus de magistro, qui sede apostolica inconsulta religionem a sola sede apostolica dependentem hoc pacto profanavisset: 1525 BROD. *Epist.* p.119.

## **profano, -are**

Divina profanantur et ad profanandum clerus ob-  
ediens compellitur: *1417 CD Hung. X/5 p.761.*

**profectio, -onis f.**

Consilium ... meae ad caesarem profectionis  
fuit mutatum, cuius mutationis vix scirem ego ip-  
se dicere certam causam: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

**profectio, -onis f.**

In quibus *litteris* scribit mihi vestra maiestas ...  
de mea in Hispanias profectio: 1525 BROD.  
*Epist.* p.117.



**profecto** *adv.*

Qua in re ... conficienda enituit profecto illa diligens et accurata opera ... protectoris, ut addi nihil potuerit: 1523 BROD. *Epist.* p.72.

**profectus, -us m.**

Quia ruina (*sic ed., recte: ruinae*) domorum ... magis ad profectum et utilitatem reipublicae, quam si eorum salvae remansissent, (desideratur forsitan: essent): 1434 Wagner, *Anal.* III p.215.

## **profero, -ferre, -tuli, -latus**

Et hec verba ipsa domina Anna in presencia bonarum dominarum et matronarum ac virginum ibidem existencium protulisset eciam in ultima sua voluntate: *1519 Arch.Majténi* p.503.

## **profero, -ferre, -tuli, -latus**

Nisi quod per has moras exitium nostrum longius proferri ac prorogari videtur: 1525 BROD. *Epist.* p.111.

## **profero, -ferre**

Quomodo Petrus Greb, iuratus consul et confrater dicti consulatus Brassoviensis compos per omnia rationis, sed viribus dietim decrescens coram ipsis in consistorio pariter congregatis assurgens haec verba protulisset: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.155.

**professio, -onis** *f.* (profexio)

Item interroget de sociis cum quibus conversatur de terra unde oriundus est, ubi nutritus, ubi studuit, ubi moram alias fecit, cuius ordinis profexionis: PAUL. HUNG. *Penit.* p.195.

**professio, -onis f.**

Que (*sc. B.Margareta*) ... translata est in claustrum. ... Ubi cum factā professione cum suis sororibus in manibus ... magistri ordinis esset inclusa: *Vita Marg.* p.18.

**professor, -oris m.**

Eximio atque praestanti viro, domino Ioachimo Vadiano, Musis atque Apollini sacro poetae, liberalium artium et ... philosophię professori doctissimo, amico praecharo, Viennae in collegio Caesareo vitam viventi: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.130).



**profestum, -i n.**

Concessit maiestas regia in profesto Cathedrae  
Sancti Petri Apostoli 1525: 1525 BROAD. *Epist.*  
p.106.

## **profestus, -a, -um**

Dicit etiam testis se scire, quod cum semel fratres illi ordinis Sancti Augustini in quodam profesto Epiphaniarum Domini: Erdélyi, *Register* p.95.

## **proficio, -ere**

Que (*sc. B.Margareta*) ... post ... aliquatulum etate proficiens tunicas duriores et interdum cinturas cilicinas super nudo paulatim ferre consuevit: *Vita Marg.* p.18.

## **proficio, -ere**

Que (*sc. B.Margareta*) ... adeo evidenter et efficaciter cepit proficere, ut non solum sorores socie, ... sed etiam nobiliores matrone et domine principum coniuges in regno ... in eius moribus honestis edificabantur: *Vita Marg.* p.18.

## **proficio, -ere**

Que (*sc. matronae*) eam multo affectu de diversis regni partibus pariter venientes videre poterant:  
*Vita Marg.* p.18.

## **proficio, -ere**

Novi et ego quendam studentem in universitate Cracoviensi, qui cum non bene posset profecere in studio, Beatam Catarinam invocavit, et tandem mirabiliter profecit: Szilády, *Temesvári* p.4.

**proficiscor, -ficisci, -fectus sum**

Iudicaret me ... illuc proficisci: 1525 BROD. *Epist.*  
p.110.

**proficiscor, -ficisci, -fectus sum**

Non proficiscentur haec, nisi ex sincero et tam gloriae maiestatis vestrae, quam salutis regni Hungariae cupido et studioso animo: 1523 BROD.  
*Epist.* p.73.



**proficiscor, -i, -fectus sum**

Quod nos post dominum nostrum regem hiis die-  
bus profecturi sumus Zimmermann, *Urkb.* VI p.

**proficiscor, -i, -fectus sum** (proficiscentes)

*1497 Dreska 809; III;*

## **proficiscor, -i**

Si in Turciam pro bono reip[ublicae] Christianae inter nos reges decerneretur generalis invasio, tunc ... cum quanto ... exercitu ... Poloniae rex ... proficisci et iter facere debebit, id communi consilio atque deliberatione discernatur: 1507 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.508.

## **proficius, -a, -um**

Status autem perfeccionis est arduus in difficultatibus, rarus in observatoribus, proficius in remuneratoribus: *Serm. Quinqu.* 30 (p.77).

**profiteor, -eri, -fessus sum**

Hoc unum semper et palam profitebor: 1525  
BROD. *Epist.* p.110.

## **profiteor, -eri**

Ut ipsi ... omnem rei veritatem ... coram eodem custode suo ordine conscencie (sic, recte forsan: consciencie) profiteri et attestari teneantur: 1497 Horváth, *Pótlások* p.176.

**profor, -ari**

Scit Mauro sermone loqui, scit voce profari / Germana: IAN.PANN: *Paneg.* 3,1,297—98.

[Szovák] 2015.2.16.

## **profugus, -a, -um**

Qui ex hac tam insignis tamque accepti adolescentis seductione tantum in se odii invidiaeque ab ipsa quoque inferiori plebe conflarunt, ut sit apprime verendum, ne ... extorres ac profugi ad unum omnes a regni limitibus procul abire cogantur: 1515 Theiner, *Mon.Slav.* I p.561.



**profunditas, -atis f.**

Huius sanctissime scientie (*sc. christianitatis*) sublimitatem, profunditatem, longitudinem et latitudinem intellectus non capit humanus nec lingua exprimit: GEORG. HUNG. *Tract.* p.402.

**profundum, -i n.**

Aliis ... natando evadentibus ipse solus in profundum descendit eo, quod natare ignoravit: Szilády, *Temesvári* p.7.

**profusio, -onis f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... profusio ... abest:  
BONF. *Symp.* III,445.

**progener, -i m.**

Nec ambigo m<aiestatem> vestram eiusdem, ut filii ac progeneri carissimi precibus id concessurum: 1518 Katona, *Hist.crit.* XIX p.135.

**progener, -i m.**

Nec ambigo m<aiestatem> vestram eiusdem, ut filii ac progeneri carissimi precibus id concessurum: 1518 Katona, *Hist.crit.* XIX p.135.

**progenitus, -a, -um**

Domina Hedvigi duce Tscheschinensi progenita  
memoriae commendamus: *1512 Szapolyai oklt.*  
p.329.

**progenitus, -i m.**

Quando quidem vos more progenitorum vestrorum ... fideles perseverare velletis: *1506 Szapolyai oklt. p285.*

## **prognosco, -ere**

Si adhuc velis scire, quantum se astra extendant ad prognoscendum futuros eventus, dico *etc.*: Szilády, *Temesvári* p.33.



## **prognostico, -are**

Siquis prognosticat futura ex astris: Szilády, *Temesvári* p.33.

**progressio, -onis f.**

In progressu virtutis in actum determinatur terminus progressionis "a quo", et hec est Galilea: *Serm. Quinqu. 28* (p.73).

**progressus, -us m.**

Dignetur (*sc. pontifex maximus*) ... me ... de  
progressu rerum assidue facere certiolem: 1525  
Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

**progressus, -us** *m.*

In progressu virtutis in actum determinatur terminus progressionis "a quo", et hec est Galilea: *Serm. Qinqu. 28* (p.73).

**prohibeo, -ere** (prohybeo)

Ipse ... quoslibet alios ab huiusmodi possessionum ... occupatione ... per modum protestationis prohybuit contradicendo et contradixit prohybendo: 1340 Diaconescu, *Documente* p.30.

## **prohibeo, -ere**

Tunc ... Dominicus ... a statutione dicte possessionis ... ipsi Iacobo ... facienda prohibuisset: 1379 Keglevich, *Garamsztb.* p.202.

## **prohibeo, -ere**

Homines ... ulterius eradicari et extirpari *irta-  
ni* prohybuerunt inhybendo: 1414 *Zsigm. oklt.*  
IV,2271.

**prohibitio, -nis f.**

Contra clamorosam prohibitionem hominum ipsorum (iobagio transmigratum fuisset): *1414 Zsigm. oklt. IV,2634.*



**prohibitor, -oris m.**

Inter alios prohibitores Mychael ... possessionarie stationi ... contradixisset: *1380 Süttő, Gestta* 7 (2007:1) p.27.

**prohibitorius, -a, -um** (prohybitorius)

Pro magistro Mychaeli ... contra magistrum  
Stephanum ... protestatoria et prohybitoria: 1340  
Diaconescu, *Documente* p.30.

**prohibitorius, -a, -um** (prohibitiorius)

Domino nostro regi pro Andrea dicto Forgach ...  
super terra arabili, ... item prohibitorie contra  
... Iohannem et Nicolaum: 1369 Keglevich, *Ga-  
ramsztb.* p.165.

## **prohibitorius, -a, -um**

Pro Paulo et Ladislao ... contra nobiles de Kozmal modo prohibitorio: 1386 Keglevich, *Garamsztb.* p.222.

## **proicio, -ere**

Post prandium operabatur manibus suis maxime opera, que ad ecclesie et sanctarum reliquiarum erant ornatum, silentio tamen non proiecto (sc. *S.Margareta*): *Vita Marg.* p.19.

## **proicio, -ere**

Item qui lapides proiecerunt pro cemento, dedi eis fl[orenum] 1: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,9 (p.114).

## **proiicio, -ere**

Item ad Sithke dedi illi, qui lapides proiecit, fl[orens]  
4,5: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,203 (p.70).

**proinde** *adv.*

Et proinde magis congrueret illas *annatas* nobis  
contribui, quam eiusmodi auctionibus nos et re-  
gna nostra expilari: 1523 BROD. *Epist.* p.78.



**proinde** *adv.*

Proindeque et commendavimus iam saepe ipsi ... nepoti nostro virtutem et merita tua et commendare in dies magis non desistemus: 1525  
BROD. *Epist.* p.107.

## **proinde**

Proinde cum tu sis necessitudine veteri mihi  
iunctus: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**prolabor, -i, -lapsus**

Mitramur Venetos ipsos ... in eam cupiditatem esse prolapsos, ut per ambitionem Italiae dominio inhiantes cum Deo et B[eato] Petro ... bellum gerere velint: 1504 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.399.

## **prolabor, -labi, -lapsus sum**

Quibus nisi prudenter populi rector obviaverit,  
res publica ad extremam calamitatem prolabitur  
illico: VALENT. ECK p.50.

**prolatio, -onis f.**

Quia supramemoratarum fassionum testium pro-  
ductorum publicationi et discussioni ... transla-  
tionis et exclusionis prolationi ... die et loco su-  
prascriptis fierent et agerentur: Erdélyi, *Register*  
p.22.

## **prolato, -are**

Si inutili cunctatione prolatando tempus teritur:  
*1521* Katona, *Hist.crit.* XIX p.306.

**prolato, -are**

si inutili cunctatione prolatando tempus teritur:  
*1521 Katona, Hist.crit. XIX p.306.*

[Szovák] 2015.2.16.

**proles, -is f.**

Unde nota diligenter, quod quinque modis cognoscit quis uxorem suam aut causa prolis procreande et tunc nullum peccatum est: PAUL. HUNG. *Penit.* p.198.



**proles, -is f.**

Ex eo, quod idem Ladislaus de Marczaly fratrum proliumque ac aliorum parentum orbatus et destitutus solacio existat: *1474 SzSzB Szle 2006 p.342.*

**proles, -is f.**

Ad puritatem pertinet integritas matris, ad humilitatem paupertas prolis, ad dignitatem laudacio milicie celestis: *Serm. Quinqu.* 13 (p.47).

**proles, -is f.**

ex eo, quod idem Ladislaus de Marczaly fratrum proliumque ac aliorum parentum orbatus et destitutus solacio existat: *1474 SzSzB Szle* 2006 p.342.

**proles, -is f.**

Emericus ... et Stephanus ... onera et quelibet gravamina universorum (*sic*) prolium cunctorumque fratrum, proximorum et affinium suorum ac ad eosdem pertinencium super se ipsos assumendo sponte et libere sunt confessi in hunc modum, quod *etc.*: 1526 Arch.Majténi p.559.

**proles, -is f.**

Natam vero et, ut decet prolem regiam, sub magna diligentia enutritam in ipsa sua infantia ... servitio ... Iesu Christi ... perpetuo in similitudinem Samuelis oblatam manciparunt: *Vita Marg.* p.17.

## **prolixus, -a, -um**

Terminus exolutionis ipsarum pecuniarum respectu mandatorum suae serenitatis nimis prolixus fore videtur: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.151.

## **prolixus, -a, -um**

Hunc sermonem feci prolixiorem ad predicandum in festo occurrenti: Szilády, *Temesvári* p.33.

**prolocutor, -oris** *m.*

Magister Nicolaus ... prolocutorem secundum iustitiam ipsius civitatis sibi dari a iudice postulavit, qui sibi fuit datus, ubi idem prolocutor in persona ipsius magistri Nicolai ... conquestus fuit eo modo, ... quod *etc.*: 1382 CD Hung. X/8 p.113.



**prolocutor, -oris** *m.*

Magister Nicolaus ... prolocutorem secundum iustitiam ipsius civitatis sibi dari a iudice postulavit, qui sibi fuit datus, ubi idem prolocutor in persona ipsius magistri Nicolai ... conquestus fuit eo modo, ... quod etc: *1382 CD Hung. X/8 p.113.*

## **prolongare**

Ne tempus ulterius prolongemus: *1461 Szapolyai*  
*oklt. p.47.*

## **prolongare**

Concedimus, ut eorum prefatam vineam ... dampno prolongare, augmentare et reformare possint:  
*1507 Szapolyai oklt. p.291.*

**promereor, -eri, -meritus sum**

Quod ego non aliter conabor apud vestram ...  
dominationem promereri, quam si in me ipsum  
esset collatum: 1525 BROD. *Epist.* p.113.

**promereor, -eri, -meritus sum**

Nescio, ... quibus obsequiis promereri apud eam  
possim eam gratiam, quam ... declaravit: 1525  
BROD. *Epist.* p.110.

**promissio, -onis f.**

Non video, quid adhuc sim consecutus, nisi nudas spes et promissiones, factum autem penitus nullum: 1523 BROD. *Epist.* p.74.

**promissio, -onis** *f.*

Ut ... in signumque huiusmodi promissionis ipsius domini Petri vidisset idem testis: Erdélyi, *Register* p.110.

**promissum, -i n.**

Donec predictum promissum prefato domino  
Wylhelmo ac heredibus suis non inpleremus: 1385  
Süttő, *Anjou* II p.269.



**promissum, -i n.**

Quod nihil esset sibi datum neque promissum:  
Erdélyi, *Register* p.50.

[Hegyí] 2015.2.16.

## **promitto, -ere, -misi, -missus**

Suam sanctitatem ... admonere et obsecrare non desinas, ne aliquam in mittendo illo subsidio pecuniario iam promisso et in legato expediendo moram velit interponere: 1523 BROD. *Epist.* p.71.

**promitto, -ere, -misi, -missus**

Promissa sunt mihi maria et montes: 1523 BROD.  
*Epist.* p.73.

## **promitto, -ere**

Promittens idem dominus constituens mihi notario publico, tanquam publice et autentice persone sollempniter stipulanti et recipienti vice ac nomine omnium: Erdélyi, *Register* p.43.

## **promitto, -ere**

Que (*sc. litterae*) in suo roboris firmitate (*sic*) debeant permanere, sic quoque promittimus et spondemus nos ambe regine sub virtute et honore nostre regie maiestatis: 1385 Süttő, *Anjou* II p.246.

## **promitto, -ere**

Quod nos ad devotionem et instantiam plurimam comitis Michaelis erga nostrum ordinem propositam promittimus bona fide locum ... Scemenia ... retinere: *1248/XVIII CD Hung. IV/2 p.23.*

**promontaneus, -a, -um** (promonthaneus)

Domini promonthanei iam bis vicibus apud nos constituti fuerunt petens (sic) nos, ut liberam habeant facultatem in terris nostris promonthanos acquirere: 1493 Wenzel, *Dóczyak* p.33.

**promontanus, -i m.** (promonathanus)

Domini promonthanei iam bis vicibus apud nos constituti fuerunt petens (sic) nos, ut liberam habeant facultatem in terris nostris promonathanos acquirere: 1493 Wenzel, *Dóczyak* p.33.



**promontorium, -ii *n.***

Vineas Petri Sigismundi de Czibinio in promontorio opidi Lyzka Elewhegh vocato adiacentes:  
1491 SZAPOLYAI OKLT. p.203.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**promotio, -onis f.**

Supplicavimus ... sanctissimo domino nostro  
pro promotione fidelis nostri ... domini Strigo-  
niensis: 1525 Theiner, *Mon.Slav.* I p.589.

**promotio, -onis f.**

Illud ... unum neque ego possum tacere. Me ...  
ob ... intercessionem immo contentiones quoque  
... baronis pro mea promotione nomine vestrae  
sanctitatis factas factum esse longe addictiorem  
et obstrictum vinctumque esse perpetuis vinculis  
in perpetuam ... servitutem: 1524 BROD. *Epist.*  
p.103–104.

**promotor, -oris** *m.*

Hic obiit ... Gregorius episcopus ... benefactor multorum et promotor pauperum clericorum:  
*1350 Mon.civ.Zagr. I 405.*

**promotor, -oris** *m.*

Hic obiit ... Gregorius episcopus ... benefactor multorum et promotor pauperum clericorum:  
*1350 Mon.civ.Zagr. I 405.*

## **promoveo, -ere**

Vestrae melius noscunt (*sc. amicitiae*) ... potius indigenas et nostros compatriotas habere promotus (*sic, recte forsan: promovendos*) et fovere atque promovere, quam alienigenas ignotosque introducere: 1469 Zimmermann, *Urkb.* VII p.369.

## **promoveo, -ere**

N. baccaularium habeatis vobis recommissum ac eundem viva vocem coram dominis aliasque ubique promovere non dedignetur: 1460/XV Zimmermann, *Urkb.* VI p.87.

**promoveo, -ere**

Eodem modo promotus est ad pontificatum Sanctus Fabianus: *Serm. Quinqu.* 31 (p.79).



**promptio, -onis** *f. prompt<uat>io ?*

Serviciorum promcione sincerius preinserta, ...  
amici nostri plurimum dilecti: 1465–71 Neumann, *Korlátköviek* p.180.

**promptitudo, -inis f.**

Ut pro solita sua ac paterna in me benevolentia et dicto ... domino Gurcensi benefaciendi promptitudine successu temporis ... prefatis facultatibus ampliatis dictae legationis Germanicae munus eidem ... condonare ... dignetur: 1515  
Theiner, *Mon.Slav.* I p.562.

**promptitudo, -inis *f.***

Ut vos favoribus prosequamur oportunis animique et benevolentie nostre promptitudinem per operis effectum experiamini: *1524 Reg.Strig.* p.158.

## **promptus, -a, -um**

Hoc etiam in presentia principis serenissimi domini nostri regis promptus fateri existeret et paratus: 1370 Keglevich, *Garamsztb.* p.174.

## **promptus, -a, -um**

Cum ipsi ... universos nobiles ... congregatos  
ad interrogata responsuors reperissent promptos  
et paratos: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.167.

## **promptus, -a, -um**

Intelliximus ... vos ad presentem laborem et reformationem civitatis nostre ... promptos et festinantes esse: *1514 Szapolyai oklt.* p.355.

## **promptus, -a, -um**

Ut idem ... beatitudinem vestram, ut fuit concedendo liberalis, ita in ipsarum conservatione promptissimam ac benevolentissimam agnoscat:  
*1515 Theiner, Mon.Slav. I p.562.*

**promptus, -a, -um** (propentissimus)

Sine dubio non mediocriter lederetur per hoc existimatio nostra et opinio illa, que in animis omnium de bona et propentissima (sic) sanctissimi domini nostri in nos voluntate est excitata, minueretur: 1525 Theiner, *Mon.Slav.* I p.589.



**promptus, -us** *m. 'in p. habere'*

Alia autem vestimenta et pulvinaria habet (sc. *ancilla*) in promptu et tandem postmodum matrimonialiter tradant marito suo: 1477 Neumann, *Korlátköviek* p.181.

## **promptis in rebus**

Promptis in rebus (solvat): *1414 Zsigm. oklt. IV,2103.*

## **pronuncio, -are**

Ideo et nomine diminutivo pronuncciatuſ est a propheta Is<aia>: *Serm. Quinqu.* 12 (p.45).

**pronuntiatio, -onis *f.***

Quia supramemoratarum fassionum testium productorum publicationi et discussioni ... translationis et exclusionis prolationi et pronuntiationi ... die et loco suprascriptis fierent et agerentur: Erdélyi, *Register* p.22.

**pronuntiatio, -onis f.**

Sed forte dicunt (*sc. Turci*) intelligendam esse pronuntiationem cum additamento: GEORG. HUNG. *Tract.* p.308.

## **pronuntio, -are**

Sic Ioseph trecenarius Egipti regnum suscepit, David regnum ea etate inchoavit, Ezechiel propheciam pronuntiavit: *Serm. Quinqu.* 28 (p.73).

**pronus, -a, -um**

Presens etas ad dolum et calumpniam esse prona  
dinoscitur: 1366 Keglevich, *Garamsztb.* p.144.

**pronus, -a, -um**

Ad vestra beneplacita nos habebitis benivolas (*sic, recte: benivolos*) et pronos: 1469 Zimmermann, *Urkb.* VII p.369.



**propagatio, -onis f.**

Deus Optimus Maximus pro tocius Christiane reipublice augmento et propagacione felicem semper atque incolumem conservet: *p.1513 Bes-senyei, Lettere p.15.*

**propagatio, -onis f.**

Illius victoriae pretium erat Rom[ani] imperii propagatio, tu et istud idem assequeris et, quod multo est salutarius, catholicae fidei nominis-que Christiani limites ampliabis: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.259.

**propagatio, -onis f.**

Illius victoriae pretium erat Rom<ani> imperii propagatio, tu et istud idem assequeris et, quod multo est salutaris, catholicae fidei nominis-que Christiani limites ampliabis: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.259.

## **propago, -are**

Quod nobilis domina Margaretha ... unacum Stephano filio Iohannis infantulo edentuloque necdum ablactato ab eadem domina Margaretha propagato ab una, item Petrus ... parte ab altera in nostri presentia personaliter constituti per eandem dominam ... propositum extitit, ... quod *etc.*: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.156.

## **propago, -are**

Sanctitas v<estra> ... aeternam sui nominis gloriam in omnem posteritatem propagat et divinum numen magis magisque propitium sibi reddit:  
*1525 Katona, Hist.crit. XIX p.560.*

## **propago, -are**

Sanctitas v[estra] ... aeternam sui nominis gloriam in omnem posteritatem propagat et divinum numen magis magisque propitium sibi reddit:  
*1525 Katona, Hist.crit. XIX p.560.*

## **propalo, -are**

quia nunc Demetrius iuratus ... cives dampna plurima post festivum recessum et reditum nostrum per nostros sequaces ... passos extitisse querimonialiter propalabat: *1345 Mon.civ.Zagr. I p.179.*

**propatulum, -i n.**

Ut laborem et curam vestram civitatis illius menia  
in propatulo quandoque declarent: *1515 Szapolyai  
oklt.* p.362.

[Szebelédi] 2015.2.16.



**prope** *adv.*

Cum ... sui socii enatantes in villa prope existente appreciatos piscatores adduxissent, qui hunc, quem credebant suffocatum, in flumine requirerent: Szilády, *Temesvári* p.7.

**propediem** *adv.*

Ut domus ipsa sive monasterium, nisi aliter illi de aliis vite melioris religiosis ibidem auctoritate apostolica provisum extitisset: Erdélyi, *Register* p.28.

## **propediem**

Credo illum ipsum, qua iam pridem venerat, pulchram Viennam paulo nummatiore propediem repetiturum: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

## **propello, -ere**

In quibus ego curandis et in tanto rerum turbine et tot tam externis quam domesticis periculis meliori, qua fieri potest, ratione moderandis propulsandisque ... dies et noctes diligentissime ... elaboro: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.656.

## **propello, -ere**

Gloriosum genus victoriae titulusque triumphii  
laudifluus perhibetur gloria decoratus virtutum,  
dum inter orbis primates pacis perpetuae libatur  
osculum, per quod dissensionum seditioes emi-  
nus propelluntur et subditis dulcioris tranquilli-  
tatis commoda salubrius propinquantur: *1336 CD*  
*Hung. VIII/4 p.175.*

## **propello, -ere**

Gloriosum genus victoriae titulusque triumphii  
laudifluus perhibetur gloria decoratus virtutum,  
dum inter orbis primates pacis perpetuae libatur  
osculum, per quod dissensionum seditioes emi-  
nus propelluntur et subditis dulcioris tranquilli-  
tatis commoda salubrius propinquantur: *1336 CD*  
*Hung. VIII/4 p.175.*

## **propello, -ere**

Multos delicto saepe minori / ... / ... / propulit  
in pontum Sciron: IAN. PANN. *Paneg.* 3,2,193-196.

**propensio, -onis f.**

Ut cognitam habentes fidem et propensionem,  
quam erga nos geris, te illic rerum nostrarum ha-  
beamus curatorem: 1525 BROD. *Epist.* p.116.



**propensio, -onis f.**

Experti ... sumus tuam erga nos fidem et propensionem: 1525 BROD. *Epist.* p.107.

**propensitas, -atis f.**

Licet in tanta vestrae sanctitatis in hanc rem propensitate nullis ... precibus opus esse intelligam:  
1525 Theiner, *Mon.Slav.* I p.589.

**propensitas, -atis f.**

Et suscepti ordinis ratio et animi propensitas eo me vehementer adducunt, ut saecularibus negotiis penitus abdicatis soli cultui divino ecclesiaeque meae regendae ac moderandae totus incumberem: 1515 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.838.

**propensitas, -tis f.**

In praesenti non cessat ... nobis ... summa  
cum animi propensitate inservire: 1518 Katona,  
*Hist.crit.* XIX p.136.

**propensitas, -tis f.**

In praesenti non cessat ... nobis ... summa  
cum animi propensitate inservire: 1518 Katona,  
*Hist.crit.* XIX p.136.

## **propensus, -a, -um**

Pontifex ... propensissimus est in gratificando  
vestrae maiestatis rebus in omnibus: 1523 BROD.  
*Epist.* p.83.

**propensus, -a, -um**

Video et pontificem, et reverendissimos dominos  
ad id propensissimos: 1523 BROD. *Epist.* p.84.

## **propero, -are**

Pauperibus iobagionibus ... properantibus domum quidam capitaneus ... eosdem captivavit  
taxando: 1450 Neumann, *Korlátköviek* p.174.



## **prophanus, -a, -um**

Item accedit et illud, quod non modo prophana,  
sed legitima Venus tantum in se venefitii continet:  
BONF., *Symp.* III,765.

**propheta, -ae m.**

Per celum enim intelligitur chorus patriarcharum  
et prophetarum: *Serm. Quinqu. 8* (p.38).

**propheta, -ae m.**

Nam cum Herodes quereret, ubi Christus nasceretur, sacerdotes responderunt ex dicto prophete, quod in Betlehem Iude: *Serm. Quinqu.* 26 (p.70).

**prophetia, -ae f.**

Sic Ioseph trecenarius Egipti regnum suscepit,  
David regnum ea etate inchoavit, Ezechiel propheciam pronuntiavit: *Serm. Quinqu.* 28 (p.73).

**propheticæ adv.**

Que (*sc. Margareta*) ... requisita a matre sua, quem exitum habiturus esset exercitus, ... quasi propheticæ respondit *etc.*: *Vita Marg.* p.17.

## **propheticus, -a, -um**

Ne in ruinam et vastitatem extremam dictum monasterium deveniat, et quo prophético spiritu hoc sciat: Erdélyi, *Register* p.48.

**propina, -ae f.**

Potestis eciam eidem magistro Tavarnicorum promittere seu facere reverenciam cum una propina (igy) duorum vel trium florenorum, si videbitur vobis, quod nos graciose velit de hac via habere supportatos: 1437 Knauz, *Kortan* p.230.

## **propino, -are**

Post gustum autem modicum propinat Deus plenum poculum: *Serm. Quinqu. 2* (p.27).



## **propino, -are**

Gloriosum genus victoriae titulusque triumphii  
laudifluus perhibetur gloria decoratus virtutum,  
dum inter orbis primates pacis perpetuae libatur  
osculum, per quod dissensionum seditioes emi-  
nus propelluntur et subditis dulcioris tranquilli-  
tatis commoda salubrius propinantur: *1336 CD*  
*Hung. VIII/4 p.175.*

## **propino, -are**

Unum florenum auri eidem notario per ... dictos dominos amicablem et voluntarie propinatum a praedictis dominis recepi: 1461/? Zimmermann, *Urkb.* VI p.97.

## **propino, -are**

Gloriosum genus victoriae titulusque triumphii laudifluus perhibetur gloria decoratus virtutum, dum inter orbis primates pacis perpetuae libatur osculum, per quod dissensionum seditioes eminus propelluntur et subditis dulcioris tranquillitatis commoda salubrius propinantur: *1336 CD Hung. VIII/4 p.175.*

## **propinor, -ari**

Quidam eius pauper convicaneus picam tenebat, que sepius per fenestram divitis illius absentis intrans rostro per foramen de florenis extrahebat, quotquot poterat, et ascendens ad pilam cucurbite istius, que pendeat in signum medonis propinati, ut moris est, raptos florenos reponebat: Szilády, *Temesvári* p.75.

**propinquus, -i m.**

Et sic accipitur mons Gen. XIX.: Ne respicias retro, scilicet apostatando, nec stes in omni regione, scilicet amicorum et propinquorum, sed in monte, scilicet religiose vite, salvum te fac: *Serm. Quinqu. 2* (p.26).

**propitatio, -onis f.**

In templo nanque dei omnia munda ac pura esse debent, que si defuerint, propitatio nulla rite fieri potest: BONF., *Symp.* III,787.

## **propitior, -ari**

Quod ipse volens aeternae beatitudinis semitis pietatis insistendo devotius bravio perfrui, congruisque praeparamentis spiritualibus extremae suae diei clausionem praevenire, necnon parentum suorum salutari animae remedio propitiare quendam villam ... religiosis ... viris ... donavit: 1337 Wagner, *Anal.* III p.177.

**propono, -ere, -posui, -positus**

Volui proponere tantum rem in conspectu vestrae maiestatis illius sapientissimo consilio et prudentia trutinandum: 1523 BROD. *Epist.* p.73.



## **propono, -ere**

Quod magistri Draag et Iohannes ... ad nostre serenitatis venientes presentiam propositis eorum fidelitatibus et fidelium servitiorum laudedi-  
gnis et preclaris meritis ... quasdam possessiones regales ... a nobis ipsis ... conferri postularunt: 1385 Süttő, *Anjou* II p.265.

## **propono, -ere**

Erant enim mittentes rethe in mare, id est proponentes verbum Dei ad populum: *Serm. Quinqu. 1* (p.24).

## **propono, -ere**

Quod nos ad devotionem et instantiam plurimam comitis Michaelis erga nostrum ordinem propositam promittimus bona fide locum ... Sceme-

nia ... retinere: *1248/XVIII CD Hung. IV/2 p.23.*

[Szovák] 2015.2.16.

## **propono, -ere**

Cum comes Byter et Mycou ... relictam comitis Petri ... traxissent in causam coram nobis proponentes contra eandem, quod *etc.*: 1291 *Erd.Múz.* 1992 p.84.

**propono, -ere**

Sacrosanctae matris et universalis ecclesiae a XIII annis citra per nefandissimum schisma trifarie per tres contententes de papatu divisae nobis undequaue negocia prosequenda ante oculos nostrae considerationis proposita fuere: 1416 Katoana, *Hist.crit.* XII p.242.

**propositio, -onis f.**

Debent mittere verbum Dei propositione: *Serm. Quinqu.* 1 (p.24).

**propositio, -onis f.**

Cum legeretur kalendarium, recitatum est nobis infallibilis gratie beneficium: *Serm. Quinqu. 9* (p.39).

## **recito, -are**

De retroactis litteris capituli Nittriensis super premissis meo confectis testamento in memoriam reduxi et recitavi: 1456 Neumann, *Korlátköviek* p.179.

## **recito, -are**

Ubi dictus in causam attractus truncum fuisse,  
sed per viatores deletum extitisse recitasset: *1419*  
*Zsigm.oklt.* VII,169.

**recito, -are**

Racione suavitatis libenter audiendum et recitandum: *Serm. Quinqu.* 24 (p.67).

**reclamatoria, -ae f.**

Pro Iohannes filio Nicolai ... contra Iohannem de Kurth ... super facto arbitrii inter ipsum et Fako, fratrem suum reclamatoria: 1364 Keglevich, *Garamsztb.* p.134.

## **reclamo, -are**

Quod ipsi ... easdem (*sc. possessiones*) sepius recitato Stephano ... statuissent nemine reclamante aut obstante: 1365 Keglevich, *Garamsztb.* p.140.

**reclinatio, -onis f.**

Iosa Turcus ... fidem veram catholicam est adeptus, quam servat servareque eum non ambigimus absque reclinacione: 1428 Katona, *Hist.crit.* XII p.505.



## **reclino, -are**

Nam paupertas eum (*sc. Christum*) pannis involvit, et humilitas in presepio reclinavit, que fuerunt quasi due obstetrices virginis in partu suo: *Serm. Quinqu. 12* (p.46).

## **reclino, -are**

Cervus ut audito Massyli murmure monstri / per  
sylvas ... ruit, neu robora longis / cornibus oc-  
currant, post tergum colla reclinat: IAN. PANN. *Pa-  
neg.* 3,2,226-28.

**recognitio, -onis f.**

Unccio convenit infirmis sue fragilitatis recognitione: *Serm. Quinqu.* 16 (p.52).

**recognosco, -ere**

Id quod magnae sanctitatis vestrae adversus me,  
humillimum eius mancipium, gratiae atque cle-  
mentiae loco recognoscam: 1515 Katona, *Hist.crit.*  
XVIII p.839.

**recolligo, -ere** *defect.*

Dei auxilio ego indignus magnis et multis laboribus me ipsum ultra vires perurgendo recollegeri et propria manu conscripsi hoc opus Aurei Rosarii theologicæ sapientiæ: Szilády, *Temesvári* p.54.

**recolo, -ere, -ui, -cultus**

Racione utilitatis iugiter in corde recolendum:  
*Serm. Quinqu. 24* (p.67).

## **recolo, -ere**

Quod nos a ... preposito ... pro continuandis  
et exequendis servitiis domini nostri ... regis  
... exercitualibus ducentos florenos ... recoli-  
mus plenarie recepisse et ab ipsis resolvisse: 1421  
*Pozsonyi vizsály* p.252.

**commendatio, -onis f.**

In isto finali capitulo de commendatione religionis sanctissime Christianorum paucissimis verbis aliquid dicere debitum estimo: GEORG. HUNG. *Tract.* p.388.



**recommitto, -ere**

N. baccaularium habeatis vobis recommissum:  
*1460/XV Zimmermann, Urkb. VI p.87.*

**recompensatio, -onis f.**

Quod ministerium sacerdotum regno magis necessarium esset ... et quod preterea vota populi in recompensationem retributionis magis ad eos pertinerent: GEORG. HUNG. *Tract.* p.376.

**recompensatio, -onis *f***

Pro quorum dampnorum meorum recompensatione dominus Iohannes ... mihi certa debita Petri Greb a regia maiestate impetraverat: 1468  
Zimmermann, *Urkb.* VII p.365.

**recompensator, -oris m.**

volens sibi pro herede et coadiutore Beatissimum Adalbertum martyrem comparare, ut in suis extremis ipse Beatus Adalbertus ad sua tutor existat et recompensator: *1336 CD Hung. VIII/4 p.206.*

**recompensator, -oris** *m.*

Volens sibi pro herede et coadiutore Beatissimum Adalbertum martyrem comparare, ut in suis extremis ipse Beatus Adalbertus ad sua tutor existat et recompensator: *1336 CD Hung. VIII/4 p.206.*

**reconciliatrix, -icis f.**

Ipsa utpote mater misericordiae, mater gratiae, pietatis amica, humani generis reconciliatrix, pro salute fidelium ... sedula exoratrix ad regem, quem genuit, intercedit: 1430 Katona, *Hist.crit.* XII p.549.

## **reconcilior, -ari**

Ut ... exclusus habetur a capitulo, ... interea fructus nullus (*sic*) percipiat ac reconciliari teneatur interea iniuriatum: *1515 Reg.Strig.* p.112.

**recordatio, -onis f.**

Cuius sententiam verborumque pondus cum nuper mecum paulo curiosius examinarem, subibat recordatio tuae illius immensae ac nullo tempore ex animo nostro labentis beneficentiae: 1513 Teleki-Kovácsnay; IAN.PANN: *Dedic.* II p.252.



**recordatio, -onis f.**

Cuius sententiam verborumque pondus cum nuper mecum paulo curiosius examinarem, subibat recordatio tuae illius immensae ac nullo tempore ex animo nostro labentis beneficentiae: 1513 Teleki-Kovácsnai, IAN. PANN. *Dedic.* II p.252.

**recordatio, -onis f.**

Pariter et indulgemus non obstante felicis recordationis Bonifacy pape octavi: Erdélyi, *Register* p.19.

**recordatio, -onis f.**

Confitemini Domino, non in direzione peccatoris, sed in recordacione beneficiorum: *Serm. Quinqu.* 29 (p.76).

**recordor, -ari**

Ut bene recordari posset: *1519 Arch.Majtényi p.503.*

[Szovák] 2015.2.16.

## **recordor, -ari**

Nusquam literas nostras in derogamen huiusmodi vestrorum iurium privilegiatorum ... decano ... dedisse recordamur: 1443 Zimmermann, *Urbk.* V p.122.

**recordor, -ari**

Adeo, quod non recordatur testis: Erdélyi, *Register*  
p.107.

[Hegy] 2015.2.16.

## **recordor, -ari**

Testis interrogatus respondit se scire dictos fratres ordinis Sancti Augustini a quadraginta annis, ut recordari posset, fuisse in dicto monasterio: Erdélyi, *Register* p.50.

## **recordor, -ari**

Item feria sexta ... pueris recordantibus cum tenebre dedi d<enarios> 3: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,72 (p.18).



## **recordor, -ari**

Dignetur ... petitionis meae ... benigne recordari: 1525 Theiner, *Mon.Slav.* I p.589.

## **recreo, -are**

Ego nihil potuissem audire, quod me inter tot metus magis recreare potuisset et quod existimassem ad praesentem rerum nostrarum statum esse magis accomodatum: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**recte** *adv.*

Recte id et coeptum et institutum et ordinatum  
iudicamus: 1523 BROD. *Epist.* p.71.

**recte** *adv.*

Plato ... beatas fore civitates dixit, ubi vel sapientes imperitarent, vel principes ipsi iugem philosophiae operam impenderent, et id omnium recte philosophantium iudicio vere quidem: VALENT. ECK p.40.

## **rectificare**

Hoc tempore disturbii facte inter regnicolas suos  
hincinde exortas rectificare: *1492 Szapolyai oklt.*  
p.204.

**rectificatio, -onis f.**

Quae (sc. causae) per fideles nostros ... per maiestatem nostram ad revisionem ipsarum civitatum nostrarum montanarum et rectificationem ... omnium differentiarum ... . deputatorum nostram ... in praesentiam maturioris examinis causa deductae extiterant: 1516 Wenzel, *Dóczyak* p.73.

## **rectifico, -are**

Non autem rectos invenit, sed timor rectificavit:  
*Serm. Quinqu. 11* (p.43).

**rectitudo, -inis f.**

Dicitur autem decor primo modo rectitudo vite:  
*Serm. Qinqu. 6 (p.36.*



**rectitudo, -inis f.**

Dicitur autem decor primo modo, rectitudo vite:  
*Serm. Quinqu. 6 (p.36).*

**rector, -oris** *m.*

Magnifico ac spectatissimo domino Ioachimo Vadiano, inclyti Viennensis studii et rectori et lectori dignissimo, domino optimo: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.175).

[Szovák] 2015.2.16.

**rector, -oris** *m.*

Quem fortuna pulchrę Viennę rectorem et lectorem praebuit: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**rector, -oris** *m.*

Nos, Stephanus, qrtium facultatis magister animarumque curae rector in Centumcumulis decanatus Kosdque decanus memoriae commendamus: 1461/? Zimmermann, *Urkb.* VI p.98.

**rector, -oris** *m.*

Georgius Dei et apostolice sedis gratia episcopus  
Quinqueecclesiensis ... metropolitanarum, ca-  
nonicis parochialumque ecclesiarum rectoribus  
... salutem in Domino: Erdélyi, *Register* p.12-13.

**rector, -oris** *m.*

Ladislao litterato ... necnon magistris Ladislao rectore are Beate Virginis et Thoma concanonis nostris ... coram nobis constitutis propositum extitit per eundem Ladislaum, ... quod *etc.*: 1363 Mészáros, *Visegrád* p.130.

**rector, -oris** *m.*

Ut rector altaris eiusdem pro tempore constitutus  
et existens singulis septimanis die sabbati unam  
missam de Beata Maria Virgine legat vel dicat:  
*c.1491 Veszpr.okl. I p.296.*

**rector, -oris** *m.*

Item quod predictus rector capelle una cum suis  
capellanos et quatuor scolaribus singulis diebus  
... cantabunt: *1510 Szapolyai oklt.* p.306.



**rector, -oris** *m.*

Petrus oresbiter, ... missas perpetuas suis sump-  
tibus ordinare rectorique altaris pro tempore con-  
stituto in loco et sessione praenotata domum et  
habitationem construere et aedificare habet: *1510*  
*Szapolyai oklt.* p.312.

**rector, -oris** *m.*

Quibus nisi prudenter populi rector obviaverit,  
res publica ad extremam calamitatem prolabitur  
illico: VALENT. ECK p.50.

**rector, -oris** *m.*

Ubi testis convenisset ad videndum representari  
per scolares et rectorem scole ascensionem Do-  
mini: Erdélyi, *Register* p.134.

**rectoratus, -us** *m.*

Cum ... comperuimus, quod altare (*sic*) rectoratus vacare dinoscebatur: *1423 Pozsonyi vizály*  
p.253.

**rectoreus, -a, -um**

Cura, ut rectoreos inter fasces vitę salutisque tuę  
rationem habeas: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**rectus, -a, -um**

Ut ipse custos inter partes ad honorem Dei et ipsarum parcium comodum et veritatem rectum et iustum iudicium facere valeat: 1497 Horváth, *Pótlások* p.176.

**recula, -ae f.**

Si bene memini, dederam eas *litteras* vestrae ... dominationi, vel si apud me remanserant, sunt vel apud Egidium Zephyrum, sollicitatorem meum, vel inter reculas meas istic relictas: 1524 BROD. *Epist.* p.102.

**recumbo, -ere**

Quando in cena recubuit super pectus Domini:  
*Serm. Quinqu. 18 (p.57).*



**recuperatio, -onis *f.***

Quod per operarios nostros condam Nicolao Gwmon de debitis suis in dupplo impensa est recuperatio: 1481 SZAPOLYAI OKLT. p.155.

[Szebelédi] 2015.2.16.

## **recupero, -are**

Quia Christianissimum regem ita durum atque obstinatum video in recuperando ac nostros in retinendo vel non cedendo ducatu Mediolani, ut facilius utraque pars quidvis subiret, quam in hoc alteri parti cederet: 1523 BROD. *Epist.* p.84.

## **recupero, -are**

quod iura et res eiusdem altaris non alienabitis seu distrahetis, sed destructa et alienata, si que sint, ad ius et proprietatem eiusdem reducetis et recuperabitis secundum posse: *1524 Reg.Strig.* p.158.

## **recupero, -are**

Si quando cursum suum consuetum consummare non poterat (*sc. S.Margareta in orando*), maxime propter parentum suorum presentiam, ac se (*sic ed., recte: si*) non modicum incommodum passa, donec recuperasset, quod necessitate omiserat, ad modum (*sic ed., recte: admodum*) tristabatur: *Vita Marg.* p.19.

**recupero, -are**

Pro his ab eodem recuperandis omnem adhibeatis  
operam: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C.  
Tóth, *Levelesláda* p.103.

**recursus, -us** *m.*

Omnes regnicole nostri ad ipsum in emergendis negotiis respectum habeant et recursum: *1414*  
*Zsigm. oklt. IV,1570.*

**recuso, -are**

In quo nobis rem facitis maxime gratam et nos vobis complacere non recusamus: 1464 Zimmermann, *Urkb.* VI p.206.

**recuso, -are**

Si in infrascripta confessione *flius suus* perseverare recusaret: 1364 Mészáros, *Visegrád* p.131.

[Szovák] 2015.2.16.



**recuso, -are**

Ubi vobis sufficientem quietantiam dare non recusamus: 1469 Zimmermann, *Urkb.* VI p.390.

[Szovák] 2015.2.16.

**redactus, -us** *m.*

Ut domus ipsa sive monasterium, nisi aliter illi de aliis vite melioris religiosi ibidem auctoritate apostolica provisum extitisset, in summam et extremam vastitatem redactum fuisset: Erdélyi, *Register* p.28.

## **redarguo, -ere**

Quod ... dominus terrestris loci eiusdem Kermend ad auditum eiusdem testis sepe redarguisset ipsos fratres: Erdélyi, *Register* p.107.

**redditus, -us** *m.*

Quendam reditum, ... qui reditus sales appellatur aquatici, in villam Zolonkemen per flumen ... descendentes ... ecclesie antedictae ... concessimus: *1277 Veszpr.okl.* p.77.

**redditus, -us** *m.*

Quomodo iudex et iurati cives ac tota communitas Posonie tenderent ad evellendum (*sic*) et destruendum domos censuum ac redituum nostrorum: *1423 Pozsonyi vizsály* p.252.

## **reddo, -ere, reddidi, redditus**

Nobis ... ea, quae nova emergent, scribere per omnem occasionem non gravare, ut et tua erga nos merita et nostrum vicissim in te favorem reddas in dies cumulatiorem: 1525 BROD. *Epist.* p.107.

## **reddo, -ere**

Indignum arbitramur, ut illis se reddat ingrati  
nostra maiestas: 1385 Süttő, *Anjou* II p.271.

## **reddo, -ere**

Super cuius quidem castris ... restitutione eundem ... quitum et expeditum reliquimus, immo relinquimus et reddimus: 1523 C. Tóth, *Bátori* p.229.



## **reddo, -ere**

Illud nomen perpetui comitatus, quo ipsa civitas tempore praefati condam ... genitoris nostri ... vocitata est, auferimus eandemque in pristinam eius libertatem reddimus et reponimus: 1465 Zimmermann, *Urkb.* VI p.215.

## **reddo, -ere**

Equitas suadet, ius requirit, ut quod cuique iustis et legitimis rationibus per iudices diligenter examinatis redditur vel restituitur, id solidum debet perpetuo (*ed. cum mendo typographi: perperuo*) permanere: 1291 *Erd.Múz.* 1992 p.84.

## **reddo, -ere**

Quandoquidem hoc uno monumento non modo Augustinum a mortalitate asseres, verum etiam nomen tuum nullo unquam tempore intermoriturum posteritati clarum reddes: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**redemptio, -onis f.**

Si iidem magister aut sui vepres expurgando in ipsa terra pratum ordinarent et ante redemptionem fructus eiusdem non perciperent: 1387 Keglevich, *Garamsztb.* p.225.

**redemptio, -onis f.**

In omnibus ... aliis, que sequuntur, scilicet misterium trinitatis, creationis et redemptionis, habitus spei comprehenditur: GEORG. HUNG. *Tract.* p.308.

**redemptio, -onis f.**

Si ergo esset primogenitus ille solum, quem sequitur alius, tunc redemptio animalis non fieret post mensem: *Serm. Quinqu.* 13 (p.47).

**redemptio, -onis f.**

Quos videlicet nos hiis annis superioribus in facto redemptionis castr Soklos eidem domino palatino ... dederamus: *1509 Szapolyai oklt.* p.298.

**redemptio, -onis f.**

Redemptio perditorum: *Serm. Qinqu.* 24 (p.66).



## **redeo, -ire, -ii, -itus**

Rediens istic ex Urbe doctor Lucas ... narravit nobis, quantam curam et diligentiam adhibueris in ipso negotio ex ipsis labyrinthis extricando:  
*1523 BROD. Epist. p.78.*

**redeo, -ire, -ii, -itus**

Ut ad ea redeam, de quibus vestra maiestas scribit:  
*1525 BROD. Epist. p.110.*

[Monostori] 2015.2.16.

## **redeo, -ire**

Cum pridem corporis non modica infirmitate gravati coacti sumus de Caproncha ad ecclesiam nostram Strigoniensem redire: *1387 Süttő, Anjou* II p.441.

## **redeo, -ire**

Qui demum ad nos redeuntes nobis consona voce  
retulerunt, quod *etc.*: 1373 Keglevich, *Garamsztb.*  
p.184.

## **redeo, -ire**

Dominus rex, licet non sine multo suorum dampno, sanus quidem rediit: *Vita Marg.* p.17.

**redigo, -ere, -egi, -actus**

Qui et monasteria hic sua in debitum redegit ordinem, et religioni sua doctrina suaque sanctimonia plurimum conducit: 1525 BROD. *Epist.* p.109.

## **redigo, -ere**

Nos ... easdem (*sc. possessiones*) in unum redigimus et anneximus eisdem: 1453 Zimmermann, *Urkb.* V p.420.

**redilectio, -onis f.**

Hoc libro, quantum Deo propitio iuvante valebo, divine charitati et redilectionis incendio per questiones etiam scholasticas studiose conabor insistere pro devotionis incitamento: Szilády, *Temesvári* p.54.



## **redimio, -ire**

quibus (*sc. honoribus*) ipse prae ceteris nostris regnicolis per maiestatem nostram clementi benignitate exstiterat redimitus et honoratus<sup>1413</sup> Kautona, *Hist.crit.* XII p.156.

## **redimio, -ire**

quibus (sc. honoribus) ipse prae ceteris nostris regnicolis per maiestatem nostram clementi benignitate exstiterat redimitus et honoratus: 1413 Katona, *Hist.crit.* XII p.156.

## **redimo, -ere**

Pietas divina implevit pium desiderium servorum suorum mittendo Filium suum et satisfaciendo affectui eorum et necessitati redimendorum: *Serm. Qinqu. 8* (p.38).

## **redimo, -ere**

Si nos ... domum pro cancellaria vel pro aliis nostris usibus voluerimus rehabere, tunc ... in eo pretio valore ac pecunie quantitate ... redimere et rehabere teneamur: *1360 Mészáros, Visegrád* p.126.

## **redimo, -ere**

Quod ... et tandem prior eiusdem fratris eundem breviarium a tabernario redemisset: Erdélyi, *Register* p.96.

## **redimo, -ere**

Cum ... idem ... porcionem ... vendere vellet et alienare in ipsius preiudicium non modicum et gravamen, cum eadem possessio iure commetaneo fuerit, et in eventum, in quem debeat ab ispo Andrea alienari, ad eum potius, quam ad alium pertineat redimenda: *1340 Diaconescu, Documente 29.*

## **redimo, -ere**

Quando misit filium suum propter peccatores  
de caritate Christi pro peccatoribus redimendis:  
PAUL. HUNG. *Penit.* p.193.

**redintegratio, -onis f.**

Talis autem congressio non modo temperantiae atque pudicitiae pervenusta erat exercitatio, verum etiam et inter eos verecundiam et quottidianam perpetui amoris redintegrationem pariebat: BONF., *Symp.* III,595.



## **redintegro, -are**

Quod etiam dicta iura eorum possessionaria ...  
simulcum litteralibus eorundem instrumentis ip-  
sis pristino modo reintegrarentur quo ad plenum:  
*1386 Süttő, Anjou II p.383.*

## **redintegro, -are**

Eam ipsam praerogativam ... eidem ecclesiae Vesprimiensi praelatisque eiusdem ... renovandum duximus et reintegrandum, ... immo renovamus, reintegramus decernimusque et concedimus: 1502 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.328.

**reditus, -us** *m.*

Quam ut relictis praesidiis necessariis ea tantum,  
quae ab illo sunt parta, in reditum suum defendi  
ac retineri possent: 1524 BROD. *Epist.* p.86.

**redolentia, -ae f.**

Si ... inspiciatur sacre doctrine ... sententiarum firmitas, verborum tenacitas, argumentorum inconcussa veritas, rationum securitas, dubiorum clara dilucidatio, ... sufficientia omnium ad salutem pertinētium, ... virtutum redolentia, denique omnium divinarum et humanarum rerum magisterium: GEORG.HUNG. *Tract.* p.392-394.

## **reduco, -ere**

Reducatur vestri in memoriam, quemadmodum  
Budae vobis existentibus quibusdam commissum  
extitit, ut *etc.*: 1464 Zimmermann, *Urkb.* VI p.182.

## **reduco, -ere**

Quod iura et res eiusdem altaris non alienabitis seu distrahetis, sed destructa et alienata, si que sint, ad ius et proprietatem eiusdem reducetis et recuperabitis secundum posse: *1524 Reg.Strig.* p.158.

## **reduco, -ere**

Item de expositione florenorum centum per famulum Iohannem Olah de Izdencz reductorum ex generali limitatione dominorum capitularium remansit debitor in florenis 31: *1520 Reg.Strig.* p.136.

## **reduco, -ere**

De retroactis litteris capituli Nittriensis super premissis meo confectis testamento in memoriam reduxi et recitavi: 1456 Neumann, *Korlátköviek* p.179.



## **reduco, -ere**

Dicens, quod si aliud in communi agi contingat, hoc sibi obesse et preiudicare non possit, quando totum ius suum indebitum (*sic ed., recte: in debitum*) statum possit et valeat reducere modo et ordine, quibus foret opportunum: 1340 Diaconescu, *Documente* p.29.

## **reduco, -ere**

Qui ad societatem et communionem Sedis Apostolice reducendi essent: 1525 Theiner, *Mon.Slav.*  
I p.588.

**reductio, -onis f.**

Ideo ibi maxime aperitur larga manus Dei in re-  
duccione perditorum: *Serm. Quinqu. 27* (p.72).

## **redundantia, -ae f.**

Sacramentorum sanctitas huius sancte religionis (*sc. Christianae*) tanta est, ut in creatura rationali non solum interioris hominis substantiam divino usui aptam reddere, sed etiam tantarum ei gratiarum redundantiam infundere sufficit, ut et secundum exterioris hominis facultatem ad utilitatem proximorum de effluentia gratiarum in colloquendo ... fructum salutis valeat operari:

GEORG. HUNG. *Tract.* p.394.

[Bujdosó] 2015.2.16.

**redundatio, -onis f.**

Redundatio pretium unius vasis vini fuit in hac civitate expositi, quod exposuerat Andreas Zalay. —> Summa summarum redundationis: Ibid. V,270 (p.157): 1521 Nógrádi, *Kanizsai* V,226 (p.156).

## **redundo, -are**

Redundat exitus d<enariis> 23: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* V,29 (p.148).

## **redundo, -are**

Quod si qua simul victoria ac triumphus subsequatur, ... omnis procul dubio rerum gestarum laus et gloria in S<ancitatem> vestram iure optimo redundabit: 1525 Katona, *Hist.crit.* XIX p.561.



## **redundo, -are**

(Possessio) ad ipsos iure successorio extitissent  
redundate: *1414 Zsigm. oklt. IV,2243.*

## **redundo, -are**

(*sc. Diabolus*) quodcunque malicie excogitare poterit, electis Dei ad gloriam, sibi autem et suis complicibus ad eterne damnationis augmentum redundabit: GEORG. HUNG. *Tract.* p.392.

## **redundo, -are**

Quod si qua simul victoria ac triumphus subsequatur, ... omnis procul dubio rerum gestarum laus et gloria in S[ancitatem] vestram iure optimo redundabit: 1525 Katona, *Hist.crit.* XIX p.561.

**refectio, -onis f.**

Plena refeccio consistit in duobus, scilicet in cibo et potu: *Serm. Quinqu.* 18 (p.55).

**refectio, -onis f.**

Ut sit plena refeccio spiritualis, quemadmodum  
in cibo et potu consistit plena refeccio corporalis:  
*Serm. Quinqu.* 18 (p.55).

**refectio, -onis f.**

Ut sit plena refeccio spiritualis, quemadmodum  
in cibo et potu consistit plena refeccio corporalis:  
*Serm. Quinqu.* 18 (p.55).

**refectio, -onis f.**

Ut ... secundum regulam eorum viverent sancte et religiose, pollicens eis omni subsidio ad victum et vestitum eorum et ad refectionem desolatorum se paratum libenter esse: Erdélyi, *Register* p.110.

**refectorium, -i n.**

Item ponit, quod iidem fratres ... mulierculas huiusmodi suspectas ad monasterium ipsum et ad refectorium contra normam discipline monastice introducebant: Erdélyi, *Register* p.28.



**refello, -ere**

Sed quid ita mea dicta refellis: BONF., *Symp.*  
III,518.

**refero, -ferre, rettuli, relatus**

Comes de Corduba omnia alia ex ordine referre poterit: 1524 BROD. *Epist.* p.89.

## **refero, -ferre, rettuli, relatus**

Retulit nobis ... praepositus Eursiensis ... te iterum Romae oratorem agere: 1525 BROD. *Epist.* p.107.

## **refero, -ferre, rettuli, relatus**

Pro singulari vestrae ... dominationis in me benignitate ... malo vestrae dominationi reipsa et facto ... referre, quam verbis gratias agere: 1525  
BROD. *Epist.* p.114.

**refero, -ferre, tuli** (retullit)

Antiquam metam dicte possessionis Jenew fore  
retullisset: *1413 Zsigm.oklt.* IV,1013.

## **refero, -ferre**

Quicquid famulus noster Laurentius, exhibitor presencium nostri ex parte retulerit, eidem fidem creditivam adhibere dignemini: 1465–71 Neumann, *Korlátköviek* p.180.

## **refero, -ferre**

nisi te mutis piscibus surdiorem esse atque elinguem illum Harpocraten examussim referre factus essem certior: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

## **refero, referre**

Ut universi nobiles et ignobiles ... rei veritatem, quam inter partes in facto dicte vinee novissent et scirent, attestare et referre teneantur: 1497 Horváth, *Pótlások* p.176.



## **reficio, -ere**

Quam (*sc. domum*) ex post condam magister Dionisius de Strigonio refecit et reformavit: 1510  
*Reg.Strig.* p.88.

## **reficio, -ere**

Franciscus ... episcopus ... ad moenia reficienda et munitiones civitatis civitatis Albensis legavit florenos quingentos: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.27; *Dl 89199*.

## **reficio, -ere**

Quod nisi cives dicti oppidi Kermend de eorum elemosina tecturam ipsius predicti monasterii refecissent vel reparassent: Erdélyi, *Register* p.109.

## **reficio, -ere**

Franciscus ... episcopus ... ad moenia reficienda et munitiones civitatis civitatis Albensis legavit florenos quingentos: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.27. = DL 89199.

## **reflecto, -ere, -flexi**

Dehinc reflexissent ad meridiem penes ecclesiam parochyalem, modicum eundo venissent ad unam viam magnam publicam: *1419 Zsigm.oklt.* VII,169.

## **reflecto, -ere**

Dehinc *terminus* transeundo per plateam reflecteretur ad dictam partem orientalem ad prescriptam ecclesiam: 1338/1365 Mészáros, *Visegrád* p.108.

**reflecto, -ere f.**

Quod iidem ... possessionariam portionem ...  
incipiendo penes aquam Gron a quodam antro  
seu similitudine fossati ... intrando quandam  
silvam ac reflexum (*sic ed.*) versus aquilonem  
... reambulassent: 1386 Keglevich, *Garamsztb.*  
p.219.

**reflexio, -onis f.**

Quod nos nulla habita reflexione erga Deum  
et eius iustitiam castrum Kemlek a magnifico  
Andrea Both nequiter abstrahere velimus: 1500  
*/XVIII Arch.Motešický p.295.*

[Szovák] 2015.2.16.



## **refloresco, -ere**

Ex cuius nimirum propagine elut florentissimum germen ... archiepiscopus Colocensis ac regni mei cancellarius reflorescens nulli penitus maiorum suorum in quovis laudum aut virtutis genere concedit: 1515 Theiner, *Mon.Slav.* I p.560.

**refocillamen, -inis** *n.*

Que animarum sunt refocillamina: *1510 Szapolyai oklt. p.303.*

## **refocillo, -are**

Vix panis siccus cum aqua ad refocillandum potius quam ad comedendum ad instar canis extra domum vel retro portam porrigitur: GEORG. HUNG. *Tract.* p.336.

## **reformare**

Concedimus, ut eorum prefatam vineam ... dampno prolongare, augmentare et reformare possint:  
*1507 Szapolyai oklt. p.291.*

**reformatio, -onis** *f.*

Item feria quinta ... dedi Paulo Tereck pro reformatione calciorum d<enarios> 25: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* II,655 (p.48).

**reformatio, -onis f.**

Pro certa reformatione ecclesie nostre in domo nostra Menyew misimus lapides marmoreos:  
1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.100.

[Szovák] 2015.2.16.

**reformatior, -oris** *m.*

Nos ... doctores et canonici ecclesie Strigonien-  
sis predictae, visitatores, reformatores, iudices et  
commissarii ... notum facimus, ... quod *etc.*:  
*1425 Pozsonyi vizsály* p.256.

## **reformo, -are**

Ipsam fassionem, quomodo et prius scribi debuisset, ... per proprium notarium nostrum vestris d<ominacionibus> reformare fecimus. ... Quare rogamus vestras ... amicicias, velint eedem easdem litteras fassionales ... iam reformatas sigillo capituli vestri sigillare: 1520 Neumann, *Korlátköviek* p.186.



## **reformato, -are**

Quatenus thabulam in civitate vestra ecclesiae nostrae Albensis reformatam ... per unum currum vestrum ad festum Nativitatis Domini ... velitis Albam transmittere: 1464 Zimmermann, *Urkb.* VI p.206.

## **reformato, -are**

Qui nos in omni gracia et libertate non modo graciose rexit et conservavit, sed eciam plures libertates nostras reformavit: *1505 Tudománytár* 1839/VI p.67.

## **reformato, -are**

Item feria quinta . . . dedi Michaeli lapicide, quod reformavit pincernam, d<enarios> 48: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,234 (p.27).

**refoveo, -ere**

Quod olim felicitatis memorie divi reges Hungarie  
seu alii Christifideles Deo devoti in honorem Bea-  
tissime Virginis Marie, sub cuius patrocinio et tu-  
tela refoveri sperabant: Erdélyi, *Register* p.27.

## **refragor, -ari**

Credebat maiestas regia caesaream maiestatem rationem regii honoris habituram et contemplatione regiae maiestatis non refragaturam his, quae regia maiestas a sua caesarea maiestate in hac parte affectabat: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.42.

## **refragor, -ari**

Cuius voluntati refragari nec expedit mihi, nec licet: 1515 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.838.

## **refragor, -ari**

credebat maiestas regia caesaream maiestatem rationem regii honoris habituram et contemplatione regiae maiestatis non refragaturam his, quae regia maiestas a sua caesarea m[aiestate] in hac parte affectabat: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.42.

## **refrenare**

Refrenatis tandem et domatis insolentis consuetis: *1506 Szapolyai oklt.* p.286.



## **refreno, -are**

Impacientia est impetuosum animi motum non refrenare: PAUL. HUNG. *Penit.* p.203.

**refrigerator, -oris** *m.*

Quod et nobis prestat precibus ipsius refrigera-  
tor animarum, Iesus Christus.: *Serm. Quinqu.* 36  
(p.86).

**refrigerium, -i n.**

Cum nos ob refrigerium (*ed. in notis mendose corrigere videtur: Helyesen [i.e. recte]: refrigeris*) animarum nostrarum et parentum, cum et nostri sexus fragilitatem claustraliter in longinquis partibus simus incluse: *a. 1400 Veszpr.okl. II p.364. Vide etiam refugium.*

**refrigerium, -i n.**

Firmiter igitur credamus et nullatenus dubitemus huic sanctissime religioni pro infinito labore eterne requiei solacium, pro tantarum passionum doloribus sempiterni gaudii refrigerium, pro confusionum et obprobriorum immensitate consolationem glorie sine fine mansure (*sic*) in retributionibus premium a iusto et eterno iudice in suo districto et extremo iudicio exhiberi: GEORG. HUNG.

*Tract.* p.402-404.

[Bujdosó] 2015.2.16.

**refrigerium, -i n.**

Ut semper futuris temporibus in nocte matutinas,  
interdiu alias horas canonicas pro refrigerio ani-  
me fundatoris decantarent: Erdélyi, *Register* p.68.

**refrigerium, -ii n.**

Quod prefati fratres ... pro refrigerio animarum  
nostrarum sollenniter decantare teneantur: 1507  
*Szapolyai oklt.* p.288.

**refrigerium, -ii n.**

Designatur ibi in sancto martire diversitas tormentorum, quia transivit per ignem et aquam, et suavitas refrigeriorum, quot eductus est in refrigerium: *Serm. Quinqu.* 36 (p.85).



## **refrigero, -are**

3a causa est, quoniam aqua ratione frigiditatis sue  
habet vim refrigerandi: *Serm. Quinqu. 27* (p.71).

## **refrigesco, -ere**

Tertio ponit, quod dicti fratres postquam ecclesiam et domum predictas assecuti fuerant, paulatim disciplina regulari refrigescere: Erdélyi, *Register* p.27.

## **refringo, -ere**

Nec etiam de invasione terrarum domini illius aliquid caveatur, vel quod iam prius cautum est, refringatur: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.51.

## **refringo, -ere**

nec etiam de invasione terrarum domini illius aliquid caveatur, vel quod iam prius cautum est, refringatur: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.51.

**refugio, -ere, -fugi, -fugiturus**

Mihi ad vestrae serenitatis praesidium duxi refugiendum: 1524 BROD. *Epist.* p.94.

[Monostori] 2015.2.16.

**refugium, -i n.** (refrigerium)

Cum nos ob refrigerium animarum nostrarum et parentum, cum et nostri sexus fragilitatem claustraliter in longinquis partibus simus incluse nullumque habemus singulare refrigerium (*sic ed., recte orig. [Dl 56607]: refugium*), nisi ad opera manuum nostrarum: *a. 1400 Veszpr.okl. II p.364.*

**refugium, -ii n.**

In hac re a modo nullam spem nullumque refugium in nobis habeatis: 1514/? Wenzel, *Dóczyak* p.68.

## **refulgeo, -ere**

Bonorum virorum, qui pro patria, pro religione  
morti se devoverunt animas de vinculis corporis  
ferro absolutas purum illud ethereum nullarum  
luce refulgens in celestibus suscipit habitaculum  
hospicio quodam superne quietis: *Serm. Quinqu.*  
15 (p.50).



## **refulgeo, -ere**

Considerantes itaque inter virtuosos virtute eximia et constancium numero potissima constancia ... Steph<anum> waywodam ... refulgere ... cogimur non immerito magnificis ipsis gestis recensitis ... ad perpetuam gestorum memoriam ... ipsius servicia enarrare: *1350 TGy 1835/II p.93.*

**refusio, -onis f.**

Quod nobiles ex comitatu pro refus<ione ...  
> illati litteras continuas mittunt: 1515 Horváth-Neumann-Pálosfalvi-C. Tóth, *Levelesláda* p.106.

**regaliter** *adv.*

Que (*sc. B.Margareta*) ... translata est in claustrum, quod parentes eius in insula Danubii, ... a primo fundamento edificaverunt, et ad consummationem usque perduxerunt regaliterque, ut decebat, dotaverunt: *Vita Marg.* p.18.

## **regenerativus, -a, -um**

Secunda apparicio purgat culpam, quia tunc tactu mundissime sue carnis vim regenerativam contulit aquis: *Serm. Quinqu.* 26 (p.70).

**regenerator, -oris** *m.*

Et hoc exprimit thema nostrum, cum dicit: quem, scilicet Spiritum Sanctum, regeneratorem effudit in nos habunde (cf. Tit. 3,5): *Serm. Quinqu. 27* (p.72).

## **regenero, -are**

Secunda congruitas sumitur ex parte eius, ad quod est baptismus, scilicet ad regenerandum, ut transferatur homo a potestate tenebrarum in adoptionem filiorum: *Serm. Quinqu. 27* (p.72).

## **regenero, -are**

Quos (*sc. fideles*) eidem (*sc. Ecclesiae*) regenerat  
assidue Spiritus Sancti gracia uberrime fecunda-  
ta: *1422 Mon.episc.Zagr.* VI p.67.

**regestratim** *adv.*

Quamvis nos ... instrumenta super eisdem iuribus possessionariis confecta regestratim ad domum nostram tavarnicalem reponi fecerimus:  
*1386 Süttő, Anjou II p.383.*



**regestrum, -i n.**

Quia quedam ex iamdictis eorum litteralibus instrumentis instrumentis ... ex serie ipsius regestri nostri in annotata domo nostra tavarnicali ex negligenti conservatione deperdita et alienata fore verissimiliter agnovimus: *1386 Süttő, Anjou II p.383.*

**regestrum, -i n.**

*1336 CD Hung. VIII/4 p.200.*

[Szovák] 2015.2.16.

**registrum, -i n.**

*1336 CD Hung. VIII/4 p.200.*

[Szovák] 2015.2.16.

**regestrum, -i n.**

Et tandem huiusmodi regestrum clausum et appensione sigilli ... domini Georgii ... de eius mandato per me munitum tradidi: Erdélyi, *Register* p.194.

## **regialis, -e**

Ego Iohannes natus condam Anthonÿ Milethÿnczÿ de Strigonio publicus sacra apostolica regali-  
que in hoc regno Hungarie ... prenominatis te-  
stibus presens interfui: Erdélyi, *Register* p.44.

**regimen, -inis** *n.*

Quantumcunque autem adulti sint et fiant, semper tamen regimini et conservacioni eiusdem domine matris ipsorum subditi et subnecti fore debent: 1456 Neumann, *Korlátköviek* p.177.

**regina, -ae f.**

Que (*sc. litterae*) in suo roboris firmitate (*sic*) debeant permanere, sic quoque promittimus et spondemus nos ambe regine sub virtute et honore nostre regie maiestatis: 1385 Süttő, *Anjou* II p.246.

**regina, -ae f.**

Idem et regina serenissima iussit: 1525 BROD.  
*Epist.* p.113.



**regina, -ae f.**

Quam cum adhuc mater sua regina gestaret in utero tempore Tartarice persecutionis: *Vita Marg.* p.17.

**reginalis, -e**

Que (*sc. clementia*) cordibus reginalibus iugiter  
debet insedere: 1386 Süttő, *Anjou* II p.383.

## **reginalis, -e**

Supplico humillime, dignetur tam ad maiestatem regiam ac reginalem, ... quam etiam ad magnificentum dominum oratorem suum ... in mei commendationem suas litteras dare et efficere: 1524  
BROD. *Epist.* p.94–95.

## **reginalis, -e**

Supplico dominationi vestrae ... ob respectum maiestatis regiae ac reginalis, ... dignetur ei providere: 1525 BROD. *Epist.* p.113.

**reginalis, -e**

Cum ... terras reginales indebite ... occupatas reambulari et in ius reginale revocari et reduci fecissemus: *1289 Reg.duc.* p.145.

**regiror, -ari, -atus sum** *'iterum giratur'* : *revertitur* — *visszafordul v. visszatér*  
meta ... *abhinc itaque regiratur ad primam metam: 1413 Zsigm.oklt. IV,367.*

**registrarius, -i m.**

Antonius de Pozna nomine et in persona reverendissimi in Christo patris ... Dyonisii archiepiscopi Strigoniensis et cetera, registrarius domini mei gloriosissimi fateor *etc.*: 1461/? Zimmermann, *Urkb.* VI p.97.

**registrum, -i n.**

Item prefati domini omnes electi iuramentum deposuerunt conscientiose de fidelitate et diligentia, quibus commissum est, ut eorum registra statim post decimas presentare et rationem reddere debeant in capitulo: *1520 Reg.Strig.* p.138.



**registrum, -i n.**

extunc talis pars ... extra omnes terminos octavales et brevium iudiciorum seriemque registri causarum coram suo iudice ordinario procedendi ... habeat potestatis facultatem: *1519 SzSzB Szle* 2006 p.348.

**registrum, -i n.**

Extunc talis pars ... extra omnes terminos octavales et brevium iudiciorum seriemque registri causarum coram suo iudice ordinario procedendi ... habeat potestatis facultatem: *1519 SzSzB Szle* 2006 p.348.

**registrum, -i n.**

Quas (*sc. res*) his diebus et ex litteris ac etiam registris vestris illic aput vos esse percepimus: 1523  
C. Tóth, *Bátori* p.229.

## **regius, -a, -um**

Dicatis ... et committatis eisdem verbo nostro regio, quibus et nos presentibus firmiter mandamus, ut *etc.*: 1497 Horváth, *Pótlások* p.176.

**regius, -a, -um**

Supplico dominationi vestrae ... ob respectum maiestatis regiae ac regionalis, ... dignetur ei providere: 1525 BROD. *Epist.* p.113.

**regnicola, -ae m.**

Quatenus ad congregationem generalem universitati regnicolarum harum partium Transsilvanarum ... transmitters deberetis: *1514 Szapolyai oklt.* p.346.

**regnicola, -ae m.**

Nobis et regnicolis nostris est multo gratissimus:  
*1525 BROD. Epist. p.109.*

**regnum, -i n.**

Dum pridem inter nostros barones fervens seditio  
nostra regna turbabat: 1385 Süttő, *Anjou* II p.271.



**regnum, -i n.**

Que (*sc. B.Margareta*) ... adeo evidenter et efficaciter cepit proficere, ut non solum sorores socie, ... sed etiam nobiliores matrone et domine principum coniuges in regno ... in eius moribus honestis edificabantur: *Vita Marg.* p.18.

**rego, -ere, rexi, rectus**

Quod discretus vir, Anthonius pellificis (*sic*) de Braschofia ... coram nobis ... se ... laudabiliter rexit: 1460/XV Zimmermann, *Urkb.* VI p.87.

**rego, -ere**

Cum ipse ... officia, procurationes et negotia nostra in diversis ecclesiis gessisset et rexisset et successive nobis rationem dedisset: 1387 Süttő, *Anjou* II p.441.

**rego, -ere**

Sue sorores suas possessiones ... in sui absentia  
regere nequivissent: 1340 Diaconescu, *Documen-  
te* p.30.

[Szovák] 2015.2.16.

## **rego, -ere**

Qui nos in omni gracia et libertate non modo graciose rexit et conservavit, sed eciam plures libertates nostras reformavit: *1505 Tudománytár* 1839/VI p.67.

**regratio, -onis f.**

Hoc ergo summum divine gracie beneficium  
requirit a nobis devote regracionis servicium:  
*Serm. Qinqu. 9* (p.39).

**regratio, -onis f.**

Hoc ergo summum divine gracie beneficium requirit a nobis devote regracionis servicium: *Serm. Quinqu.* 9 (p. 39).

## **regredior, -i, -gressus sum**

Iidem vester et noster homines ad nos tandem regressi nobis concorditer retulerunt, quod *etc.*:  
1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.167.



**regula, -ae f.**

Ut ... secundum regulam eorum viverent sancte et religiose, pollicens eis omni subsidio ad victum et vestitum eorum et ad refectionem desolatorum se paratum libenter esse: Erdélyi, *Register* p.110.

## **regularis, -e**

Magno enim affectu et quasi ultra vires ieiunia et ceteras regulares observantias suique utiles ipsis (*sic ed. et ms., recte forsan: temporis*) occupationes conabatur observare (*sc. S.Margareta*): *Vita Marg.* p.19.

**regularis, -e**

Ut ab ipsa tenera etate regularibus consuetudinibus imbueretur (*sc. B.Margareta*): *Vita Marg.* p.18.

**regularis, -e**

Quod illi fratres, qui in dicto inveniebantur monasterio, satis dissolute et preter normam regularis discipline vixissent: Erdélyi, *Register* p.109.

**regulariter** *adv.*

Qui pauci fratres in illo erant, non vivebant regulariter: Erdélyi, *Register* p.95.

[Hegyí] 2015.2.16.

## **regulo, -are**

Virtutum nobilitas, quibus anime sancte in Christianitatis religione exercentur ad vite spiritualis profectum, secundum modum et formam virtutum naturalium ad vite sensibilis perfectionem regulantur (*cod. P: regulatur*): GEORG. HUNG. *Tract.* p.396.

## **regulo, -are**

Tertio ponit, quod dicti fratres postquam ecclesiam et domum predictas assecuti fuerant, paulatim disciplina regulari refrigescere: Erdélyi, *Register* p.27.

## **rehabeo, -ere**

Ut ipse ... memoratam possessionem rehabitā prius suā pecuniā absque litis contentionis libere sibi resignare teneatur et difficultate aliquali: 1387/1483 Keglevich, *Garamsztb.* p.226.



## **rehabeo, -ere**

Ut omnia bona mea, que fecerant asportare magnifici viri ... de possessione nostra, ... nullus filiorum ... legitime rehabere valeat, nisi solus Oswaldus filius meus: 1477 Neumann, *Korlátköviek* p.181.

## **rehabeo, -ere**

Alioquin nec aliud facere possum, nisi ut ipsa debita mea, qualitercumque potero, rehabeam: 1468  
Zimmermann, *Urkb.* VII p.366.

**rehabitio, -onis *f.***

Dominus Nicolaus ... usque nostrum reditum in dictum regnum nostrum, ... nec non rehabilitationem et obtencionem castri Strigoniensis per nos Deo aminiculante feliciter habitis atque factis (sic) ... vinculis in eisdem tentus extitit: 1404 /1406 TGy 1835/I p.78.

## **reicio, -ere**

Novi et ego virum, qui talem chartam habebat in bello apud se, cui cum persuadere non potuissem, ut reiiceret, dicebat enim peroptime sibi cavere a sagittis et cavisse per illius charte virtutem: Szilády, *Temesvári* p.32.

## **reintegro, -are**

Extunc fidelis noster ... Stephanus ... eiusce-  
modi defectum ... supplere et reintegrare debeat  
et teneatur: *1519 SzSzB Szle 2006 p.347.*

## **reintegro, -are**

Ideo petit ... minime videlicet ad inquisitionem aliquam sive testium receptionem procedi, nisi fratribus ... prius in possessione ecclesie et conventus ... cum omnibus illorum pertinentiis restitutis, repositis sive reintegratis: Erdélyi, *Register* p.41.

**reintegro, -are**

In usu verorum cultorum ad honorem et laudem creatoris et gloriam ipsius summi Dei renovare plenissime et reintegrare sua efficacia potest (sc. *Eucharistia*): GEORG. HUNG. *Tract.* p.396.

## **reintegro, -are**

extunc fidelis noster ... Stephanus ... eiusce-  
modi defectum ... supplere et reintegrare debeat  
et teneatur: *1519 SzSzB Szle 2006 p.347.*



## **reintimo, -are**

Preterea animum nostrum viceversa per eundem vobis reintimavimus: *1515 Szapolyai oklt.* p.373.

## **relabor, -i**

Iohannes Porkolab testificatus est, qualiter vidit predictum Valentinum sartorem ewaginantem gladium contra Iohannem, ... pro tunc in actu exsecutorem sacre iusticie contra tres hereticos relapsos: *1439 AA Bosnae* p.173.

**relatio, -onis f.**

Nobis et ex fideli nostra relatione eidem prefato reverendissimo domino Georgio episcopo sufficienter apparuit dictos fratres ... dicto eorum monasterio privatos fuisse: Erdélyi, *Register* p.33.

**relatio, -onis f.**

In negotiis vestrae maiestatis credo nos ... optatam relationem in omnibus habituros: 1523 BROD.  
*Epist.* p.83.

**relatio, -onis f.**

Quod ipsi ... universas possessiones ... sive hereditarias, sive emptitias vel impigneratitias (*sic*) ... in communi fraternaliter possidendas sibi condonassent ... easdem pacifice tenendas ac fructus et utilitates earundem percipiendo relatione vicaria in filios filiorum ... inter se pari consensu firmiter statuerunt habendas: 1385 Keglevich, *Garamsztb.* p.218; *cf. inferius*: In cuius

relationis donationisque mutuo testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

[Szovák] 2015.2.16.

**relatio, -onis f.**

Scribitis, quod coloni nostri ... vellent contra vos nobis conqueri. Hoc non curetis, cum venerint, dabitur eis responsio et relatio oportuna: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.103.

**relatio, -onis** *f.*

De quibus scriptis vobis per hunc hominem nostrum relationem fecimus: 1485 SZAPOLYAI OKLT. p.162.

[Szebelédi] 2015.2.16.



**relativum, -i n.**

Quia secundum Ambrosium Dominus est nomen omnipotentie, dicit enim respectu subiectorum. Quia dominus et servus sunt relativa. Et omnia relativa ad convertenciam dicuntur, ut servus domini servus et dominus servi dominus, secundum Aristotelem in Predicamentis: *Serm. Quinqu. 7* (p.37.

**relativus, -a, -um**

Quia dominus et servus sunt relativa: *Serm. Quinqu.*  
7 (p.37).

**relatus, -us** *m.*

Rogamus igitur vos, ut relatibus suis fidem adhibeatis indubitam: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.104.

## **relaxare**

Consequenter annotato domino Petro plebano eiusque successoribus universis perpetue remissimus et relaxavimus (sc. *Emericus de Zapolya*)  
*1465 Szapolyai oklt. p.111.*

## **relaxare**

Domnis autem prelati et baronibus ac regnicolis similiter decem milia florenorum auri relaxo:  
*1499 Szapolyai oklt. p.257.*

## **relaxo, -are**

Item Stephano Alch in salarium suum relaxatum  
est d<enarii> 43 (p.(sic): 1520 Nógrádi, *Kanizsai*  
II,357 (p.34).

## **relaxo, -are**

Me autem in servitiis regiae maiestatis existente Stephanus Agotha fracto meo sigillo ... nec iuris ordine observato bona praefati Wolahi per me vigore literarum regalium retenta remisit et relaxavit : 1468 Zimmermann, *Urkb.* VII p.366.

## **relaxo, -are**

Iohanni Bwzas pro custodia bovum taxam relaxavimus: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.105.



## **relaxo, -are**

Reliquos ... quinquaginta florenos communitas ipsa ad petitiones spectabilis et magnifici domini, Ioannis de Zapolija, comitis perpetui Scepusiensis, waywode Transsilvanensis et Siculorum comitis ipsis fratribus pie remisit et annuit atque relaxavit: 1511/1521 Entz, *Kolozsvár* p.150–151; *Df* 277780.

**relevatio, -onis f.**

Ad extreme deiectionis aliqualem relevationem  
eis conceditur (*sc. iustis*): GEORG. HUNG. *Tract.*  
p.342.

**relicta, -ae f.**

Uti dignetur maiestas vestra ... illas duas partes iudiciarias oneris et gravaminis sententiae, in quo ... Franciscus Bothka ... per omissionem iuramenti sui ... contra ... relictam quondam Francisci similiter Bothka ... coram personali praesentia maiestatis vestrae convictus exstitit et aggravatus, ... supplicantibus pro fidelibus servitiis eorundem conferre gratiose: 1525 BROAD.

[Monostori] 2015.2.16.

*Epist.* p.106.

[Monostori] 2015.2.16.

**relicta, -ae f.**

Cum comes Byter et Mycou ... relictam comitis Petri ... traxissent in causam coram nobis proponentes contra eandem, quod *etc.*: 1291 *Erd.Múz.* 1992 p.84.

**religio, -onis f.**

Utinam vestra maiestas cum ceteris principibus Christianis ... iniret aliquam rationem, ut ista, quae pro Christi religione defendenda instituta fuere, illuc potius converterentur: 1523 BROD. *Epist.* p.79.

**religio, -onis f.**

Religio est virtus quedam superioris vite. Unde et religio dicitur a religo religas quia hac virtute religatur divino cultui ... Dividitur autem religio in has species, in fidem, spem, et caritatem: PAUL. HUNG. *Penit.* p.211-212.

**religio, -onis f.**

Bonorum virorum, qui pro patria, pro religione  
morti se devoverunt animas de vinculis corporis  
ferro absolutas purum illud ethereum nullarum  
luce refulgens in celestibus suscipit habitaculum  
hospicio quodam superne quietis: *Serm. Quinqu.*  
15 (p.50).



**religio, -onis f.**

Qui et monasteria hic sua in debitum redegit ordinem, et religioni sua doctrina suaque sanctimonia plurimum conducit: 1525 BROD. *Epist.* p.109.

**religio, -onis f.**

Accepimus Thurcos, inimicos Christiane religionis ... ad regnum Transalpinense transmigrasse:  
*1515 Szapolyai oklt. p.366.*

[Szebelédi] 2015.2.16.

**religio, -onis f.**

De negotio vero Prutenico repetivit illa eadem, quae superioribus diebus dixerat, ... multa tamen questus de magistro, qui sede apostolica inconsulta religionem a sola sede apostolica dependentem hoc pacto profanavisset: 1525 BROD. *Epist.* p.119.

**religio, -onis f.**

Aurum ... excellit in divitiis mundi, thus in honoribus, quibus honoratur Deus in cultu religionis, mirra in deliciis, quoniam ex eius unccione conservantur membra tenera delicate carnis: *Serm. Quinqu. 25* (p.68).

**religio, -onis f.**

Utrum ex syderibus causetur diversitas morum et eventuum futurorum in hominibus? ... Repugnat hoc Christiane religioni, repugnat et sensui et etiam rationi: Szilády, *Temesvári* p.33.

**religio, -onis f.**

Sicut si ego a principio adolescentie semper habuissem voluntatem intrandi religionem anno etatis mee XXX ita, quod illud non faciam antea:  
Szilády, *Temesvári* p.5.

**religiositas, -atis f.**

Ut ipsi de medio eorum, gremio scilicet conventuum a modo abbates in ecclesias abbatiales eligere, praeficere, vita et moribus ac religiositate praeditos ... possint: 1510 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.609.

## **religiosus, -a, -um**

Et sic accipitur mons Gen. XIX.: Ne respicias retro, scilicet apostatando, nec stes in omni regione, scilicet amicorum et propinquorum, sed in monte, scilicet religiose vite, salvum te fac: *Serm. Quinqu. 2* (p.26).



## **religiosus, -a, -um**

Que (*sc. B.Margareta*) cum esset annorum vix quinque, conperiens aliquas ex sororibus indutas ciliciis incedere rogavit magistram suam, religiosam matronam nobilem, quam matrem semper vocabat: *Vita Marg.* p.18.

## **religiosus, -a, -um**

Nos in quadam causa in facto cuiusdam vinee religiosorum fratrum heremitarum ordinis Sancti Pauli primi heremite de Chatka ... inter ipsos fratres heremitas ac honestam dominam ... relictam ... coram religioso fratre Michaele custode dicte ecclesie Sancti Martini alias mota et ventilata ... novum iudicium concessimus: 1497 Horváth, *Pótlások* p.176.

## **religiosus, -a, -um**

Erga religiosos ac devotos fratres Carthusienses  
... auctoritatem afficimur: *1509 Szapolyai oklt.*  
p.299.

## **religiosus, -a, -um**

Cum ritu catholici principis pro ulteriore conservatione status omnium et religiosissimae fidei universam Christianitatem in his utilibus foederum induciis glutine quodam indissolubili ... inclusam esse voluerimus: 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.350.

**religiosus, -i m.**

Quidam in forma religiosorum apprens sic eum  
(*sc. regem*) alloquitur: GEORG. HUNG. *Tract.* p.378.

**religiosus, -i m.**

Quibus omnibus rex permotus et permaxime supradictorum nequicia commotus emisso publico edicto omnes religiosos de regno suo expellere et perturbare fecit: GEORG. HUNG. *Tract.* p.384.

## **relinquo, -ere, -liqui, -lictus**

Quam ut relictis praesidiis necessariis ea tantum, quae ab illo sunt parta, in reditum suum defendi ac retineri possent: 1524 BROD. *Epist.* p.86.

## **relinquo, -ere, -liqui, -lictus**

Si bene memini, dederam eas *litteras* vestrae ... dominationi, vel si apud me remanserant, sunt vel apud Egidium Zephyrum, sollicitatorem meum, vel inter reculas meas istic relictas: 1524 BROD. *Epist.* p.102.



**relinquo, -ere, -liqui, -lictus**

Sed ego haec me prudentioribus relinquo iudicanda: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

## **relinquo, -ere**

Super cuius quidem castris ... restitutione eundem ... quitum et expeditum reliquimus, immo relinquimus et reddimus: 1523 C. Tóth, *Bátori* p.229.

## **relinquo, -ere**

Ne per decessum meum ... conthoralem, filios  
atque filias ... in errore sew mala dispositione  
reliqui (*sic, recte forsan: reli<n>qui*) contigisset:  
*1456 Neumann, Korlátköviek p.179; Dl 62594.*

## **relinquo, -ere**

Quomodo Iohannes Volah, iobagio domini nostri, commansor noster ... magnas vulnerationes et correctiones seu percussiones est passus et ... ipsum quasi semivivum reliquissent: 1469 Zimmermann, *Urkb.* VII p.370.

## **relinquo, -ere**

Quod ob eam causam in pleno numero fratres ...  
introduci fuissent ad dictum monasterium et eis  
relictum ad possidendum: Erdélyi, *Register* p.112.

**reliquiae, -arum**

Unam crucem argenteam cum reliquiis repletam:

*1420 Zsigm.oklt. VII,1362.*

**reliquiae, -arum f.**

qui si labantibus tunc rebus suppetias tempestive non tulisset, quae adhuc supersunt, Christianitatis reliquiae nullae forsitan essent: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.250.

**reliquiae, -arum f.**

Qui si labantibus tunc rebus suppetias tempestive non tulisset, quae adhuc supersunt, Christianitatis reliquiae nullae forsitan essent: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.250.



**reliquiae, -arum f.**

Post prandium operabatur manibus suis maxime opera, que ad ecclesie et sanctarum reliquiarum erant ornatum (*sc. S.Margareta*): *Vita Marg.* p.19.

## **reliquiae, -arum**

Unam crucem argenteam cum reliquiis repletam:  
*1420 Zsigm.oklt. VII,1362.*

## **reliquo, -ere**

Quod si divino ita volente iudicio ... preter ipsam dominam ... post se non reliqueret filias vel si reliqueret, sed ille quoque deficerent: *1519 SzSzB Szle* 2006 p.351.

## **reliquo, -ere**

quod si divino ita volente iudicio ... preter ipsam dominam ... post se non reliqueret filias vel si reliqueret, sed ille quoque deficerent: *1519 SzSzB Szle 2006 p.351.*

**reliquum** *adv.* = *ceterum* ?

Reliquum v<estram> v<enerabilem> d<ominationem>

felicissime valere opto: 1516 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C.

Tóth, *Levelesláda* p.106.

## **reliquus, -a, -um**

Tantam video difficultatem, ut parum aut nihil spei apud me sit reliquum: 1523 BROD. *Epist.* p.84.

## **reliquus, -a, -um**

Non enim dubito vestrarum maiestatum auctoritatem, qui soli cum vestris subditis sustinetis pondus diei et aestus, multum potuisse illos monere et plus quam omnium reliquorum principum auctoritatem: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

## **reluceo, -ere**

Et quidem excellentissima vite ipsius sanctitas relucet eo, quod dicitur in proposita auctoritate: rex misericordia et veritate custoditus: *XIII* Madas, *Serm.* p.78.



**reluctatio, -onis f.**

Et hoc debemus facere faciliter, sine reluctacione:  
*Serm. Quinqu. 37 (p.87).*

## **reluctor, -ari**

Licet reluctantem (*sc. regem*) ad sedem pristinam reduxerunt (*sc. principes et magnates*) et usque ad mortem regnare coegerunt: GEORG. HUNG. *Tract.* p.382.

## **reluctor, -ari**

Et de his, ne in hoc reluctetur, scripsimus etiam ad praefatum Benedictum, alias thesaurarium nostrum: 1510 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.582.

**remanentia, -ae f.**

Remanentie molendinalium de Merenye fl. 5 den  
80: 1497 *Lib.divis.Vespr.* p.36.

[Szovák] 2015.2.16.

**remanentia, -ae f.**

Cum ... remanentiam postcedentium peditum  
pariter et equitum ab inimicorum insidiis ... ca-  
veremus: 1444 Zimmermann, *Urkb.* V p.124.

## **remaneo, -ere, -mansi, -mansus**

Si bene memini, dederam eas *litteras* vestrae ... dominationi, vel si apud me remanserant, sunt vel apud Egidium Zephyrum, sollicitatorem meum, vel inter reculas meas istic relictas: 1524 BROD. *Epist.* p.102.

**remaneo, -ere**

Item ibidem in Bogyoslo remansit apud carpentarios fl<oreni> 4: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,451 (p.38).

**remaneo, -ere**

Quarum (*sc. domorum*) terre consumptis et anichilatis eisdem edificiis ipsi Nicolao remanerent:  
*1338/1365 Mészáros, Visegrád p.108.*



**remaneo, -ere**

Quibus presentibus in calculatione proventus decimarum comitatus Naghbarss de anni (*sic*) 1516 dominus Iohannes Zekel prepositus Sancti Thome decimator dicti comitatus remansit debitor in florenis 163,5: *1520 Reg.Strig.* p.132.

## **remaneo, -ere**

Quem terminum si praetermitteret insolutum, extunc in duplo eorundem florenorum non solutorum contra ipsos ... remaneret: 1377/XVIII  
Keglevich, *Garamsztb.* p.191.

## **remaneo, -ere**

Que (*sc. B.Margareta*) ... cum bonorum sororum secum remanentium societate de claustro Vesprimiensi translata est in clastrum, quod parentes eius in insula Danubii ... edificaverunt: *Vita Marg.* p.18.

**remaneo, -ere**

Ut fratres non plures ... in illo monasterio remansissent: Erdélyi, *Register* p.51.

**remedium, -i n.**

Beneficium absolutionis simpliciter vel ad cautelam ac restitutionis in integrum et quecumque iuris remedia ac quascumque litteras gratiam seu iustitiam in se continentem petendum, obtinendum: Erdélyi, *Register* p.42.

**remedium, -i n.**

Que fidei sue commisimus pro remedio anime nostre distribuenda et elargienda: 1387 Süttő, *Anjou* II p.441.

**remedium, -ii n.**

Adhibet sua sanctitas cum sua sponte, tum meo etiam hortatu ea remedia, quae potest: sollicitat pacem inter principes: 1524 BROD. *Epist.* p.98.

**remedium, -ii *n.***

Quam aliis rebus vobis necessariis pro ulteriori felici statu et remedio protectionis subvenire: 1491  
SZAPOLYAI OKLT. p.195.

[Szebelédi] 2015.2.16.



**remedium, -ii n.**

Nam sicut in corruptione illius morbi manifestatur rigor divine iusticie, sic in remedio illi opposito notificaretur dulcedo divine misericordie: *Serm. Quinqu. 27* (p.72).

**remedium, -ii n.**

Quatenus ... quoscumque nobiles vel ignobiles aliquem tumultum vulgi vel insurrectionem incitantes reperierint, tales quam per detentionem personarum, quam etiam alia oportuna remedia: *1514 Szapolyai oklt. p.347.*

## **rememoro, -are**

Unde nos ... diu tractantes constitutionesque nostras et statuta bene rememorantes ... hanc sententiam diffinitivam ... pronuntiamus: *1515 Reg.Strig.* p.112.

**remeo, -are** (remaneo)

Que (*sc. matronae*) eam multo affectu de diversis regni partibus pariter venientes videre poterant, ... se ... eius orationibus cum devotione commendantes ad propria cum gaudio remanebant (*sic ms., ed. corr.: remeabant*): *Vita Marg.* p.18.

**reminiscentia, -ae *f***

Ut homo non modo memoria, sed reminiscentia  
muniatur: BONF. *Symp.* III,383.

**remissoria, -ae f.**

Per totum illum et sequentem diem decerni remissoriam, deputari iudicem reverendum dominum Martinum Atthadÿ episcopum Augustopolensem, me notarium infrascriptum ad conscribendum depositiones testium et prefigi terminum spatium sex dierum ad inquirendum super eisdem articulis in Kermend: Erdélyi, *Register* p.25.

**remissorialis, -e**

Dominus vero Michael Vitezius iudex subdelegatus ... litteras remissoriales decrevit: Erdélyi, *Register* p.26.

**remissorialis, -is m.**

Iudices eundem Natalem d personaliter comparendum monuerunt et ad examinandum super delictis premissis ad partes nostras remissoriales destinarunt: 1524 Theiner, *Mon.Slav.* I p.581.



## **remitto, -ere**

Quod ... Symon filius Balase ... predictam particulam terre a meta curie dicti magistri Iohannis filii Alexandri incipiendo usque ad plateam iuxta angulum domus Iohannis fabri versus partem meridionalem directe adiacentis ... magistro Iohanni ... remisisset: 1358 Mészáros, *Visegrád* p.123.

## **remitto, -ere**

Vestrum ... nuntium ad ipsum pro hac re transmissum nullum bonum responsum eidem dando vacuum remisisset: 1468 Zimmermann, *Urkb.* VII p.366.

## **remitto, -ere**

Franciscus ... episcopus ... Ioanni Dragfi ex florenis mille, quibus obligatur domino praelato, qui pignoris loco crucem habet auream, remisit florenos quadringentos, alii sexingenti exigantur: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.29; *Dl* 89 199.

## **remitto, -ere**

Prefatam causam cum suis dependentiis de voluntate domine nostre ... regine vestro examini duximus presentibus remittendam: 1385 Süttő, *Anjou* II p.299.

## **remitto, -ere**

Me autem in servitiis regiae maiestatis existente Stephanus Agotha fracto meo sigillo ... nec iuris ordine observato bona praefati Wolahi per me vigore literarum regalium retenta remisit et relaxavit : 1468 Zimmermann, *Urkb.* VII p.366.

## **remitto, -ere**

Eadem domina cum dictis filiabus suis debitum ducentarum marcarum simul cum pena earundem ... remiserunt: *1291 Erd.Múz.* 1992 p.84.

## **remitto, -ere**

Et hoc dicit (*sc. Dominus*) in reprehensionem hominum negligencium, qui cingulis laxatis et tunicis remissis percuciant pulveres, sicut cauda vulpis: *Serm. Quinqu. 33* (p.82).

## **remitto, -ere**

Reliquos ... quinquaginta florenos communitas ipsa ad petitiones spectabilis et magnifici domini, Ioannis de Zapolija, comitis perpetui Scepusiensis, waywode Transsilvanensis et Siculorum comitis ipsis fratribus pie remisit et annuit atque relaxavit: 1511/1521 Entz, *Kolozsvár* p.150–151; *Df* 277780.



## **remitto, -ere**

Franciscus ... episcopus ... Ioanni Dragfi ex florenis mille, quibus obligatur domino praelato, qui pignoris loco crucem habet auream, remisit florenos quadringentos, alii sexingenti exigantur: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.29. = DL 89199.

## **remoro, -are**

Quamvis regia m<aiestas> pro honore suo et pro honore caesareae m<aiestatis> numquam mittere solita sit aliquem ad caesaream m<aiestatem>, qui non sit de primis nobilibus regni suae m<aiestatis> et ideo exspectasset illos sine oppressione teneri, et non illos per plures menses, antequam ad portam caesaris accedere permitterentur, remorari: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.47.

## **remoro, -are**

quamvis regia m[aiestas] pro honore suo et pro honore caesareae m[aiestatis] numquam mittere solita sit aliquem ad caesaream m[aiestatem], qui non sit de primis nobilibus regni suae m[aiestatis] et ideo exspectasset illos sine oppressione teneri, et non illos per plures menses, antequam ad portam caesaris accedere permetterentur, remorari: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.47.

**remoror, -ari**

Nos hic avidum remorabimur hostem: IAN. PANN.  
*Paneg.* 3,2,167.

[Szovák] 2015.2.16.

**removeo, -ere**

Cognicio manifesta removit tenebras ignorancie  
actualis: *Serm. Qinqu.* 10 (p.42).

## **removeo, -ere**

Extunc ... supradictas tricesimas ... perpetue  
removebimus, ymo transferemus ad eandem Jau-  
riensem civitatem et Sempthe: 1385 Süttő, *Anjou*  
II p.254.

**removeo, -ere**

Domini de capitulo capitulariter congregati removerunt magistrum Iohannem ... ab officio molendinorum: *1514 Reg.Strig.* p.105.

**remunerator, -oris m.**

Status autem perfeccionis est arduus in difficultatibus, rarus in observatoribus, proficiuus in remuneratoribus: *Serm. Quinqu.* 30 (p.77).



## **remuneror, -ari**

Caput si bonum fuerit predictis modis, tunc remunerabitur in patria propter meritum misericordie: *Serm. Quinqu. 3* (p.30).

**remus, -i m.**

Qui nuper toto lembos egere profundo, / pro frenis remos, pro signis frena regentes: IAN.PANN.  
*Paneg.* 3,2,102-03.

**renascor, -nasci, -natus**

Iosa Turcus ... recognoscens Deum, verum creatorem suum in sui essentia, proprio motu propriae voluntate, dimissa detestabili fide paganismi, renatus sacri baptismatis unda, fidem veram catholicam est adeptus: 1428 Katona, *Hist.crit.* XII p.505.

**renegatus, -i** *m. apostata - hitehagyó*  
Non sic impii renegati - non sic faciunt! GEORG.  
HUNG. *Tract.* p.304.

**renitentia, -ae f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... renitentia ...  
abest: BONF. *Symp.* III,445.

**renitentia, -ae f.**

Sine aliqua renitentia aut quesita occasione ...  
reddere ... debeatis: *1497 Szapolyai oklt.* p.240.

## **renitor, -ari**

Quod quodam vice tempore vindemiarum quidam frater ... in tecto cuiusdam domus quandam puellam renitentem volens opprimere et deflorare: Erdélyi, *Register* p.155.

## **rennovo, -are**

Ut sine inclusione d<omini> regis Poloniae vel saltem laesione maiestatis suae et dominiorum suorum neque treugas pacis cum caesare renovare voluit: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.42.



## **renovo, -are**

Ut sine inclusione d[omini] regis Poloniae vel saltem laesione maiestatis suae et dominiorum suorum neque treugas pacis cum caesare renovare voluit: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.42.

**renovatio, -onis f.**

Item feria sexta ... dedi Balcko propter renovationem calcium d<enarios> 12: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* II,650 48).

**renovo, -are**

De puro tritico, quem (*sic*) seminare feci, tecturam ecclesie ... filius meus ordinare et renovare faciat: 1477 Neumann, *Korlátköviek* p.181.

**renovo, -are**

Item pro coopertoriis renovandis marcam unam  
annuatim: *1248/XVIII CD Hung. IV/2 p.24.*

**renovo, -are**

Ut etiam nobis non posset esse non molestum  
quidquam praeter veterem eorum ordinem in re-  
gno nostro constitutionem renovari: 1525 BROD.  
*Epist.* p.109.

**renuntiatio, -onis f.**

Sub omni iuris et facti renuntiatione ad hec necessaria pariter et cautela, super quibus omnibus et singulis supradictus dominus constituens petiit et requisivit per me infrascriptum notarium sibi fieri et tradi unum ... instrumentum: Erdélyi, *Register* p.43.

**renuntiatio, -onis f.**

Quatenus dictam renunciationem et electionem  
admittere debeamus: *1424 Pozsonyi viszály* p.255.

## **renuntio, -are**

Nunc quadam indigentia seu necessitate coactus eandem terram ... Laurentio ... vendidisset ... perpetuo possidendam, renuntians omni iuri, quod ipse aut posterius sui habere potuissent in terra praenotata (*sc. Iacobus*): 1386 Keglevich, *Garamsztb.* p.223.



**renuo, -ere**

Quibus auditis iidem iobagiones ad premissa responderere renuissent: [1370], 1414 Keglevich, *Garamsztb.* p.171.

**renuo, -ere**

Idem autem Stephanus ... <ad> vocationem ipsorum venire renuisset: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.168.

**renutus, -us** *m.*

Et res creatae custodes appetunt celestes, qui eas,  
quae nondum sunt, pro dei nutu et renutu formas  
excitant: BONE. *Symp.* III,311.

## **reobtineo, -ere**

Quam quidem civitatem nostram in manu forti Deo auxiliante reobtinuimus: 1424 Katona, *Hist.crit.* XII p.428.

## **reobtineo, -ere**

Quam quidem civitatem nostram in manu forti Deo auxiliante reobtinuimus: 1424 Katona, *Hist.crit.* XII p.428.

## **reor -eri**

Quomodolibet in futurum se ratum, gratum atque firmum perpetuo habiturum totum id est quitquid per dictos procuratores constitutos ac substitutos vel substituendos actum ... fuerit: Erdélyi, *Register* p.43.

**reor, -eri**

Quae tales tantaeque sunt, ut multo consultius rear de his silere, quam pauca loqui: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.258.

**reor, -eri**

Quae tales tantaeque sunt, ut multo consultius rear de his silere, quam pauca loqui: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.258.



**reostensio, -onis** *f.*

Quatenus reambulationem et reostensionem metarum ... debeatis prorogare: 1386 Süttö, *Anjou* II p.384.

**reparatio, -onis f.**

Quia si providissent ipsi fratres ad aliquantulam  
reparationem monasterii: Erdélyi, *Register* p.77.

**reparatio, -onis f.**

Quoniam dicti fratres Augustinenses non curassent quitquam ad reparationem et conservationem dicti monasterii oppidi Kermend: Erdélyi, *Register* p.130.

**reparatio, -onis f.**

Quod si ipsi fratres mansissent in dicto monasterio ... potius male et inutiliter consummebant, quam ad edificia et ad reparationem dicti monasterii exposuissent: Erdélyi, *Register* p.176.

## **reparo, -are**

Quod nisi cives dicti oppidi Kermend de eorum elemosina tecturam ipsius predicti monasterii refecissent vel reparassent: Erdélyi, *Register* p.109.

**reparo, -are**

Quod unquam dicti fratres . . . in aliquo reparas-  
sent dictum monasterium: Erdélyi, *Register* p.51.

## **repassco, -ere**

Ne fervor conceptus repescat (*sic*) et ardor sancti desiderii frigescat, cum ascensus contemplatoris sit occiduus: *Serm. Quinqu.* 9 (p.40).

## **repatrio, -are**

In mense Octobris decrevi gradum doctoratus accipere et omnino ad Nativitatem Dei repatriare:  
*1449 TSz 1929 p.135; Dl 80935.*



**repello, -ere, reppuli, repulsus**

Non unius regis aut populi videtur esse, ut tantum tyrannum, tot populorum ac nationum dominum non dicamus superare, sed si totus incumbat, finibus suis arcere saltem et repellere possit: 1523  
BROD. *Epist.* p.71.

## **repello, -ere**

Qualiter ipse pro quibusdam suis neccessitatibus repellendis et sublevandis unum fundum curiae ... Petro ... pignori obligasset: 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.282.

## **repello, -ere**

Thus, ut repelleretur ex fumo suavi fetor loci stabularis: *Serm. Quinqu. 25* (p.68).

## **rependo, -ere**

Quatenus eundem nostri ob intuitu (*sic, recte:* intuitum) humaniter pertractent ac eidem amicitiam et favorem impendant, pro quibus omnibus nos vicem rependere non postponemus: 1460/XV Zimmermann, *Urkb.* VI p.87.

**repente** *adv.*

Supervenerunt repente nova satis adversa: bas-sam illum praefectum Cayri, qui a Turca defece-rat, a suis esse obtruncatum: 1524 BROD. *Epist.* p.97.

## **repentinus, -a, -um**

Hoc ... visum est convenientius et ... accomodatus, quam eum post repentinum praesertim ... principis Ferdinandi illinc abitum Viennae desiderare: 1524 BROD. *Epist.* p.103.

## **repercutio, -ere**

Splendorem quippe diurnum / arma repercusso  
geminabant splendida Phoebos: IAN. PANN. *Paneg.*  
3,2,70-71.

## **reperio, -ire**

Circa cuius operis (*sc. renovationis tecturae*) laborem asseres iam duobus florenis aureis comparare feci, quas reperient in Wgrod: 1477 Neumann, *Korlátköviek* p.181.



## **reperio, -ire**

Quod prefati pauperes fratres ... neque advocatum, neque sollicitatorem ... allegare sive scribere, aut eorum causam agere velit, reperire etiam magna et plusquam idonea mercede et solutione promissa et effectualiter, etiam antequam aliquid laboraverint sive scripserint: Erdélyi, *Register* p.41.

**reperio, -ire**

Qui in dicto monasterio ... erant et reperiabantur: Erdélyi, *Register* p.109.

[Hegy] 2015.2.16.

## **reperio, -ire**

Scire ... te velim ... me hospitem quendam ...  
reperisse adeo cupidum, ... ut non sit satis aesti-  
mare: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**repertor, -oris** *m.*

Non enim scematum repertor est Deus, id est formarum, secundum Basilium in Exameron (*Basil. M. Hex. 2,3; cf. PG 29,34B*), sed tocius nature creator, materiarum simul et formarum: *Serm. Quinqu. 37* (p.87).

## **repesco, -ere**

Ideo ne fervor conceptus repescat et ardor sancti desiderii frigescat, cum ascensus contemplatoris sit occiduus, ut locuste, dicente Bernardo (cf. PL 892B), quod rara hora et parva mora potest esse homo in contemplacione: *Serm. Quinqu.* 9 (p.40).

## **repeto, -ere, -petivi, -petitus**

De negotio vero Prutenico repetivit illa eadem, quae superioribus diebus dixerat et quae ego ad vestram maiestatem perscripseram: 1525 BROD. *Epist.* p.119.

**repeto, -ere**

Fratres Sancti Francisci de observantia, et magister Martinus de Wyhel repetierunt et pro reperi-  
tis habuerunt: Erdélyi, *Register* p.25.

[Hegy] 2015.2.16.

## **repeto, -ere**

ut ipsi ad repetendum pretium ... legitime accessissent: [1370], 1414 Keglevich, *Garamsztb.* p.171.



## **repeto, -ere**

Quatenus ... preallegatas litteras vestras ... a ... Demetrio ... repetere et ab earundem litterarum vestrarum quavis exequucione modis omnibus supersedere et cessare debeatis: 15012–1516  
Horváth, *Pótlások* p.178.

## **repeto, -ere**

Credo illum ipsum, qua iam pridem venerat, pulchram Viennam paulo nummatiore propediem repetiturum: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**repleo, -ere**

Unam crucem argenteam cum reliquiis repletam:  
*1419 Zsigm.oklt. VII,1362.*

[Szovák] 2015.2.16.

**repleo, -ere**

Replerunt amaritudine thabernaculum mentis  
nostre ille enormes offense preterite: *1422 Mon.episc.Zagr.*  
VI p.67.

[Szovák] 2015.2.16.

## **repleo, -ere**

Idem dominus prepositus ira et furore repletus insanivit clamando *etc.*: 1425 *Pozsonyi viszály* p.263.

## **repleo, -ere**

Hiis ... peractis idem dominus archiepiscopus favore repletus (*dicitur forsán cum ironia?*) cum universis suis populis ... ducenta iugera terre ... fecisset perarari: 1370 Keglevich, *Garamsztb.* p.173.

**repleo, -ere**

Unam crucem argenteam cum reliquiis repletam:  
*1419 Zsigm.oklt. VII,1362.*

[Szovák] 2015.2.16.

**repletio, -onis f.**

De qua replecione dicitur Sap. I <7>: *Serm. Quinqu.*  
16 (p.52).



**replicatio, -onis f.**

Coram quibus factis revisionibus ac repplicationibus datisque articulis de novo hincindeibidem per eosdem usque ad litis contestationem inclusive processum: *1425 Pozsonyi vizsály* p.257.

## **replico, -are**

Ideo ne idem per idem pluries replicem et longa  
me scripta animum d<ominationis> v<estre> te-  
dio aficiant: *1449 TSz 1929 p.135; Dl 80 935.*

## **replico, -are**

In loco Melstica cognominato iam de terra Romaniae itinere nostro ineundo antea continuato versus patriam retroflexo replicata vice contra innovatam potentiam summi imperatoris (*sc. conflictus fuit*): 1444 Zimmermann, *Urkb.* V p.124.

## **replico, -are**

Quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra ad prosequendum et pertractandum causam predictam ... libellum seu libellos et quascunque alias petitiones verbo vel in scriptis dandum ... exceptiones ... replicandum: Erdélyi, *Register* p.42.

## **repono, -ere**

Illud nomen perpetui comitatus, quo ipsa civitas tempore praefati condam ... genitoris nostri ... vocitata est, auferimus eandemque in pristinam eius libertatem reddimus et reponimus: 1465 Zimmermann, *Urkb.* VI p.215.

## **repono, -ere**

Quia ipsa sua litteralia instrumenta ... essent  
apud manus communes reposita: 1385 Süttő,  
*Anjou* II p.262.

## **repono, -ere**

Quamvis nos ... pridem contra ... Petrum Zudar banum animum habentes motivum eundem nostris vinculis mancipando ... instrumenta ... ad domum nostram tavnarnicalem reponi fecerimus: 1386 Süttő, *Anjou* II p.383.

## **repono, -ere**

Si aliquando ipsi ... ira moti eosdem sex florenos ab ipso ... more solito acceptare recusarent, extunc idem ... eosdem florenos in dicto conventu reponendi liberam haberet facultatem: 1377 Keglevich, *Garamsztb.* p.191.



## **repono, -ere**

Quidam eius pauper convicaneus picam tenebat, que sepius per fenestram divitis illius absentis intrans rostro per foramen de florenis extrahebat, quotquot poterat, et ascendens ad pilam cucurbite istius, que pendeat in signum medonis propinati, ut moris est, raptos florenos reponebat: Szilády, *Temesvári* p.75.

## **repono, -ere**

Donec ... regnum hoc ab illius (sc. hostis) impetitione seu infestatione Dei auxilio liberabimus et in tranquillitatem priorem reponemus: *1505 Tudománytár* 1839/VI p.68.

## **reporto, -are**

Presentes autem, si necesse fuerint (*sic*), in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum fuerit (*sic*) nobis reportate: 1343 Mészáros, *Visegrád* p.110.

## **reporto, -are**

Certissime indubitanter (codd. Wsqq: et indubitanter) credendum est nunquam ex aliqua persecutione tantum fructum meritorum ecclesiam Dei reportasse: GEORG. HUNG. *Tract.* p.330-332.

**reporto, -are** *adv.*

Ut praesens privilegium simul cum libertatibus  
... perinde, ac si infra lapsum ipsius anni unius  
ad confirmationem reportatae fuissent, in vigo-  
re earum permaneant: 1465 Zimmermann, *Urkb.*  
VI p.214.

**repositio, -onis f.**

Quia thesaurus dicitur a thesis Grece, quod est repositio Latine, quasi repositio auri: *Serm. Quinqu.* 30 (p.78).

## **repperio, -ire**

Cum tribus illum diebus quesivissent, nec repperissent et iam vellent abire: Szilády, *Temesvári* p.7.

## **repperio, -ire**

Quod sepe dictos rusticos ... ipsi domino Andree Bathory nichil dampni fecisse reperimus:  
1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.101.



**repraesento, -are** (represento)

Ubi testis convenisset ad videndum representari per scolares et rectorem scole ascensionem Domini: Erdélyi, *Register* p.134.

## **repraesento, -are**

Corporale fuit sacrificium mortis, quod sustinuit  
(*sc. Christus*) in cruce, et quod representatur in al-  
tari ecclesie: *Serm. Quinqu.* 24 (p.66).

## **reprehendo, -ere**

Debueramque dudum tibi gratulari; sed neque sera gratulatio reprehendi solet [teste Tullio], praesertim si nulla socordia aut negligentia praetermissa est: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**reprehensio, -onis f.**

Ut ipsi ... nostris ... temporibus fidele et incorruptum membrum sacrae coronae regni Hungariae inviolabilis fidelitatis constantia absque ullius infidelitatis reprehensione exstiterint: 1413  
Katona, *Hist.crit.* XII p.158.

**reprehensio, -onis f.**

ut ipsi ... nostris ... temporibus fidele et incorruptum membrum sacrae coronae regni Hungariae inviolabilis fidelitatis constantia absque ullius infidelitatis reprehensione exstiterint: 1413 Kato-  
na, *Hist.crit.* XII p.158.

**reprehensio, -onis f.**

Et hoc dicit (*sc. Dominus*) in reprehensionem hominum negligencium, qui cingulis laxatis et tunicis remissis percuciant pulveres, sicut cauda vulpis: *Serm. Quinqu. 33* (p.82).

**reprobo, -are** (per maximus)

Ladislaus dux ... eadem litteralia instrumenta reprobando ... non desinat ... molestare (sc. *ipsum*) in preiudicium per maximum: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.169.

## **reprobo, -are**

Quod in facto arbitrii inter ipsum et Fako, fratrem suum nuper per nobiles viros arbitrato ... Gregorium ... facie ad faciem reprobavit: 1364 Keglevich, *Garamsztb.* p.134.



## **reprobus, -a, -um**

Nonnullis regnicolis nostris reprobo sensu inflatis ... ad nostri status deiectionem ... laborantibus: *1406 Mon.Budapest* III/1 p.239.

**reprobus, -i m.**

Dyabolus quasi solutus a vinculis ... ad omnem artem sue nequicie se convertit intantum, ut nunc quidem in misterio adorari se in reproborum persona faciat: GEORG. HUNG. *Tract.* p.312.

## **reproduco- ere**

Qui quidem fratres predicti ordinis Sancti Augustini reproducendo primum litteras citatorias quasdam reverendissimi domini episcopi ... contra fratres observantinos in causa presenti emanatas ... responderunt ita se esse conquestos moderno summo pontifici: Erdélyi, *Register* p.7.

**repto, -are**

Iuvenes nunc ima in valle sepulti / reptant: IAN.  
PANN. *Paneg.* 3,2,265–266.

**repto, -are**

Dum tener in cunis reptabat mollibus infans: IAN.  
PANN. *Paneg.* 3,1,296.

[Szovák] 2015.2.16.

## **repudio, -are**

Cum Turco ipso supplice pacem poscente praemissis ex caussis moti, repudiato pacis nomine foedus induciale et quidem septennale felici omnine inivimus: 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.349.

**repudium, -ii n.**

Ut superius laciis declaratum est in articulo, in quo facta est mencio de 300.000 flor[enorum] Hung[aricalium] in casu repudii: 1515 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.882.

**repugnantia, -ae f.**

Quandocunque ipsis comitibus ... per nos fuerit plene satisfactum, tunc nobis ... teneantur et debeant sine aliqua repugnantia vel fraude dictum castrum ... absque omni defectu dare et restituere: 1385 Süttő, *Anjou* II p.271.



## **repugno, -are**

Cum hac efferata barbarorum colluvie gens Hungara centesimum supra quadagesimum annum nunc oppugnans, nunc repugnans assidue conflictatur: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.249.

## **repugno, -are**

Praefatus Simon ... in ipso nostro exercitu multa bellandi animositate procedens in persistentiaque factorum strenuorum manu valia sub quodam fortalio pugnam agens de manibus ab intra repugnantium mortiferi vulneris plagam tulit in suo corpore graviolem: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.145.

## **repugno, -are**

Utrum ex syderibus causetur diversitas morum et eventuum futurorum in hominibus? ... Repugnat hoc Christiane religioni, repugnat et sensui et etiam rationi: Szilády, *Temesvári* p.33.

## **repugno, -are**

praefatus Simon ... in ipso nostro exercitu multa bellandi animositate procedens in persistentiaque factorum strenuorum manu valia sub quodam fortalio pugnam agens de manibus ab intra repugnantium mortiferi vulneris plagam tulit in suo corpore graviolem: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.145.

## **repugno, -are**

Cum hac efferata barbarorum colluvie gens Hungara centesimum supra quadagesimum annum nunc oppugnans, nunc repugnans assidue conflictatur: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.249.

## **repulsivus, -a, -um**

Quum dudum ... Ludovicus rex ... civitatem Tervisii in partibus Italiae sibi pro tunc rebellantem et multa firmitate ac opum abundantia suffultam obsidione dura conclusisset eiusdemque civitatis inhabitatores ad repellendi vires animis erectis arma cepissent obsidionis ipsius repulsiva: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.145.

## **repulsivus, -a, -um**

Quum dudum ... Ludovicus rex ... civitatem Tervisii in partibus Italiae sibi pro tunc rebellantem et multa firmitate ac opum abundantia suffultam obsidione dura conclusisset eiusdemque civitatis inhabitatores ad repellendi vires animis erectis arma cepissent obsidionis ipsius repulsiva: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.145.

**reputatio, -onis f.**

Cum esses parvulus, id est humilis, in oculis tuis, id est in tui reputacione (*cf. I Reg. 15, 17*): *Serm. Quinqu. 3* (p.29).



**reputatio, -onis f.**

Quinto, a reputacione estimacionis malorum,  
quia mali reputant ea esse ultima: *Serm. Quinqu.*  
17 (p.54).

## **reputo, -are**

Ut amodo imposterum dictae possessiones Kisdemeter et Radla pro una possessione et villa reputentur et habeantur: 1453 Zimmermann, *Urkb.* V p.420.

## **reputo, -are**

Quod magister Iacobus ... ipsum non út prepositum, nec sicut socium seu fratremve, verum úti satrapam reputabat: *1425 Pozsonyi vizsály p.*

## **reputo, -are**

Quinto, a reputatione estimacionis malorum,  
quia mali reputant ea esse ultima: *Serm. Quinqu.*  
17 (p.54).

## **reputo, -are**

Quum nos virtutes illas ... fidelis nostri dilectis ... Ladislai de Gereb , episcopi Albensis Transsilvaniae nobiscum saepe reputassemus: *1501* Kato-  
na, *Hist.crit.* XVIII p.297.

**requies, -ei *f.***

Ut ... sol perpetuo circumagitur motu, nec requiem novit ullam: VALENT. ECK p.48.

**requies, -etis f.**

Feria secunda requiem pro famulis (*sc. capellani cantabunt*): 1510 Szapolyai oklt. p.307.

**requies-etis f.**

Ad quam requiem eciam nos perducatur precibus apostoli quietator animarum, Iesus Christus: *Serm. Quinqu. 1* (p.26).



**requiesco, -ere, -quievi, -quietus**

Alii Christiani sanguine Christiano inexplebiles  
sub tegmine alarum vestrarum maiestatum sacra-  
tissimarum requiescunt: 1525 BROD. *Epist.* p.111.

## **requiro, -ere**

In causam attractos ... personaliter accedatis et auctoritate nostra premissa requiratis et amoneatis, ... ut *etc.*: 1463 Arch.Majtényi p.264.

## **requiro, -ere**

Fratres nostros ... duos ex nobis ad investigandum et requirendum de eo, utrum *etc.*, ... duximus transmittendos: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.167.

**requiro, -ere**

In cuius testimonium vos omnes rogo et instanter  
requiro: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.155.

[Szovák] 2015.2.16.

## **requiro, -ere**

Predicti vero fratres Emericus de Bajöth et Michale de Koloswar ordinis Sancti Augustini pro conventu et eorum ordine ibidem monuerunt et requisiverunt eundem magistrum Martinum: Erdélyi, *Register* p.25.

## **requiro, -ere**

Aquam diximus esse gratiam ad bonum operandum datam, cuius requirentes originem, situationem et utilitatem dicimus, quod origo aque, id est gratie est fontana divinitas: *Serm. Quinqu.* 18 (p.56).

## **requiro, -ere**

Equitas suadet, ius requirit, ut quod cuique iustis et legitimis rationibus per iudices diligenter examinatis redditur vel restituitur, id solidum debet perpetuo (*ed. cum mendo typographi: perperuo*) permanere: *1291 Erd.Múz.* 1992 p.84.

## **requiro, -ere**

Que (*sc. Margareta*) ... requisita a matre sua, quem exitum habiturus esset exercitus, ... quasi propheticè respondit *etc.*: *Vita Marg.* p.17.



## **requiro, -ere**

Quum ad quadragesimam plurimi requiruntur sermones, utpote pro diebus singulis continuando, ideo speciali volumine de illis acturus hic pertranseo: Szilády, *Temesvári* p.53.

**requiro, -ere** (recquiro)

*1294/1295 Reg.duc. p.169.*

[Szovák] 2015.2.16.

**requisitio, -onis f.**

Non tamen iidem ad plurimas dictorum actorum requisiciones id facere curaverunt: *1463 Arch.Majténi* p.264.

**requisitio, -onis f.**

Nos ad requisitionem salifodinarum ... cives  
civitatis nostre ... duximus deputandos: 1423  
*Zsigm.oklt. X,883.*

**requisitio, -onis f.**

Semper mandatis et requisitionibus decani Bistri-  
tensis pro tempore constituti parere teneamini:  
1461/? Zimmermann, *Urkb.* VI p.96.

**requisitio, -onis** *f.*

Per dictos dominum Martinum ... et Michaelem ... dominus Georgius episcopus ... ad requisitionem et instantem petitionem prefati Martini magistri ... ibidem presentis decretum et auctoritatem suam interposuit: Erdélyi, *Register* p.194.

**requisitio, -onis f.**

Qui ... ad sepissimas requisitiones suas reddere recusassent recusarentque etiam impresentiarum in preiudicium eiusdem domine et dampnum manifestum: *1506 Szapolyai oklt.* p278.

**requisitio, -onis f.**

Ut universi nobiles et ignobiles ... secundum requisicionem dicti custodis ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque nobis et sacro (*sic*) nostre corone observandam ... rei veritatem ... attestare ... teneantur: 1497 Horváth, *Pótlások* p.176.



**res publica, -ae f.**

Quam ut Deus ... incolumem ... diu pro felici statu sanctae matris ecclesiae et reipublicae christianae conservet: 1526 Theiner, *Mon.Slav.* I p.590.

## **res publica**

maiestate nostra in regno Bohemiae ... pro magnis et ingentibus ipsius d[omini] Wenceslai fratris nostri et nostris propriis factis et negociis expediendis, necnon reip[ublicae] et totius Christianitatis incremento et commodo constituta: 1413  
Katona, *Hist.crit.* XII p.153.

**res publica f.**

maiestate nostra in regno Bohemiae ... pro magnis et ingentibus ipsius d<omini> Wenceslai fratris nostri et nostris propriis factis et negociis expediendis, necnon reip<ublicae> et totius Christianitatis incremento et commodo constituta: 1413 Katona, *Hist.crit.* XII p.153.

**res, -ei f.**

Reliqua suppleat dominorum iudicum peritia et industria ac rerum experientia singularis, de quorum pura conscientia nemo dubitare potest: Erdélyi, *Register* p.49.

**res, -i f. militaris**

Auri tantam argentique vim flagitat, quae in usus rei militaris in defendendis urbibus, in alendo exercitu erogari queat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.306.

**res, -i f.** (militaris)

auri tantam argentique vim flagitat, quae in usus rei militaris in defendendis urbibus, in alendo exercitu erogari queat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.306.

**res, rei f.**

Nos ... , ut saepe sumus testati, his dissidentibus exiguam admodum aut potius nullam publicae salutis et conservandae reipublicae Christianae spem habemus: 1523 BROAD. *Epist.* p.71.

**res, rei f.**

Cardinalem Volterranum ob suspicionem Siciliae ad defectionem sollicitatae et rerum novarum motus in custodiam . . . coniectum puto maiestatem vestram iam pridem intellexisse: 1523 BROD. *Epist.* p.72.



**res, rei f.**

Cardinales tres, quibus cognitio huius causae demandata fuerat, fere quotidie per multas horas hanc rem in arce ventilant: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**res, rei f.**

Re ipsa ac servitute mea sincerissima ostendere conabor vestram maiestatem, quod in me conferet, in gratum ac fidelissimum servitorem collaturam: 1525 BROD. *Epist.* p.110.

**res, rei *f.***

Estne reipublicae administratio res tam ardua?:  
VALENT. ECK p.48.

[Szovák] 2015.2.16.

**res, rei f.**

Ex litteris ... habemus conventum regni ... fuisse turbulentissimum ac nobilitatem rebus infectis abiisse male contentam et omnia extrema minitantem, sese conventum pro libito suo armatos facturos rebusque regni aliter consulturos: 1525 BROD. *Epist.* p.114–15.

**resrei f.**

Quod predicti fratres ... in ecclesia eorum habuissent rem et actum venereum cum pravis mulieribus: Erdélyi, *Register* p.147.

**rescio, -ire**

Ad solutionem igitur ipsius tributi dixerunt se rescivisse omnes et singulos teneri: *1346 Mon.civ.Zagr.*  
I p.181.

**rescio, -ire**

ad solutionem igitur ipsius tributi dixerunt se rescivisse omnes et singulos teneri: *1346 Mon.civ.Zagr.*  
I 181.

**rescribo, -ere, -scripsi, -scriptus**

Rescribimus ... sanctissimo domino nostro, uti  
suades, lenius: 1523 BROD. *Epist.* p.75.



**rescribo, -ere** (*per mendum*: adscribere)

Et quicquidem (*sic, recte*: quicquid) iidem ad contenta eorundem litterarum nostrarum fecerint vel responderint, maiestati nostre suo modo fideliter adscribere (*sic ed., recte [Dl 23321]*: rescribere) debeatis: 1520 Horváth, *Pótlások* p.178.

## **rescribo, -ere**

Quod si forsan aut scriptu dignum aut lectu iocundum nihil habueris, id ipsum rescribe: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

## **rescribo, -ere**

Velim, si tantillum gratiæ tuę habere possem, mihi quam primum rescriberes: *1514 TAUR. Epist. 1* (p.130).

## **rescriptionalis, -e**

Domino palatino pro iudicibus, ... civibus ac universis hospitibus ... contra nobiles ... interiorius nominatos super causis intrascriptis ad octavas festi Beati Georgii martiris rescriptionalis: 1386 Keglevich, *Garamsztb.* p.219.

**rescriptum, -i n.**

Litteras ... rescribi et rescriptum earundem nostro ... sigillo fecimus communiri: 1366 Keglevich, *Garamsztb.* p.143.

**resecō, -are**

Ex adverso prefatus magister Martinus petiit superflua interrogatoria ... resecari: Erdélyi, *Register* p.45.

**resero, -are**

Si ergo vis tibi celum reserari, sectare innocenciam, tene pacenciam: *Serm. Quinqu.* 15 (p.51).

## **resero, -are**

Intellexi sanctitatem vestram ... desyderiis meis in amovendis censuris a capitulo ... Strigoniensi correspondisse oraque ministrorum Dei ad offerendum ei sacrificium laudis pro divinae maiestatis gloria inibi reserasse: 1526 Theiner, *Mon.Slav.* I p.590.



**reservaculum, -i n.**

Quando ipse Paulus Holy in territorio et metis possessionis sue Lynch vocate piscinam seu reservaculum piscium fodere ... voluerit: *1512 Szapolyai oklt.* p.332.

**reservatorium, -i n.**

Item ibidem fuit emptum reservatorium olei d<enariis>  
16: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,224 (p.71).

## **reservio, -ire**

Pro subsidiio misso ago vestre sanctitati gracias, quantas maximas possum, reserviturus una cum omnibus subditis meis hanc vestre sanctitatis beneficienciam: 1526 Theiner, *Mon.Slav.* I p.594.

**reservo, -are**

Presentes vero superinde pro vestra reservetis expeditione: 1523 C. Tóth, *Bátori* p.229.

[Szovák] 2015.2.16.

## **reservo, -are**

Eosdem ... excommunicatos publice denunciatis ... salvo reservato, quod si forte iidem se premissorum occasione minus iuste gravatos fore allegarent: *1463 Arch.Majtényi p.264.*

## **reservo, -are**

Homo regius ... de dictis terris arabilibus proprio eorum aratro reservatis ... ipsi Andrea (*sic*) ... competentem portionem dari petat verbo regio per eosdem: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.165.

## **reservo, -are**

Quod ... Andreas de Bathor ... nonnullos ex iobagionibus ... captivans ac captos et vinctos ad castrum eiusdem ... addu<ci> fecisset, et in sua captivitate donec reservasset, quoadusque predictum oppidum ... eidem ... florenos XI<sup>C</sup> persolvisset: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.101.

## **residens, -entis**

Quare omnibus melioribus modo, via, iure, forma et causa, quibus melius et efficacius ... ordinavit eundem magistrum ... nunc in Romana curia residentem suos veros, legitimos ... nuncios speciales et generales: Erdélyi, *Register* p.42.



**residentia, -ae f.** (residencia)

Nec quisquam nostris et successorum nostrorum temporibus eundem ... et suos heredes ad communem locum Syculorum vel alias contra ipsorum voluntatem causa residence ire compellere presummat: *1326/1365 MNy 1931 p.208.*

**residencia, -ae f.**

(Homo palatinalis) ... legitimis diebus in facie dicte possessionis Zaruas vocate residentiam faciundo: *1413 Zsigm.oklt.* IV,832.

**residentia, -ae f.**

Dominus vero Michael Vitezius iudex subdelegatus ... testibus infrascriptis specialiter hic Bude in domo sue solite residentie adhibito, elegit et deputavit: Erdélyi, *Register* p.26.

**residentia, -ae f.**

Alii vero ... dixissent in continentia in oppositum, quod pater et mater ipsius Katherinae tempore perpetrationis dictae potentiae non in terra dicti castri Posoniensis superius ostensa, sed in territorio ... civitatis ... residentiam habuissent: *1383 CD Hung.* X/8 p.127.

**residentia, -ae f.**

Ubi antedictus Ladislaus ... personaliter agit residentiam: 1517 Wenzel, *Dóczyak* p.76.

**residentia, -ae f.**

ut quandocumque ipse Stephanus in dicta possessione ... perpetuam residentiam facere voluerit  
*etc.: 1370/XVIII Keglevich, Garamsztb. p.170.*

**residentia, -ae f.**

Alii vero incomputabiles homines, videlicet iobagiones reginales et populi abbatae ecclesiae de Pilisio extra murum vel civitatem Posoniensem commorantes in diversis locis vel plateis consentiose requisiti dixissent in continentia in oppositum, quod pater et mater ipsius Katherinae tempore perpetrationis dictae potentiae non in terra dicti castri Posoniensis superius ostensa, sed in

territorio ... civitatis ... residentiam habuis-  
sent: *1383 CD Hung. X/8 p.127.*

[Szovák] 2015.2.16.



**residentium, -i n.**

Et dicit testis audivisse, quod vespas sepius neglexissent, que quidem predicta fuit, ut dicit testis, in scandalum Christifidelium inibi residentium: Erdélyi, *Register* p.100.

## **resideo, -ere**

Ut plerumque nec unica quidem missa ibidem celebraretur in maximum Christifidelium in oppido predicto et partibus circumvicinis residentium dampnum et scandalum fundatorisque eiusdem ecclesie iniuriam manifestam: Erdélyi, *Register* p.27.

## **resideo, -ere**

Quilibet suos debitores coram iudice, sub quo residet, debet quaerere: *1460 Zimmermann, Urkb. VI p.78.*

## **resideo, -ere**

Praeterea in qualibet septimana duos cubulos frumenti boni vel quatuor fratres residentes accipere voluerint: *1248/XVIII CD Hung. IV/2 p.23.*

## **resideo, -ere**

Addit etiam testis se audivisse a civibus dicti oppidi Kermend talia verba frequenter dicere de dictis fratribus Augustinensibus in Kermend residentibus: Erdélyi, *Register* p.109.

## **resideo, -ere**

Nec quisquam nostris et successorum nostrorum temporibus eundem ... et suos heredes ad communem locum Syculorum vel alias contra ipsorum voluntatem causa residence ire compellere presummat, ymo eundem et ipsius successores titulo aliorum nobilium regni nostri ubicunque voluerint residere libera facultate residendi permittat gratulari et gaudere: *1326/1365 MNy 1931*

p.208.

[Szovák] 2015.2.16.

**residuitas, -atis *f.***

Expectamus itaque vobis, ut residuitate, quod superflue prefatus Nicolaus Gwmon contra conscientiam suam levare presumpsit: 1481 SZAPO-  
LYAI OKLT. p.155.

[Szebelédi] 2015.2.16.



**resignatio, -onis f.**

domum ... domini capitulares ... concanonicali eorum ... prehabita eiusdem plebanie cessione et resignatione in manibus eorundem dominorum capitularium facte ... contulerunt: 1522 *Reg.Strig.* p.149.

**resignatio, -onis f.**

Ideo nos ipsum Stephanum Maryasy super huius-  
modi resignatione castri ... quittum reddimus:  
*1516 Szapolyai oklt. p.375.*

## **resigno, -are**

Ut ipse ... memoratam possessionem rehabilitā prius suā pecuniā absque litis contentionis libere sibi resignare teneatur et difficultate aliquali: 1387/1483 Keglevich, *Garamsztb.* p.226.

## **resigno, -are**

Quod ... iidem ... habita predicta quantitate pecunie prelibatam domum nobis ... vendere, remittere et resignare debebunt: *1360 Mészáros, Visegrád* p.126.

## **resigno, -are**

Palatinus ... castrum ipsum nostrum ... nobis  
ad manus fidelis nostri ... resignavit et restituit:  
1523 C. Tóth, *Bátori* p.229.

**resina, -ae f.**

Que (*sc. puella*) cum superasset ignem, picem et resinam, fervens oleum, gladium in ore eius mergi fecerunt et migravit ad agnum, sponsum, dominum Iesum Christum: *Serm. Quinqu. 5* (p.35).

**resina, -ae f.**

Que (sc. puella sancta) cum superasset ignem, picem et resinam, fervens oleum, gladium in ore eius mergi fecerunt: *Serm. Qinqu.* 5 (p.35).

## **resipisco, -ere**

Quin vobis pro fide Christi castra moventibus reliqui Christiani potentatus tandem resipiscant ac malint publico bono salutique consulere: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.255.



## **resipisco, -ere**

Quod ipsi ... a similibus de cetero abstineant,  
desistant et eciam finaliter resipiscant: *1422 Mon.episc.Zagr.*  
VI p.73.

## **resipisco, -ere**

quin vobis pro fide Christi castra moventibus reliqui Christiani potentatus tandem resipiscant ac malint publico bono salutique consulere: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.255.

## **resipisco, -ere**

Optamus, ut Veneti resipiscant, consilia in melius vertant tuique oratoris verbis ac suasionibus magis permoveantur: 1504 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.399.

## **resipiscor, -i**

Quo remotius a suorum oculis segregaretur, neve sanioribus consiliis ac resipiscendi ulla superesset facultas: 1515 Theiner, *Mon.Slav.* I p.560.

## **resisto, -ere**

Nolentes suis votibus resistere, sed ea diligenter ... effectui intendentes mancipare ... locum sessionis ... domino plebano ... duximus conferendum: 1343 Mészáros, *Visegrád* p.109; *CD Zichy* XII p.12–15.

## **resisto, -ere**

Nam et terras hostiles aperto Marte invasimus  
igne ferroque cuncta vastantes et venienti armato  
... forti animo ... saepe restitimus: 1503Pray,  
*Annales IV* p.306.

## **resisto, -ere**

Quum et reip[ublicae] Christianae dignitas et tui regni atque populorum salus in eo mihi versari hoc tempore maxime videretur, si certa in Illyrico atque Croatia municipia Turcis exposita loci natura satis ad resistendum idonea etiam hominum opibus atque praesidiis munirentur: 1515 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.855.

## **resisto, -ere**

Venienti armato (sc. Turco) patria virtute forti  
animo ... saepe restitimus: 1503 Katona, *Hist.crit.*  
XVIII p.347.



**resolutio, -onis f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... resolutio ... abest:  
BONF. *Symp.* III,444.

**resolutio, -onis f.**

Cum quali autem resolutione praefatus frater Nicolaus dimittetur, idem ... abunde faciet Sanctitatem Vestram certiozem: 1518 Bessenyei, *Lettere* p.13.

## **resolvo, -ere**

Que (*sc. B.Margareta*) ... paucis contenta verbis ... nunquam se in risum excussum (*in versione alia [Borselli]: excessivum*) resolvens ... se laudari nullo modo patiebatur: *Vita Marg.* p.18.

## **resolvo, -ere**

Quod nos a ... preposito ... pro continuandis  
et exequendis servitiis domini nostri ... regis  
... exercitualibus ducentos florenos ... recoli-  
mus plenarie recepisse et ab ipsis resolvisse: 1421  
*Pozsonyi vizsály* p.252.

**respectus, -us m.**

Quod ipsa (*sc. Domina*) ... Petrum ... super quarta parte puellari ... constituisset liberum et absolutum, immo et in nostri presentia reddidit totaliter ex respectu fratrem dilcetionis expeditum: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.156.

**respectus, -us m.**

Licet idem multo plura antidotum premia a nobis mereretur horum (*sc. servitiorum*) respectuque (*sic ed., recte: respectu, que*) eidem facere intendimus in futurum: : 1360 Mészáros, *Visegrád* p.125.

**respectus, -us** *m.* (responditum)

Item habentibus responditum (*sic ed., recte: respectum*) super vigilatoribus dedi d<enarios> 8:  
1521 Nógrádi, *Kanizsai* II,652 (p.48).

**respectus, -us** *m.*

Supplico dominationi vestrae ... ob respectum maiestatis regiae ac regionalis, ... dignetur ei providere: 1525 BROD. *Epist.* p.113.



## **respicio, -ere**

Ut ipse querelas cunctorum nostrae ordinariae iurisdictioni subiectorum forum ecclesiasticum dumtaxat respicientes audire ... possit: 1443  
Zimmermann, *Urkb.* V p.122.

## **respiro, -are**

Ut ... populus ... Christianus sub unico summo pontifice in amplitudine gaudiorum respiret:  
1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.250.

## **respondeo, -ere, -spondi, -sponsus**

Ad ... litteras vestrae serenitatis ... non habeo, quid aliud respondeam, nisi me esse et fore perpetuo, dum vivam, addictissimum servulum vestrae serenitatis: 1524 BROD. *Epist.* p.88–89.

## **respondeo, -ere**

Ut tam voto ipsorum aliquantisper in hac parte  
gratiose respondere videamur: *1385 Süttő, Anjou*  
II p.265.

**respondeo, -ere** *felelős vki.*

Ipsa ... assumens nihilominus, si necesse fuerit, pro predictis pueris suis se responsuram: 1370  
Keglevich, *Garamsztb.* p.172.

## **respondeo, -ere**

Licet idem multo plura antidotum premia a nobis mereretur horum (*sc. servitiorum*) respectuque (*sic ed., recte: respectu, que*) eidem facere intendimus in futurum, ut tamen ad presens voto eiusdem palisper (*sic, recte: paulisper*) respondere videamur: 1360 Mészáros, *Visegrád* p.125.

## **respondeo, -ere**

Cum ipsi ... universos nobiles ... congregatos  
ad interrogata responsuors reperissent promptos  
et paratos: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.167.

## **respondeo, -ere**

Que (*sc. Margareta*) ... requisita a matre sua, quem exitum habiturus esset exercitus, ... quasi propheticè respondit *etc.*: *Vita Marg.* p.17.



## **respondeo, -ere**

Ego vidi his temporibus ... hominem in Christo mihi conscientiose revelantem, quod persepe Christum dominum videre soleret ... et ore ad os loqui et ad quacunque interrogata secreta spiritualia respondere: Szilády, *Temesvári* p.6.

## **respondeo, -ere**

Quos motivis exterioribus et materialibus illaqueare non potest (*sc. diabolus*), quia curiosi sunt et sagaces: GEORG. HUNG. *Tract.* p.338.

**sagax, -acis**

IAN.PANN: *Paneg.* 3,1,279–280.

[Szovák] 2015.2.16.

**sagax, -cis**

Sagaces et circumspecti viri, amici nostri carissimi: 1443 Zimmermann, *Urkb.* V p.122.

[Szovák] 2015.2.16.

**sagena, -ae f.**

Clausuras et sagenas ibi existentes permactassent  
et annihilassent: *1414 Zsigm. oklt.* IV,1827.

**sagitta, -ae f.**

Sagitte ... reproborum repercusse fidei scuto in  
corda eorum intrant: GEORG.HUNG. *Tract.* p.338.

**sagitta, -ae f.**

Ut quanto plures pulveres bombardarum et etiam sagittas ballistarum agregare poteris: *1461 Szapolyai oklt.* p.54.



**sagitta, -ae f.**

Quomodo vos circa provisionem civitatis illius cum omnibus ingeniis, videlicet bombardis, pulveribus, sagittis et aliis, ... unde vobis magnas dicimus grates: 1490 SZAPOLYAI OKLT. p.187.

**sagitta, -ae f.**

Novi et ego virum, qui talem chartam habebat in bello apud se, cui cum persuadere non potuissem, ut reiiceret, dicebat enim peroptime sibi cavere a sagittis et cavisse per illius charte virtutem: Szilády, *Temesvári* p.32.

**sagitto, -are**

Quanto semel sagittari potest: *1419 Zsigm.oklt.*  
VII,329.

[Szovák] 2015.2.16.

## **sagitto, -are**

Quando, scilicet in campo, sagitatum et mortuum relictum Deus suscitavit ad hoc, ut ipsemet dicit, ut conveniret Dioclecianum de iniusta nece sanctorum, quorum precibus mundus melioratur: *Serm. Quinqu. 32* (p.80-81).

**sagitto, -are**

Item die dominico ... sagitavit Valentinus unum cervum: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* III,45 (p.62).

**sal, -i s m.**

Item eodem die emi ad allodium Sar pro allodiatore unum sal d<enarii> 10: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,76 (p.19).

**sal, -is** *n.* (sal nitri)

Eis ... iussi dari pulveris perfecti ad tormenta impellenda libras mille, sulphuris praetera libras decies mille, salis nitri quinquies mille, quibus ex rebus pulvis, si esset opus, confici posset: 1515 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.855.

**salarium, -i n.**

Item feria secunda ... Emerico mercenario de Sar in sortem salarii sui d<enarii> 35: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* I,30 14).



**salarium, -ii** *n.* (sallarium)

Ideo pro suo salario aut laboribus proventus censuales de medio vestri nobis ad proximum festum Beati Martini provenire debentes: *1473 Szapolyai oklt.* p.135.

**salcenium, -i n.**

Licet ... racione ... rerum ... mobilium cum eadem quondam domina Anna tempore desponsationis ... eiusdem datarum, ... puta ... duarum vittarum muliebrium gemmis ornatarum, ... unius salcenii argentei aurati ... quedam causa in curia nostra regia ... mota fuisset: 1526 *Arch.Majténi* p.560; *Dl* 73 240.

**saletrum, -i n.**

Item eodem die misi saletrum 'gyarto', pro expensis dedi d<enarios] 10: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,354 (p.128).

**salifodina, -ae f.**

Quomodo in plerisque locis comitatu in predicto ... salifodeine reperirentur: *1423 Zsigm.oklt.* X,883.

**salina, -ae f.**

Salina deaurata ex argento 2. ... Salinum argenteum deauratum: 1521 Entz, *Gyulafehérvár* p.186.  
= *Dl* 82577.

**salina, -ae f.**

Salina deaurata ex argento 2.: 1521 Entz, *Gyula-fehérvár* p.186; *Dl* 82577; cf. *ibid.*: Salinum argenteum deauratum.

**salinum, -i n.**

Item uxori Francisci Zechi florenos trecentos, filiae autem eius . . . florenos ducentos, cupas duas inauratas, pocula duo, salinum unum, cochlearia sex (sc. legavit episcopus): 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.29. = *Dl 89199*.

**salinum, -i n.**

Item uxori Francisci Zechi florenos trecentos, filiae autem eius . . . florenos ducentos, cupas duas inauratas, pocula duo, salinum unum, cochlearia sex (*sc. legavit episcopus*): 1524 Bunyitay, Gyulafé-hérvár p.29; Dl 89 199.



## **salió, -ire**

Eo quod quidam familiaris suus cum nonnullis rebus suis ad dictam Moldauiam saliuisset: *1429 CD Hung. X/7 p.89.*

## **sallariatus, -a, -um**

Idem prefatus Paulus Darholcz ... distribuit plenarie familiaribus nostris sallariatis: *1495 Szapolyai oklt.* p.225.

## **sallarium** TÁRGYSZÓ

Párbér jelentésére: Kollányi: A párbér 108. Soly-  
mosi: Két középkorvégi testamentum 212.

**salsamentum, -i n.**

Lego ... domine conthorali eiusdem cuppam  
deauratam novam et scutellas argenteas deauratas  
pro salsamentis parvas tres.: *1499 Mon.civ.Zagr.*  
II p.518.

## **salsatus, -a, -um**

Item feria sexta . . . pisces salsatos a magistro Petro coco portariis et aliis prebendariis emi: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,763 (p.99).

**salserium, -i n.**

Lego ... episcopo Waradiensi cuppam deauratam novam unam et salserium auratum dupplum unum: *1499 Mon.civ.Zagr. II p.518.*

## **salso, -are**

Item in Chawd dedi Andree Cowach ad emendum sal pro salsandis (ed. corr. ex: salsendis) lardis fl[orenos] 3: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,325 (p.75).

**saltem** *adv.* (saltim)

Nullaque subest neque subsit causa saltim legitima: Erdélyi, *Register* p.30.



**saltem** *adv.*

Non unius regis aut populi videtur esse, ut tantum tyrannum, tot populorum ac nationum dominum non dicamus superare, sed si totus incumbat, finibus suis arcere saltem et repellere possit: 1523  
BROD. *Epist.* p.71.

## **saltem**

Tuam ... excellentiam ... obsecro, quatenus nasturtium edas, et sicut solent tortuosi elephantes praematurum foetum decimo saltem anno sub lucem emittas: *1514 TAUR. Epist. 1 (p.128)*.

**salto, -are** *adv.*

Mulier illa, que principalius eas ad id concitaverat, cum in domo cuiusdam convicanei simul cum aliis saltarent, rapta est a demone e medio illarum chorizontium quasi latenter: Szilády, *Temesvári* p.6.

## **salubris, -e**

Ego vidi his temporibus ... hominem in Christo mihi conscientiose revelantem, quod persepe Christum dominum videre soleret ... et ore ad os loqui et ad quacunq̄ue interrogata secreta spiritualia respondere, scilicet in dubiis casibus quid salubrius tenere oporteret: Szilády, *Temesvári* p.6.

## **salubrius, -a, -um**

Quodque presens vita caduca sit et transitoria,  
nilque salubrius sit mortalibus: *1499 Szapolyai  
oklt.* p.255.

**salus, -tis f.**

Cura, ut rectoreos inter fasces vitę salutisque tuę  
rationem habeas: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**salus, -tis** *f.*

Salutis tuę Flavianas inter delicias non immemor  
esto: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**salus, -utis f.**

Per quam (*sc. spem*) totius salutis se posse perfecte consequi efficaciam demonstrant (*sc. Turci*):  
GEORG. HUNG. *Tract.* p.308.



**salus, -utis f.**

Aliae ... salutis viae vestris maiestatibus quaerendae sunt: 1523 BROD. *Epist.* p.84.

**salus, -utis** *f.*

Utinam pro salute totius Christianitatis boni aliquid concludi posset: 1523 BROD. *Epist.* p.72.

**salus, -utis f.**

Si Deus pacem aut indutias inter principes non posuerit, tota salutis communis ratio in hac una re posita esse videtur: 1524 BROD. *Epist.* p.89.

**salus, -utis f.**

Nos ... , ut saepe sumus testati, his dissidentibus exiguam admodum aut potius nullam publicae salutis et conservandae reipublicae Christianae spem habemus: 1523 BROAD. *Epist.* p.71.

**salus, -utis f.**

Et scit testis omnes fere oppidanos ... gratias agere Deo de huiusmodi provisione domini cardinalis Strigoniensis, unde maiorem ipsorum et succesorum suorum salutem sperant: Erdélyi, *Register* p.173.

**salutaris, -e**

Ut loquatur nobis salutaria per intercessionem  
sancte genitricis sue Marie: *Serm. Qinqu.* 11  
(p.43).

**salutaris, -e**

Accurrite, accurrite per Deum immortalem et salutarem nobis dextram porrigite!: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.252.

## **salutaris, -e**

Quod ... existimarem ... nihil esse salutaris,  
quam ut vestra maiestas mitteret quamprimum  
oratores suos: 1523 BROD. *Epist.* p.74.



**salutaris, -e**

Accurrite, accurrite per Deum immortalem et salutarem nobis dextram porrigite!: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.252.

**salutatio, -onis f.**

Praesentibus primum gratissime salutationis elo-  
quio praesincero venerabiliter antemisso: 1444  
Zimmermann, *Urkb.* V p.124.

## **salutifer, -a, -um**

Ut saluti anime sue provideret et testamentum . . .  
conderet, prout ei salutiferum videretur: *1519 Arch.Majténi* p.503.

## **salutiferus, -a, -um**

Et de cetero eosdem amicos habere sicque nobis  
vobisque rem salutiferam et gratam facietis: 1495  
*Szapolyai oklt.* p.223.

**salvativus, -a, -um**

Quoniam gracia habet vim salvativam: *Serm. Quinqu.* 18 (p.57).

**salvator** *vide* solutor

Super quam (*sc. terram*) conditionarii nostri, videlicet salvatores trium ponderum residebant:  
*1290/1405 Reg.duc.* p.154.

## **salviaticus, -a, -um**

Registrum super vasa vinorum, que assignavit dominus Gregorius provisor ad manus meas. Vasa vini, tam salviaticum, quam absintheatum et alia vasa vini 40: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,239 (p.27).

## **salvo, -are**

Salvator autem tripliciter dicitur, scilicet ab actu salvandi, ab habitu et a potencia: *Serm. Quinqu. 24* (p.67).



## **salvus conductus**

Regii oratores quoties mitterentur, ... cautum fuit in litteris treugarum eos posse libere ire et redire sine aliquibus litteris salvi conductus et absque aliquibus obsidibus, sine omni impedimento: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.47.

**salvus conductus** *m.*

Regii oratores quoties mitterentur, ... cautum fuit in litteris treugarum eos posse libere ire et redire sine aliquibus litteris salvi conductus et absque aliquibus obsidibus, sine omni impedimento: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.47.

## **salvus, -a, -um**

Qui sub praestito officii et dignitatis iuramento, suis constientiis et fide Deo debitis semper salvus et illaesis, nominibus et in personis suis et totius consulatus confessi sunt concorditer asserentes, quomodo *etc.*: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.155.

## **salvus, -a, -um**

Et sic accipitur mons Gen. XIX.: Ne respicias retro, scilicet apostatando, nec stes in omni regione, scilicet amicorum et propinquorum, sed in monte, scilicet religiose vite, salvum te fac: *Serm. Quinqu. 2* (p.26).

## **salvus, -a, -um**

Nonnullis positionibus et articulis presentibus transmissis et per nos salvo iure impertinenti de partium consensu ad probandum admisimus: Erdélyi, *Register* p.33.

**salvus, -a, -um**

Ut illud ius ... salvum sit eisdem in turri, curia  
et sessione prenotatis: 1355 Mészáros, *Visegrád*  
p.120.

## **salvus, -a, -um**

Praestantissimum denuo virum, ... Georgium Collimitium, omnium horarum hominem, nostrum communem amicum, singulos denique symboli ac symposiorum vestrorum cundapn'ious nomine meo salvos iubeto: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**salvus, -a, -um**

Si hac aestate salvi permanere possemus: 1523  
BROD. *Epist.* p.74.

[Monostori] 2015.2.16.



**sanccio, -ire**

Quod regia auctoritate sancitur, fundamento innittitur perpetue firmitatis: *1275 Erd.Múz.* 1992 p.81.

**sanctifer, -i m.**

De iobagionibus sanctiferorum populorum suorum oriundus: *1419 Zsigm.oklt.* VII,171.

**sanctificatio, -onis f.**

Scilicet sanctificatio a culpa, exercitacio in laude divina, mortificacio in carne propria et ministratio coram maiestate superna: *Serm. Quinqu.* 19 (p.58).

**sanctimonia, -ae f.**

Zac. III. (Zach. 3,5): "Posuerunt cidarim mundam  
in capite eius," id est habitum sanctimonie in eo:  
*Serm. Quinqu.* 3 (p.31).

**sanctimonia, -ae f.**

Qui et monasteria hic sua in debitum redegit ordinem, et religioni sua doctrina suaque sanctimonia plurimum conducit: 1525 BROD. *Epist.* p.109.

## **sanctimonialis, -e**

Simul cum tributis in possessione religiosarum  
dominarum sanctimonialium Wasarhel vocata:  
*1495 Szapolyai oklt. p.221.*

**sanctimonialis, -is f.**

Regina ... cum rege, marito suo quasi piaculum quoddam, si filia nasceretur, ut sanctimonialem eam facerent, devenerunt (*sic ms., ed. corr.: devoverunt*): *Vita Marg.* p.17.

**sanctimonialis, -is *f.***

Nam preter ipsam nulla unquam de stirpe regum  
Hungarie sanctimonialis fuerat effecta: *Vita Marg.*  
p.17.



**sanctuarium, -ii n.**

Precipue quibus augmentum divini cultus usum-  
que in sanctuario Dei servientium videmus (sc.  
*Emericus de Zapolya*) ampliari: *1469 Szapolyai*  
*oklt.* p.121.

## **sanctus, -a, -um**

Que (*sc. B.Margareta*) ... ymaginibus piis Domini nostri crucifixi ... et aliorum sanctorum flexis genibus humiliter salutatis conventum ingrediebatur: *Vita Marg.* p.19.

## **sanctus, -a, -um**

Post prandium operabatur manibus suis maxime opera, que ad ecclesie et sanctarum reliquiarum erant ornatum (*sc. S.Margareta*): *Vita Marg.* p.19.

## **sanctus, -a, -um**

Mihi in mentem venit te Augustino meo, regis Vladis(lai), sanctę utriusque memorię, a secretis in utraque fortuna probatissimo usum fuisse quam familiarissime: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**sane** *adv.*

Recepimus literas vestras et earum continentias  
sane intelleximus: 1443 Zimmermann, *Urkb.* V  
p.122.

**sanguineus, -a, -um**

Non potui quorundam temeritatem seu sanguineam quandam crudelitatem ... tibi non facere copiam: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**sanguinolenta, -a, -um** *f.*

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... sanguinolenta  
dimissio ... abest: BONF. *Symp.* III,445.

**sanguis, -inis** *m.*

Quod ipse ... Stephanum ... super universis  
vulnerationibus, mutilationibus et sanguinis ef-  
fusionibus ac dissensionum generibus ... red-  
didisset absolutum: 1379 Keglevich, *Garamsztb.*  
p.204.



**sanguis, -inis** *m.*

Alii Christiani sanguine Christiano inexplebiles  
sub tegmine alarum vestrarum maiestatum sacra-  
tissimarum requiescunt: 1525 BROD. *Epist.* p.111.

**sanguis, -inis** *m.*

Mirabile dictu tanti sanguinis altitudo et adhuc teneravestes habitus sui, si de panno notabiliter precioso supra alias coevas suasfuissent, erubescebat portare: *Vita Marg.* p.18.

**sanguis, -inis** *m.*

Quod dicti fratres ... in dicto monasterio constituti se vicissim verberassent, neque etiam, quod unus alteri effundisset sanguinem: Erdélyi, *Register* p.58.

**sanguis, -is f.**

Maxime eciam et precipue ea ratione inducti,  
quod per totum orbem nulla dinoscitur nacio  
sew gens, que non de gente et sanguine atque na-  
cione sua regem et dominum sibi eligeret: 1505  
*Tudománytár* 1839/VI p.67.

**sanguis, -is m.**

Conservatores sacre corone regni iurabunt ... coronam ... pro coronacione ipsius Romanorum regis aut sui sanguinis ex se per lineam rectam descendentis fideliter conservare; ... (Augs.Urk. 432:) Si regni Hungarie hereditas ... in sanguinem cesaream devolvetur: 1491 Katona, *Hist.crit.* XVII p.208.

**sanus, -a, -um**

Dominus meus rex sanus revertetur: *Vita Marg.*  
p.17.

[Szovák] 2015.2.16.

**sanzacus, -i m.** (zanzacus)

Habemus ex litteris comitis ... bassam sive zanzacum Boznae iam p<r>aemisisse non parum (*sic ed., recte: parvum*) peditum numerum ad obsidendum Clyzium, subsecuturum ipsum quoque brevi cum valido equitatu: 1524 BROD. *Epist.* p.89.

**sapiens, -entis** *m.*

Plato ... beatas fore civitates dixit, ubi vel sapientes imperitarent, vel principes ipsi iugem philosophiae operam impenderent: VALENT. ECK p.40.



**sapiens, -entis**

Volui proponere tantum rem in conspectu vestrae maiestatis illius sapientissimo consilio et prudentia trutinandum: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**sapiens, -entis**

Neque accipiat haec maiestas vestra perinde, quasi ego consulere aliquid audeam vestrae maiestati, alioquin sapientissimo et omnia per se prudentissimo consideranti: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**sapientia, -ae f.**

Dei auxilio ego indignus magnis et multis laboribus me ipsum ultra vires perurgendo recollegi et propria manu conscripsi hoc opus Aurei Rosarii theologicæ sapientie: Szilády, *Temesvári* p.54.

**sapor, -oris** *m.*

Precepit rex, ut introducerentur pueri, ... "eruditos sapientia", per saporem contemplationis, "doctos disciplina", in moribus conservationis, ut "possent stare in palacio regis" (*Dan. 1,4*), id est in ministerio divine maiestatis in celo: *Serm. Quinqu.* 19 (p.58).

**sarcina, -ae f.**

Si ... maioris desiderii corda fragrantia invenerit, tantam habet efficaciam et potentiam precipue sanctitas sacratissime eukaristie, ut utriusque hominis sublata viciorum et terrenorum sarcina adhuc in terra positus illius celestis patrie gustum fruitionis valeat conferre: GEORG. HUNG. *Tract.* p.396.

**sarcina, -ae f.**

Qui frater inde ad dictum claustrum oppidi Kermend rediens insalutato priore levata sua sarcina furtim aufugit: Erdélyi, *Register* p.155.

**sartor, -oris** *m.*

Item eodem die sa[r]tori, ut disposuit vestes mercenariis, dedi d<enarios] 30: 1521 Nógrádi, *Kanisai* IV,574 (p.137).

**sartor, -oris** *m.*

Abhinc penes domum Petri sartoris transiret *terminus* ad plateam civitatis: 1338/1365 Mészáros, *Visegrád* p.108.



**sartor, -oris** *m.*

Magistri sartores in civitate nostra Debreczen  
commorantes: *1509 Szapolyai oklt.* p.300.

## **satio, -are**

Qui (*sc. fideles*) Christum filium Dei et verum filium hominis de Spiritu Sancto conceptum, de Maria virgine natum, ... obprobriis et iniuriis et blasphemis saciatum ... credunt: GEORG. HUNG. *Tract.* p.402-404.

## **satio, -are**

Dicuntur ultima ab effectu ultimacionis, id est conplecionis, quia ultimant, id est conplent et sacciant desiderium possidentis: *Serm. Quinqu.* 17 (p.54).

**satis superque** *adv.*

Ut maioribus oneribus graventur ecclesiae nostrae satis alioquin superque gravatae: 1523 BROD.  
*Epist.* p.78.

**satis** *adv.*

Sed de his satis, scio enim veritatem scribere  
quam sit periculosum: 1523 BROD. *Epist.* p.79.

**satis** *adv.*

Quod cum aliquando de mane venissent ad dictum monasterium ... ad audiendam missam, ibidem audire non potuissent, licet satis superque ibi expectassent: Erdélyi, *Register* p.74.

## **satis**

Scire ... te velim ... me hospitem quendam ...  
reperisse adeo cupidum, adeo frontis perfricatę  
hominem, ut non sit satis aestimare: 1514 TAUR.  
*Epist.* 1 (p.129).

**satis**

Sed de his plus ac satis: 1514 TAUR. *Epist.* 1  
(p.128).

[Szovák] 2015.2.16.



## **satisdo, -are**

Nihilominus procuratores huiusmodi ab omni onere satisfaciendi ac iudicio sisti et iudicatum solvi cum omnibus ... et opportunis sub ipoteca et obligatione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium: Erdélyi, *Register* p.43.

**satisfacio, -ere**

Quandocunque ipsis comitibus ... per nos fuerit  
plene satisfactum: 1385 Süttő, *Anjou* II p.271.

## **satisfacio, -ere**

Ut quibuscunque et cuiuscunque condicionis hominibus ego obligarer, illis omnibus filius meus ... satisfaciat: 1477 Neumann, *Korlátköviek* p.181.

## **satisfacio, -ere**

Qui poterit esse auxilio fortasse, et cum his recuperatis pecuniis faciliter poterimus satisfacere illum: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.103.

**satisfacio, -facere, -feci, factus**

Utcunque est, quoniam iam illius sanctitas voluntati et iuribus suis satisfecit: 1523 BROD. *Epist.* p.75.

**satisfactio, -onis** *f.* (in primis)

Quod in primis fiat satisfactio damnificatis in bonis episcopatus: Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda*

**satisfactio, -onis** *f.*

Ut eisdem iobagionibus dictorum exponentium  
iuxta iamdicti articuli omnimodam impendere  
deberet satisfactionem: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C  
Tóth, *Levelesláda* p.101.

## **satisfio, -feri**

Ut nihil unquam sim pretermisurus, quo desiderii Sanctitatis Vestrae a me satisfiat: 1515 Theiner, *Mon.Slav.* I p.562.



**satrapa, -ae m.**

Ut, ... pro serenissimi patris et satraparum expectatione valeam explicare: BONF., *Symp.* III,697.

**satrapa, -ae m.**

Quod magister Iacobus ... ipsum non út prepositum, nec sicut socium seu fratremve, verum úti satrapam reputabat: *1425 Pozsonyi vizsály p.*

**satum** (?), **-i** (?)

(Meta) venit ad quedam loca apta pro satis lini:  
*1413 Zsigm. oklt.* IV,1310.

**saturiasis, -is** *f.* (?)

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... abest, ut ... sa-  
tiriasis: BONF. *Symp.* III,446.

## **saucio, -are**

*Filii Michaelis* cum suis complicitibus quendam famulum suum ... in via publica procedentem more latronum irruendo spoliassent et diris verberum plagiis (*sic*) sauciendo (*sic*) semivivum reliquissent: 1385 Süttő, *Anjou* II p.265.

**saucio, -are**

Quod Iohannes ... unum iobagionem ... diris  
vulneribus sauciasset: 1373 Keglevich, *Garam-  
sztb.* p.183.

## **Saxardiensis, -e**

Ius patronatus, ... quod in abbaciis Pechwara-  
diensi, Saxardiensi, Bathensi et Tikoniensi ...  
habere dinoscimur: *1516 Fraknói, Szekszárd* p.86.

**saxeus, -a, -um**

Velut insensati et plane saxei, ut de Niobe fabulantur poetae, facti sumus: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.247.



**saxeus, -a, -um**

Velut insensati et plane saxei, ut de Niobe fabulantur poetae, facti sumus: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.247.

**Saxo, -onis** *m.*

Saxones replicaverunt illam formam novam insolitam et praeiudicalem ipsis fore: 1516 Katona, *Hist.crit.* XIX p.30.

**Saxones, -onum m.**

Saxones replicaverunt illam formam novam insolitam et praeiudicalem ipsis fore: 1516 Katona, *Hist.crit.* XIX p.30.

## **Saxonicalis, -e**

Civitatum et oppidorum Saxonicalium, presentium notitiam habituris salutem et favorem: *1514 Szapolyai oklt.* p.356.

## **Saxonalis, -e**

Quorum opibus et facultatibus plebs illa Saxonalis, communis ruralisque populus nititur et sustentatur: 1513 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.666.

**saxum, -i n.**

Quod primo incepissent a parte occidentali prope quendam monticulum ... ibique saxum unum pro meta reliquissent: 1364/XVII Keglevich, *Garamsztb.* p.135.

**scabies, -ei f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... abest, ut ... sca-  
bies: BONF. *Symp.* III,446.

**scabrities, -ei f**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput cephalea, ... scabrities: BONF.  
*Symp.* III,442.



**scaffa, -ae f.**

Item eodem die Blasio Nagy pro emptione scaffarum (orig.: scaffas) ad nuptias dedi d<enarios> 26. Vien<nenses> 2: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,171 (p.23).

**scafius, -i m.**

Item eodem die scafios duos emit d<enarii> 8:  
1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,619 (p.139).

**scamnum, -i n.**

Omnia solus habes: pelvim, gutturnia, scamna  
et tres urceolos, omnia solus habes: 1514 TAUR.  
*Epist.* 1 (p.129).

**scamnum, -i n.**

Ultimum enim est finis, qui intenditur in operatione, ut sessio in scamno et protectio in domo a caumate et imbribus secundum Philosophum (*ubi?*): *Serm. Qinqu.* 17 (p.54).

## **scandalizo- are**

Item ponit, quod iidem fratres ... mulierculas huiusmodi suspectas ad monasterium ipsum et ad refectorium contra normam discipline monastice introducebant, et cum illis conversabantur, propter quod Christifideles vehementer scandalizabantur: Erdélyi, *Register* p.28.

**scandalizo, -are** (scandalisatus)

Quod ... ex ... diminutione fratrum populus  
inibi existens non parum scandalisatus fuisset:  
Erdélyi, *Register* p.141.

## **scandalizo, -are**

Auditu dictorum perversorum et errorum pia  
mentes scandalizantur: *1417 CD Hung. X/5 p.763.*

**scandalose** *adv.*

Quod ... vidisset testis ... fratrem ... diutius  
iacuisse ad visum multorum virorum et mulie-  
rum scandalose et turpiter: Erdélyi, *Register* p.138.



## **scandalosus, -a, -um**

Quod quidam ex fratribus ordinis ... in habitu seculari tempore carnis privii deferri solitis in tabernis et in aliis locis suspectis scandalose discurrens fuisset detentus: Erdélyi, *Register* p.108.

## **scandalosus, -a, -um**

Insinuavimus sanctitatis vestre ... scelera et enormia delicta vitamque inhonestam et scandalosam ... epi<scopi> ... Veglensis: 1524 Theiner, *Mon.Slav.* I p.581.

**scandalosus, -a, -um**

Multaque mala inaudita, ymmo piarum aurium  
offensiva committendo et plurimum scandalosa,  
que nequeunt facile nec possint ad plenum ob sui  
prolixitatem brevi stilo exarari: *1422 Mon.episc.Zagr.*  
VI p.70.

**scandalum, -i i n.**

Ut plerumque nec unica quidem missa ibidem celebraretur in maximum Christifidelium in oppido predicto et partibus circumvicinis residentium dampnum et scandalum fundatorisque eiusdem ecclesie iniuriam manifestam: Erdélyi, *Register* p.27.

**scandalum, -i n.**

Ne in scandalum et dedecus suum manifestum publice eiceretur (*sc. femina*): 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.280.

**scandalum, -i n.**

Mores ... exteriores, si ab affectu vicioso, in-  
mundo et carnali processerint ... scandalum  
prestant: GEORG.HUNG. *Tract.* p.346.

**scandalum, -i n.**

Pro eo hiis rationibus possit contingi in castro  
Wyssegrad aliquid scandali: *1494 Szapolyai oklt.*  
p.216.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**scandalum, -i n.**

Dicit testis etiam scire de scandalo populi, quia testis frequenter audivisset, quod populus lamentabatur et conquerebantur de fratribus ... propter negligentiam eorum in divinis: Erdélyi, *Register* p.107.



**scandalum, -i n.**

Et dicit testis audivisse, quod vespas sepius neglexissent, que quidem predicta fuit, ut dicit testis, in scandalum Christifidelium inibi residentium: Erdélyi, *Register* p.100.

**scansor, -is** *m.*

Andreas, sumpmus scansor regie maiestatis (iudicium dicit): *1414 Zsigm. oklt. IV,2360.*

## **scarlatinum, -i n.**

Licet ... racione ... rerum ... mobilium cum eadem quondam domina Anna tempore desponsationis ... eiusdem datarum, ... puta ... duarum vittarum muliebrium gemmis ornatarum, ... unius sube hermelline scarlatino subducte ... quedam causa in curia nostra regia ... mota fuisset: *1526 Arch.Majténi* p.560; *Dl* 73 240.

**sceda, -ae f.**

Scede vero sive carte tenor sequitur in hunc modum etc: *1499 Mon.civ.Zagr.* II p.521.

## **sceleratus, -a, -um**

Ut sceleratum immanemque Christi hostem ...  
pro singulari vestra summaque virtute radicitus  
exstirpetis: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.261.

## **sceleratus, -a, -um**

Quod zelo fidei Christiane et devotionis ipsi fratres ... propter eorum sceleratam vitam fuissent amoti: Erdélyi, *Register* p.132.

## **sceleratus, -a, -um**

Ut sceleratum immanemque Christi hostem ...  
pro singulari vestra summaque virtute radicitus  
exstirpetis: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.261.

**scelestus, -a, -um**

Postquam in Europa impia et scelesta Mahometi  
secta invaluit: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.249.



**scelestus, -a, -um**

Postquam in Europa impia et scelesta Mahometi  
secta invaluit: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.249.

**scelus, -eris n.**

Quam (*sc. feminam*) ob scelera et demerita tantorum criminum unanimi expellandos (*sic, recte: expellendam*) fore decreveramus:1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.280.

**scelus, -eris n.**

Ut eos partim scelerum suorum, partim etiam audaciam, temeritatis atque ineptiarum peniteat: 1516  
TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**sceptrum, -i n.**

Cogitantibus nobis, ... quaenam elapsis retro temporibus Hungarici pariter ac Polonici sceptri in summa imperii moderanda fuerit institutio ... facile animadvertimus, (etc.): 1507 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.499.

**sceptrum, -i n.**

Dum dante Domino sceptro et corona regni Hungarie feliciter insigniti fuerimus: 1387 Süttő, *Anjou* II p.445.

## **Scepusiensis, -e**

Misimus ad te litterarum vice waywodae ad fidelem nostrum spectabilem et magnificum Ioan-nem comitem Scepusiensem, waywodam nostrum Transsylvaniensem exempla: 1524 BOD. *Epist.* p.87.

**scharlatum, -i n.**

Item vestem de scharlato cum caputio de scharlato legavit domino Michaeli de Varda fratri suo et postilenam de corio et pileum de pellibus zebellinis: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.31; *Dl* 89 199.

**scharlatum, -i n.**

Item vestem de scharlato cum caputio de scharlato legavit domino Michaeli de Varda fratri suo et postilenam de corio et pileum de pellibus zebelinis: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.31. = *Dl* 89 199.



**scheda, -ae f.**

Interpretatio schedae oratoris ... regis Hungariae per cifram scriptae: 1525 BROD. *Epist.* p.120.

**scheda, -ae f.**

Quas *condiciones pacis* ex scheda praesentibus inclusa intelliget, quae scheda descripta est ex litteris oratoris: 1525 BROD. *Epist.* p.112–13.

**schema, -atis n.**

Non enim scematum repertor est Deus, id est formarum, secundum Basilium in Exameron (*Basil. M. Hex. 2,3; cf. PG 29,34B*), sed tocius nature creator, materiarum simul et formarum: *Serm. Quinqu. 37* (p.87).

## Schemniciensis, -e

Civitates nostras montanas Cremniciensem, Schemniciensem, Bistriciensem, Pwkantz, Dilin, Montem Regium, Libetam, Breznam, Corponam una cum suis auri, argenti ... fodinis ... consorti nostrae ... dedimus: 1522 Katona, *Hist.crit.* XIX p.353.

## **schismaticus, -a, -um**

Isti (*sc. qui dicunt unumquemque salvari in lege sua*) a Turcis suspecti habentur et quasi habentur pro schismaticis: GEORG. HUNG. *Tract.* p.358.

**schola, -ae** *f.* (scola)

Ut ... annis aliquando testis stetisset in scolis ecclesie: Erdélyi, itRegister p.116.

**schola, -ae f.**

Germanum suum ... faciat in scholis informare  
de rebus communibus: *1420 Zsigm.oklt.* VII,1444.

**schola, -ae f.**

Huius scientie (*sc. Christianitatis*) scolam qui intraverit, quamvis indoctus doctissimus evadit:  
GEORG. HUNG. *Tract.* p.402.



**schola, -ae f.**

germanum suum ... faciat in scolis informare de rebus communibus ... : *1420 Zsigm.oklt.* VII,1444.

**scholares, -ium** *m.* (scholares)

Ubi testis convenisset ad videndum representari  
per scholares et rectorem scole ascensionem Do-  
mini: Erdélyi, *Register* p.134.

**scholaris, -i s m.** (solaris)

Dedi ... eodem die scholaribus d<enarios> 8:  
1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,58 (p.18).

**scholaris, -i s m.**

Item feria secunda Colomanus ... exposuit ad iudicem nobilium et ad scolarem 'varmegye' d<enarios] 35: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,858 (p.104).

**scholaris, -is** *m.*

Item quod idem rector capelle de consilio domini prepositi sit obligatus quatuor scholares pro decantandis: *1510 Szapolyai oklt.* p.306.

**scholasticus, -a, -um f.**

Hoc libro, quantum Deo propitio iuvante valebo, divine charitati et redilectionis incendio per questiones etiam scholasticas studiose conabor insistere pro devotionis incitamento: Szilády, *Temesvári* p.54.

**scholasticus, -i m.** (scolasticus)

Georgius Dei et apostolice sedis gratia episcopus  
Quinqueecclesiensis ... scolasticis ... salutem in  
Domino: Erdélyi, *Register* p.12.

**scholasticus, -i m.**

Octo curias iobagionales, in quorum prima Kunch, secunda Iohannes, tertia Clus, quarta Iohannes litteratus scolasticus ibidem, quinta Petrus, sexta Georgius, septima alter Iohannes, octava Antho-  
nius more iobagionali residerent: *1419 Zsigm.oklt.*  
VII,320.



**scientia, -ae f.**

Nos ... easdem (*sc. possessiones*) in unum redigimus et anneximus eisdem de mera nostrae benivolentiae scientia: 1453 Zimmermann, *Urkb.* V p.420.

**scientia, -ae f.**

In causa scientie testis interrogatus respondit,  
quoniam audivisset, prout deposuit: Erdélyi, *Re-*  
*gister* p.70.

**scientia, -ae f.**

Etsi horrebam tam arduum laborem suscipere, tum quia retrahebat me virium exiguitas, tum et sciencie ac ingenii insufficientia: Szilády, *Temesvári* p.60.

**scientia, -ae f.**

Virtute et morum honestate litteralis scientie sufficienti peritia: *1511 Szapolyai oklt.* p.317.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**scientia, -ae f.**

In causa scientie dicit testis, quatenus id ita, ut deposuisset, audivisset, essetque notorium multis:  
Erdélyi, *Register* p.102.

**scientia, -ae f.**

Quia ipse pro acquirendis et augmentandis suis  
scienciis ad partes se recepisset alienas: 1340 Dia-  
conescu, *Documente* p.30.

## **scientificus, -a, -um**

Eorundemque testium dicta et depositiones per providum et scientificum magistrum ... ad hoc per partes hinc inde etiam electum et per nos deputatum, fideliter conscribi facere curetis: Erdélyi, *Register* p.34.

**scilinder, -nis** v. **scilindrus, -i** *m.*

Ut de novo faciant tegere domus illorum cum cilindriis et sub bona reformatione remittant sub pena 16 fl.: 1498 *Lib.divis.Vespr.* p.39.



**scilinder, -nis** v. **scilindrus, -i** *m.*

Quod idem hoc anno edificabit tecturam domus molendini cum cilindriis aliaque omnia necessaria, videlicet lapides et rupturam domus reformabit suis impensis: *1495 Lib.divis.Vespr. p.4.*

**scilinder, -nis** v. **scilindrus, -i m.**

Molendinum nostrum ... locavimus magistro Iohanni, ... ita videlicet, uod domum molendini et ipsum molendinum et hortum reformet statim et tandem post quatuor annos bene reformata et reparata suis expensis relinquat exceptis, quod silindrines et lapides molares pecuniis capituli emanantur: *1520 Lib.divis.Vespr.* p.219.

**scintilla, -ae f.**

Hoc apparet ex dicto Philosophi De celo et mundo (?), quod ubi est motus totius ignis, ibi est et scintille unius: *Serm. Quinqu. 7* (p.36).

**scio, -ire, sci(v)i, scitus**

Consilium ... meae ad caesarem profectionis  
fuit mutatum, cuius mutationis vix scirem ego ip-  
se dicere certam causam: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

## **scio, -ire**

Nonnulli itaque essent nobiles homines, ... qui  
seriem ipsius cause bene novissent et scirent: 1497  
Horváth, *Pótlások* p.176.

**scio, -ire**

Et scit testis, quod potius ex negligentia fratrum  
fuisset desolatum monasterium: Erdélyi, *Register*  
p.77.

[Hegy] 2015.2.16.

## **scio, -ire**

Scire ... te velim ... me hospitem quendam ...  
reperisse adeo cupidum, ... ut non sit satis aesti-  
mare: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**scio, scire, sci(v)i, scitus**

De qua *ratione* scio me aliquando ad vestram maiestatem scripsisse: 1525 BROD. *Epist.* p.111.

[Monostori] 2015.2.16.



## **scio, scire**

Curetis taxam ipsam percipere, si dicatores eam dabunt, et agatis, prout melius scitis in hac re, retineri faciatis per iudices et dicatores, quitantiam solum modo detis: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.103.

## **Sclavonia, -ae f.**

Serenitas nostra ipsum opidum ... ad instar aliarum civitatum nostrarum regalium in regno nostro Sclavonie habitarum libertando nundinas seu forum annuale ... opido in eodem dinoscitur annuere celebrare: *1421 Mon. Varasd* p.61.

**Sclavonicalis, -e**

*1406 Mon. Budapest III/1 p.239.*

[Szovák] 2015.2.16.

## **Sclavonicus, -a, -um**

Tantum autem certamen et commoriens dimicatio geritur ob unam cucurbitam habentem folium unum, quae in medio luctantium constituta est ad denotandum significandumque, quod dicta Bucha possessio vestra natali idiomate Sclavonico cucumis seu cucurbita appellatur: 1504 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.357.

**scopatum, -i n.**

Que (*sc. B.Margareta*) ... vestes habitus sui, si de panno notabiliter precioso supra alias coevas suas fuissent, erubescibat portare et, si quando cogebatur ob reverentiam parentum, scalaribus coquinae, ablutionibus ollarum et ceterorum vasorum pulveribusque scopatorum denigrare festinabat: *Vita Marg.* p.18.

**scopulus, -i m.**

Sibi ... insulam Veglensem, civitatem, castra, villas, silvas, nemora, portus maritimos, salinas, scopulos vocatos Pervich, Plasnich et Almis ... ratificamus et confirmamus: 1412 Kato-na, *Hist.crit.* XII p.124.

**scopulus, -i m.**

Alpinus rector ... ire per acres / haud ideo hor-  
recit scopulos: IAN.PANN. *Paneg.* 3,2,274-75.

**scopulus, -i m.**

sibi ... insulam Veglensem, civitatem, castra, villas, silvas, nemora, portus maritimos, salinas, scopulos vocatos Pervich, Plasnich et Almis ... ratificamus et confirmamus: 1412 Kato-  
na, *Hist.crit.* XII p.124.



**scorpio, -onis** *m.*

Caelestis Scorpius ac Serpens terrestribus serpentibus et scorpionibus dominatur: BONF. *Symp.* III,231.

**scorpius, -ii m.**

In quo scorpius erat incisus: BONE. *Symp.* III,231.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**scotomiae, -arum f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput cephalaea, ... scotomiae: BONF.  
*Symp.* III,442.

## **scriba a secretis**

Est enim apud serenissimam Annam per regiam maiestatem scriba a secretis constitutus: *1518* Kationa, Hist. Crit. XIX p.140.

## **scriba a secretis**

Est enim apud serenissimam Annam per regiam maiestatem scriba a secretis constitutus: 1518 Kationa, *Hist.crit.* XIX p.140.

**scriba, -ae** *m.*

Et ego Olaus Iohannis Bangh de Medelfardia ...  
domini Thome cardinalis et legati scriba iuratus  
... unacum prenominatis testibus presens inter-  
fui: Erdélyi, *Register* p.22.

## **scribo, -ere, scripsi, scriptum**

Scribunt decimas, quae praelatis ecclesiarum debebantur, eos suspendisse (hoc enim vocabulo scribitur), atque ad fines a Turca tutandos expensuros: 1525 BROAD. *Epist.* p.115.

**scribo, -ere, scripsi, scriptus**

In quibus *litteris* scribebatur eos revocari: 1523  
BROD. *Epist.* p.79.



**scribo, -ere, scripsi, scriptus**

Credo eum de hoc et ad vestram maiestatem  
scripturum: 1524 BROD. *Epist.* p.98.

## **scribo, -ere**

Saepius scripsimus vobis in eo, ut vos censum  
... citissime exigere ... deberetis:1469 Zimmer-  
mann, *Urk.* VI p.389.

## **scribo, -ere**

Quantum ad dicam seu taxam scribitis, quod litteras quittantias regie maiestatis exhibuistis etc., curetis taxam ipsam percipere: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.103.

## **scribo, -ere**

Quae vel incuria vel potius negligentia tua non parum molestiē mihi suggessit, maxime, cum tabulariorum aut scribendi non defuerit opportunitas:  
*1514 TAUR. Epist. 1 (p.128).*

**scribo, -ere** (scribsi)

Vasa vini ... ego non scribsi huc: 1520 Nógrádi,  
*Kanizsai* II,249 (p.28).

[Szovák] 2015.2.16.

## **scribo, -ere**

Quod si forsā aut scriptu dignum aut lectu iocundum nihil habueris, id ipsum rescribe: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

## **scribo, -ere**

Qualis itaque sit et quibus praeditus moribus,  
... ex infra scripto epigrammate ... poteris ad  
unguem usque cognoscere: 1514 TAUR. *Epist.* 1  
(p.129).

## **scribo, -ere**

Inopinus namque praesentium geruli, domini magistri Rudolphi, discessus doctius ac tersius scribendi interturbavit officium: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).



**scriniolum, -i n.**

Omnia solus habes: spondam lectosque, cubi-  
le, scriniola et mensas, omnia solus habes: 1514  
TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**scrinium, -i n.** (schrineum)

Item die sabati ... unum schrineum emi Barba-  
re d<enarii> 50: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,214  
(p.123).

**scriptum, -i n.**

Quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra ad prosequendum et pertractandum causam predictam ... libellum seu libellos et quascunque alias petitiones verbo vel in scriptis dandum: Erdélyi, *Register* p.42.

**scriptum, -i n.**

Dignum est et calculo congruit rationis, ut series rei geste scripto privilegiali in testimonio litterarum fulciatur: 1366 Keglevich, *Garamsztb.* p.143.

**scriptum, -i n.**

Ad scripta nostra dominus ipse palatinus commisit sibi (*sc. familiari palatini*) protectionem bonorum nostrorum in eodem comitatu: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.102.

**scriptum, -i n.**

Praesens scriptum supranominati comitis Michaelis sigilli et nostrorum fecimus munimine roborari: *1248/XVIII CD Hung. IV/2 p.24.*

[Szovák] 2015.2.16.

**scriptura, -ae f.**

Virginis Margarete ... vitam et preclara merita  
... corde et animo Deo in sanctis eius devotarum  
manuum officio scripture commendamus: *Vita  
Marg.* p.17.

**scrofa, -ae f.**

Quod ... magister Gregorius ... relicte sue tale constituissent testamentum et per Petrum, ... filium suum expediendum, videlicet duos boves, duas vaccas et quatuor porcos sive scrofas: 1366 Keglevich, *Garamsztb.* p.144.



**scropha, -ae f.**

Item eodem die in Sar [illi], qui pascit scrophas, in sortem sallarii sui dedi d<enarios] 25: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,773 (p.146).

**scrupulum, -i n.**

Ut omnes huius vie (cod. P: vite) vanitates et errores, scrupula et vite discrimina sine omni offensione transire usque ad finem et non deficere possint (*sc. electi*): GEORG. HUNG. *Tract.* p.346.

**scrupulus, -i m.**

Ipsas litteras ... in nulla sui parte aliquo vitii scrupulo infectas ... conperientes ... de verbo ad verbum sine aliqua mutatione transscribi faciendo eidem ... plebano ... duximus confirmandas: 1343 Mészáros, *Visegrád* p.110.

**scrupulus, -i m.**

Non enim caret scrupulo societatis occultae, qui  
manifesto facinori obuiare desinit: *1417 CD Hung.*  
X/5 p.763.

**scrutator, -oris** *m.*

Deus qui ipse enim nichil ignorat qui scrutator est  
secretorum: PAUL. HUNG. *Penit.* p.201.

## **scruto, -are**

A prefato fratre Benedicto ... de rebus et bonis antedicti ... Nicolai ad eundem devolutis scrutavimus idemque nobis retulit, quod (etc.): 1450  
*MKSz* 1890 p.52.

## **scrutor, -ari**

Si in suis esset visceribus, scrutans ea ferrum sentiret, dolorem non ferret, succumberet et negaret:  
*Serm. Quinqu.* 15 (p.50).

## **scrutor, -ari**

Ut omnibus modis ipsius ... domini Iohannis predicti accedatis presenciam, propria in persona inquirentes et scrutantes, qua de causa istac nobis sit veniendum: *1437* Knauz; Kortan p.230.



## **sculpo, -ere**

Sigillum novum in duobus paribus fecimus pro nobis sculpi: 1364/1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.161.

**scultetus, -i m.**

Stephanus de Zapolya, ... vobis, ... scultetis,  
theloniatoribus ... paratam amicitiam cum ho-  
nore: *1462 Szapolyai oklt.* p.69.

**scutum, -i n.**

Quapropter non immerito hoc ipsum regnum nostrum unum praecipuum scutum vel potius antimurale huius regni nostri Hungariae appellaverimus: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.65.

**scutum, -i n.**

quapropter non immerito hoc ipsum regnum nostrum unum praecipuum scutum vel potius antimurale huius regni nostri Hungariae appellaverimus: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.65.

**scutum, -i n.**

Sagitte ... reproborum repercusse fidei scuto in  
corda eorum intrans: GEORG. HUNG. *Tract.* p.338.

## Scythicus, -a, -um

Credimus ad notitiam dominationis vestrae magnificae bene potuisse pervenire, quales rumores a parte regis Romanorum successerunt, qua tam incendio et ferro hoc regnum depopulare et devastare non cessat, et hanc gentem Scythicam penitus exterimarer anhelat: 1506 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.443.

**Scythotaurus, -i m.**

Dum sit Scythotauris multo inhospitalior: 1514  
TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

[Szovák] 2015.2.16.

**se pron.**

Neque accipiat haec maiestas vestra perinde, quasi ego consulere aliquid audeam vestrae maiestati, alioquin sapientissimo et omnia per se prudentissimo consideranti: 1523 BROD. *Epist.* p.73.



*se pron.refl.*

Frequenter enim inter ameros (*ed.corr.:* amaros) cordis gemitus et singultus, ut compertum est, quasi quodammodo extra se rapta lacrymosas rumpebat (*sc. B.Margareta*) in voces: *Vita Marg.* p.19.

**sebum, -i n.** (sebs)

Item eodem die emi sebs vulgo fagyadth ad faciendas candelas d<enarii> 45: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,153 (p.22).

## **seccatus, -a, -um**

Item de singulis baculis cere singuli denarii, et de singulis stariis salis ac singulis peciis ferri seccati ... singuli obuli (*solvi debent*): 1343 Mon.civ.Zagr. I p.160.

**seco, -are**

Item eodem die pro uno laboratorii, qui secavit pro carbone lignum, dedi d<enarios] 4: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,185).

**secreta, -orum n.**

Mihi in mentem venit te Augustino meo, regis Vladis(lai), sanctę utriusque memorię, a secretis in utraque fortuna probatissimo usum fuisse quam familiarissime: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

## **secretarius, -a, -um**

Super quibus petit idem procurator auctoritate apostolica ... dominum Georgium episcopum Quinqueecclesiensem, summum et secretarium regie maiestatis Hungarie cancellarium ... sufficientem in partibus fieri: Erdélyi, *Register* p.27.

## **secretarius, -a, -um**

Quibus cum in omnibus rebus, tum vero praecipue in hoc munere secretario, quo iam pridem honestissime integerrimeque fungitur, usus est (sc. virtutibus): 1501 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.300.

**secretarius, -i m.**

Nos attendentes inviolabilem fidem et fidei puritatem magistri Nicolai, secretarii nostri notariis, dilecti et fidelis nostri ... palatium seu domum lapideam ... contulimus prefato magistro: 1360  
Mészáros, *Visegrád* p.125.



**secretarius, -i m.**

Quod testamentum meum per ... notarium et fidelem meum secretarium confectum et conscriptum de mera mea et libera voluntate fore et emanasse ... volo: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.155.

**secretarius, -i m.**

Nos, Ladislaus, ... confirmatus ecclesie Wespri-  
miensis auleque regalis cancellarius, comes capel-  
le et secretarius cancellarius domini ... regis ...  
damus pro memoria, quod *etc.*: 1358 Mészáros,  
*Visegrád* p.122.

**secretarius, -ii m.**

Est hic in Urbe dominus Petrus Antonius Berrus  
Parmensis, secretarius ... regis Hungariae: 1525  
BROD. *Epist.* p.113.

**secretarius, -ii** *m. aláírásban*

Stephanus Brodaryth doctor, secretarius: 1524

BROD. *Epist.* p.106.

**secretarius, -ii m.**

Supplicatur maiestati vestrae in personis fidelium eiusdem ... Stephani Theryek ... et Francisci de Rewa secretarii palatinalis: 1525 BROD. *Epist.* p.106.

**secretarius, -ii m.**

Misimus ad vos egregios Michaellem, doctorem et  
secretarium: *1516 Szapolyai oklt.* p.381.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**secretarius, -ii m.**

Secretarius et phisicus noster in litteris nostris ...  
ad vos datis scripsit: *1516 Szapolyai oklt.* p.376.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**secrete** *adv.*

qualiter ac quomodo causam eorum huiusmodi secretius et melius agere possent, diutius inter se contulerunt: *1508 Reg. Strig.* p.78.



**secrete** *adv.*

Qualiter ac quomodo causam eorum huiusmodi secretius et melius agere possent, diutius inter se contulerunt: *1508 Reg.Strig.* p.78.

**secretum, -i n.**

Qui ad sancta Dei evangelia iuramenta deposuerunt, quod omnia circa negotia capelle fideliter facient et secretum tenebunt: *1517 Reg.Strig.* p.120.

**secretum, -i n.**

Ut eos quoque fallerent, qui secretorum tyranni se non esse ignaros arbitrarentur: 1524 BROD. *Epist.* p.86.

**secretum, -i n.**

Alexio Thursoni ... libero domino Plesnensi et regiae maiestatis a secretis, mecaenati suo humanissimo Vaklentinus Ecchius felicitatem cum sui commendatione precatur: VALENT.ECK p.40.

## **secretus, -a, -um**

Vestra noverit serenitas litteras vestre excellentie nobis directas statutorias cum secreto sigillo vestro consignatas nos honore ... recepisse: 1386 Keglevich, *Garamsztb.* p.221.

## **secretus, -a, -um**

Ego vidi his temporibus ... hominem in Christo mihi conscientiose revelantem, quod persepe Christum dominum videre soleret ... et ore ad os loqui et ad quacunq̄ue interrogata secreta spiritualia respondere: Szilády, *Temesvári* p.6.

## **secretus, -a, -um**

Sanctitas vestra ... reverendis patribus ... mandavit, ut de excessibus ... in consistorio suo secreto referrent: 1524 Theiner, *Mon.Slav.* I p.581.

**secta, -ae f.**

Postquam in Europa impia et scelestia Mahometi  
secta invaluit: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.249.



**secta, -ae f.**

Tamen nos ... sequimur nostram sectam: 1518  
Katona, *Hist.crit.* XIX p.73.

**secta, -ae f.**

Postquam in Europa impia et scelestia Mahometi  
secta invaluit: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.249.

**secta, -ae f.**

Tamen nos ... sequimur nostram sectam: 1518  
Katona, *Hist.crit.* XIX p.73.

**sectio, -onis f.**

*(Turci Christianos sevos) eos decoriant, veru palove suffigunt, fabrili serra medios secant, rotae insertant, per acerbissimas mebrorum omnium sectiones: 1521 Katona, Hist.crit. XIX p.248.*

**sectio, -onis f.**

(Turci christianos sevos) eos decoriant, veru palove suffigunt, fabrili serra medios secant, rotae insertant, per acerbissimas mebrorum omnium sectiones: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.248.

**sector, -is** *m.*

Licet praedicti ... cives ... occasione et praetextu invasionis domus theloniariae ipsorum ... in oppido eorum ... habitae ... ac aliorum actuum potentiariorum per dictos cives ... ac eorum famulos et sectores minerarum ... patratorem in curiam regiam convenerint in causam: 1497 Wenzel, *Dóczyak* p.42.

**secularis, -e**

(*sc. Sacerdotes Turcorum*) seculares ... variis  
truffis et insolentiis provocati deridentes et sub-  
sanentes alii dicunt ... : GEORG.HUNG. *Tract.*  
p.366.

## **secundarius, -a, -um**

Ne iidem pauperes per secundariam exactionem gravarentur: 1468 Zimmermann, *Urkb.* VII p.367; *cf. Ibid. superius*: Quomodo ... archidiaconus ... contributionem ... vice secundaria cum birsagiis exigere intenderet.



**secundum** *adv.*

Ut ... secundum regulam eorum viverent sancte et religiose, pollicens eis omni subsidio ad victum et vestitum eorum et ad refectionem desolatorum se paratum libenter esse: Erdélyi, *Register* p.110.

**secundum** *praep.*

Cuius pater carnalis Ungarorum illustris rex Wela quartus, avus rex Andreas tertius, pater Beate Elizabeth secundum carnem, frater vero uterinus rex Stephanus quintus extiterunt: *Vita Marg.* p.17.

## **secundus, -a, -um**

Id quod facile consequeris, si perfidus hostis, quam in Christianos omnes pestem ac perniciem machinatur, tuo ductu tuisque secundissimis auspiciis in se suosque collatam sentiat: 1521 Kato-  
na, *Hist.crit.* XIX p.259.

## **secundus, -a, -um**

Feria secunda praeterita ipse princeps Albertus praestitit iuramentum uti domino suo naturali ... regi Poloniae sedenti in diademate in throno ad id constructo: 1525 BROD. *Epist.* p.108.

## **secundus, -a, -um**

Id quod facile consequeris, si perfidus hostis, quam in Christianos omnes pestem ac perniciem machinatur, tuo ductu tuisque secundissimis auspiciis in se suosque collatam sentiat: 1521 Kato-  
na, *Hist.crit.* XIX p.259.

**secure** *adv.*

## **sublimius, -a, -um**

Commendabilia ex preeminencia glorie in humilimente sunt ista, scilicet primo, quod in celo sublimio coloratur: *Serm. Qinqu.* 3 (p.30).



## **submergo, -ere**

Qui fide mediante asseruit se fuisse una cum duobus sociis navigantibus et aquis subintrantibus in medio flumine Danubii submersum: Szilády, *Temesvári* p.7.

## **submergo, -ere**

Qui (*sc. S. Vincentius*) igne adustus fuit in morte,  
aqua submersus fuit post mortem: *Serm. Quinqu.*  
36 (p.85).

**subministro, -are**

De subsidio ... nepoti maiestatis vestrae ... hic  
a sede apostolica subministrando ... multa qui-  
dem saepius deliberata et decreta: 1523 BROD.  
*Epist.* p.72.

**submisse** *adv.*

Quod ubi per maiestates vestras tractari intelligeretur, fortasse isti, quibus nunc tam submisse supplicamus, ultro nobis supplicatum venirent: 1523  
BROD. *Epist.* p.74.

## **submitto, -ere**

Quos (*sc. arbitros*) ipse Stephanus pro parte sua assumpsisset, predictus dominus dux ad eosdem se spontanea voluntate submisisset ac submittere voluisset: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.168.

## **submitto, -ere**

Sicut ad omnia premissa et singula premissorum se spontanea voluntate ambe partes submitterunt coram nobis: 1366 Keglevich, *Garamsztb.* p.145.

## **subnecto, -ere**

Quantumcunque autem adulti sint et fiant, semper tamen regimini et conservacioni eiusdem domine matris ipsorum subditi et subnecti fore debent: 1456 Neumann, *Korlátköviek* p.177.

## **subodoro, -are**

Quum animadvertissemus ... vigilantissime eundem (sc. Turcorum imperatorem) moliri Tartarorum foeda virtute fraterno Poloniae regno ... ferale excidium subodorassemusque pro principum Christianorum benevolis oblationibus non aliunde suppeditari nobis auxiliares copias ad res tantas urgentas, quam a confoederatis dumtaxat nostris: 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.348.



## **subodoro, -are**

Cum animadvertissemus caesarem ... moliri Tartarorum foeda virtute fraterno Poloniae regno ... ferale excidium subodorassemusque pro principum Christianorum benevolis oblationibus non aliunde suppeditari nobis auxiliares copias ad res tantas urgendas, quam a confoederatis duntaxat nostris, ... cum Turco ... foedus induciale ... inivimus: 1503Pray, *Annales* IV p.306.

**suboles, -is** *f.* (soboles)

O quam faelix et beata est fecunda propagatio sobolis et virtutum: BONF., *Symp.* III,687.

**subordinatio, -onis *f.***

Ex instinctu et persuasione dyabolica, ymmo verius ex malignitate sinistra atque dolosa subordinatione necnon fraudulentissima ac nequissima confabulacione quondam Hermanni filii Lorandi de dicta Greben, fratris videlicet eorundem patruelis prout per totum ipsum regnum nostrum Sclavonie exinde est vox publica atque fama: *1453 DF 233 116.*

**subordinatio, -onis *f.***

Ex instinctu et persuasione dyabolica, ymmo verius ex malignitate sinistra atque dolosa subordinatione necnon fraudulentissima ac nequissima confabulacione quondam Hermanni filii Lorandi de dicta Greben, fratris videlicet eorundem patruelis prout per totum ipsum regnum nostrum Sclavonie exinde est vox publica atque fama: *1453 Df 233 116.*

## **subrepto, -ere**

Argumentantur nonnulli manifeste, quod in ...  
regno principis ... tantum scelus et facinus in-  
humanum horribileque sacrilegium sine ipsius  
conniventia non poterit subrepere et inolere: *1417*  
*CD Hung. X/5 p.762.*

## **subreptitius, -a, -um**

Quod nobilis domina Elena ... coniugem Nicolai ... a subreptitia usurpatione ac ab usu utilitate (*sic*) et perceptione fructuum portionis possessionarie ... prohibuit: 1372 Keglevich, *Garamsztb.* p.178.

**subreptitius, -a, -um**

A datione talium litterarum subreptitiarum: 1419  
*Zsigm.oklt.* VII,342.

**subrogo, -are** (surrogo)

Nos ... Michael Withesius iudex et commissarius prefatus ... exhibitos et productos articulos extra civitatem Budensem et in loco de Kermend partibus etiam hincinde consentientibus ad probandum admisimus: Erdélyi, *Register* p.33.



## **subruo, -ere**

Quomodo ... nostri et regni nostri publici hostes congregatis ingenti copia ipsorum complicibus confinia regni nostri a parte Poloniae hostiliter subruere niterentur: *1411* Katona, *Hist.crit.* XII p.40.

## **subruo, -ere**

quomodo ... nostri et regni nostri publici hostes congregatis ingenti copia ipsorum complicibus confinia regni nostri a parte Poloniae hostiliter subruere niterentur: 1411 Katona, *Hist.crit.* XII p.40.

## **subsanno, -are**

(*sc. Sacerdotes Turcorum*) seculares ... variis truffis et insolentiis provocati deridentes et subsanentes (codd. Usqq, P, f, r2: subsanantes) alii dicunt ... : GEORG.HUNG. *Tract.* p.366.

## **subscribo, -ere**

Per notarium infrascriptum subscribi sigillique  
nostri anularis iussimus: Erdélyi, *Register* p.32.

## **subscribo, -ere**

Hoc presens publicum instrumentum manu propria scriptum exinde confeci, subscripsi: Erdélyi, *Register* p.44.

## **subscribo, -ere**

Franciscus episcopus Transsilvaniensis manu sua  
se subscripsit: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.32;  
*Dl 89 199.*

## **subscribo, -ere**

Franciscus episcopus Transsilvaniensis manu sua  
se subscripsit: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.32.  
= *Dl 89199*.

**subscriptio, -onis f.**

Prout ex litteris quoque ipsius ... cum subscrip-  
tione manus sue proprie vestris d<ominacionibus>  
missis dominaciones vestre clarius intelligere pos-  
sunt: 1520 Neumann, *Korlátköviek* p.186.



**subsellium, -ii n.**

Complent divina subsellia atque hi denique sunt:  
BONF., *Symp.* III,634.

## **subsequens, -tis**

Metae ... current ordine subsequenti, quod  
*etc.: 1364/XVII Keglevich, Garamsztb. p.135.*

**subsequenter** *adv.*

Subsequenter vero anno ... ego infrascriptus notarius publicus ... personaliter hic Bude in eorum monasteriis repertos monui et requisivi nomine domini Michaelis Vitezÿ: Erdélyi, *Register* p.24.

## **subsequor, -i, -cutus sum**

Et uno cum ingenti praeda redeunte exercitu alius exercitus est subsequutus: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.46.

**subsequor, -i, -cutus sum**

Et uno cum ingenti praeda redeunte exercitu alius  
exercitus est subsequutus: 1496 Katona, *Hist.crit.*  
XVIII p.46.

## **subsequor, -sequi, -secutus sum**

Habemus ex litteris comitis ... bassam sive zanzacum Boznae iam p<r>aemisisse non parum (*sic ed., recte: parvum*) peditum numerum ad obsidendum Clyzium, subsecuturum ipsum quoque brevi cum valido equitatu: 1524 BROD. *Epist.* p.89.

## **subservio, -ire**

Quantum vero ad altare, cui subserviebat magister Casparus, adtinet, mihi quidem per nonnullos ex hoc nostro collegio fuerat significatum:  
*1518 Katona, Hist. Crit. XIX p.141*

## **subservio, -ire**

Quantum vero ad altare, cui subserviebat magister Casparus, adtinet, mihi quidem per nonnullos ex hoc nostro collegio fuerat significatum .: *1518 Katona, Hist. Crit. XIX p.141.*



**subsidium caritativum** *'latinul'* : *körülírva* —  
*magyarul*  
(scil. rex, ecclesiam sancti Martini Posoniensem)  
ab omni onere ... contributionum seu caritativi  
subsidiu (liberat): *1413 Zsigm.oklt.* IV,612.

**subsidium, -i n.**

Sed quid faciam, aut quo fugiam, ubi subsidium et levamen honoris me*>* inquiram: *1449 TSz 1929* p.134; *Dl 80935*.

**subsidium, -i n.**

Item ex commissione magnifici domini dedi ad subsidium castri Chocakwe vasa vini 7: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,330 33).

**subsidium, -i n.**

Quia ipse ... unicum dumtaxat haberet filium ... religiosaque domina ... abbatissa ... ipsum pie pertractando benigne confovisset et de bonis dicti sui claustricompetentibus adiuvisset subsidiis: *1400 Veszpr.okl.* II p.365.

**subsidium, -i n.**

Humillime supplico vestre sanctitati esse diligentissime commendatum subsidium: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

**subsidium, -i n.**

Ut ... secundum regulam eorum viverent sancte et religiose, pollicens eis omni subsidio ad victum et vestitum eorum et ad refectionem desolatorum se paratum libenter esse: Erdélyi, *Register* p.110.

**subsidium, -ii n.**

Qui *oratores* agerent apud omnes principes ...  
pro subsidio competenti ab omnibus regibus et a  
sede apostolica pro proximo vere vestris maiesta-  
tibus suppeditando: 1523 BROD. *Epist.* p.74.

**subsidium, -ii n.**

Dandi ... subsidii et a sede apostolica, et a ceteris principibus ... multi essent modi: 1523 BROD.  
*Epist.* p.74.



**subsidium, -ii n.**

De subsidio ... nepoti maiestatis vestrae ... hic  
a sede apostolica subministrando ... multa qui-  
dem saepius deliberata et decreta: 1523 BROD.  
*Epist.* p.72.

**subsistentia, -ae f.**

Pro firmiori autem praemissorum subsistentia  
... Urbanus ... possessiones suas, ... e conver-  
so ... Georgius ... totum castrum suum ...  
pro dote ... constituissent: 1486 Wenzel, *Dóc-  
zyak* p.14.

**subsolatio, -onis** *f.*

Item eodem die dedi Andree coci (sic) pro subsolatione calcii d<enarios> 11: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,15 (p.15).

**subsolatio, -onis** *f.*

Iacobo vectori, qui fert triticum ad molendinum,  
pro subsolatione calcii dedi d<enarios> 12: 1520  
Nógrádi, *Kanizsai* I,16 (p.14).

## **subsolo, -are**

Item feria tertia ... feci subsolare calcios Thome fatuo d<enariis> 9: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* III,85 (p.64).

## **subsolo, -are**

Item Iacobo vectori feci subsolare calcios d<enarii>  
10: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* II,827 (p.57).

**substantia, -ae f.**

Quia sicut lux procedit a luminoso sine diminutione substantie luminosi: *Serm. Quinqu. 9* (p.39).

## **substantia, -ae f.**

Sacramentorum sanctitas huius sancte religionis (*sc. Christianae*) tanta est, ut in creatura rationali non solum interioris hominis substantiam divino usui aptam reddere, sed etiam tantarum ei gratiarum redundantiam infundere sufficit, ut et secundum exterioris hominis facultatem ad utilitatem proximorum de effluentia gratiarum in colloquendo ... fructum salutis valeat operari:



GEORG. HUNG. *Tract.* p.394.

[Bujdosó] 2015.2.16.

**substantialiter** *adv.*

Nisi misterio sancte Trinitatis veraciter sit imbutus et per characteris impressionem substantialiter ei informatus: GEORG. HUNG. *Tract.* p.390.

## **substituo, -ere**

Quomodolibet in futurum se ratum, gratum atque firmum perpetuo habiturum totum id est quitquid per dictos procuratores constitutos ac substitutos vel substituendos actum ... fuerit: Erdélyi, *Register* p.43.

## **substratio, -onis f.**

Quia Iacobus ... hospes, ... qui pro quorundam trium lignorum Herrice similiter hospitis, ... olim camerarii comitis Wluengi, civis Budensis, publica substratione, que apud domum eiusdem Iacobi ... reperta extiterant, ordine iudiciario detentus in vinculis ... habebatur, ... patibulo suspendi ... debebat: 1343 Mészáros, *Visegrád* p.111; cf. *CD Zichy XII* p.15–16.

**subterfugium, -i n.**

Quin treugas initas omni prorsus studio sine omni subterfugio observaret: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.44.

**subterfugium, -i n.**

Singuli annotati (*sc. cives*) singula adinvenire (*sic ed., recte forsitan: adinvenientes*) subterfugia excusacionis, alii huiusmodi terra non indigere, alii longitudine sex pedum satis habere, alii alio modo se ab empicione excusavere: 1511/1521 Entz, *Kolozsvár* p.150; *Df* 277780.

**subterfugium, -ii n.**

quin treugas initas omni prorsus studio sine omni subterfugio observaret: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.44.

## **subticeo, -ere**

Et dicit testis ... quod subticeret veritatem: Erdélyi, itRegister p.119.



**subtilitas, -atis f.**

In quam cum ... Ferdinando rege Aragonum innata sibi subtilitate, ingenii perspicacitate investigando de circumstantiis rerum gerendarum nobis viam et securitatem parando praemunivit nos et avizavit: 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.243.

**subtiliter** *adv.*

Quod sacerdos subtiliter et sapienter et abstute interroget peccatorem: PAUL. HUNG. *Penit.* p.195.

## **subtrahō, -er**

Quod annotatus Simon causae actor in huiusmodi causa nepharia, videlicet subtractorum bonorum relatione incusatus sufficienti testimonio ... convictus et tandem sententiatus fuisset et in hoc veniam prosequens gratiose liberatus fuisset: 1466 Zimmermann, *Urkb.* VI p.254.

## **subtraho, -ere**

Quidam familiares ... domini archiepiscopi pro custodia deputati utrumque par dicti sigilli nostri preconcepta malitia subtraxerunt: 1364/1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.161.

## **subtrahō, -ere**

Si se odio, gratia, favore vel aliqua alia quavis pravitare subtraxerint ad perhibendum in causa huiusmodi testimonium veritati (sc. testes): Erdélyi, *Register* p.34.

## **subtrahō, -ere**

Quod ... iustis hic in consolatione subtrahitur,  
centuplum in consolationis eterne premio reddetur: GEORG. HUNG. *Tract.* p.340.

## **subtrahō, -ere**

Ut in casu, quo praefatus Petrus de Luna papatui non cederet, quod et ipse et ceteri reges et principes de adhaesione eiusdem existentes obedientiam sibi subtraherent: 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.243.

**suburbium, -ii n.**

Quomodo super ipsos factores nostri in suburbio  
castri Scepusiensis ... exigent: *1492 Szapolyai  
oklt. p.207.*



## **subvenio, -ire, -veni, -ventus**

Nunc intelligo oblatam esse occasionem vestrae  
... dominationi ei in ista ecclesia Parmensi, quae  
est ei patria, de aliquo beneficiolo subveniendi:  
*1525 BROD. Epist. p.113.*

**succedo, -ere, -cessi, -cessus**

Rogamus ... te, ut ... habeas commendatam causam nostram ducatus Barenensis, cuius possessione licet indicta causa spoliati fuerimus, ad quam legitime successeramus: 1525 BROD. *Epist.* p.116.

**succensio, -onis f.**

Orta pridem questionis et iurgiorum materia inter iobagiones nostros et totam communitatem possessionis nostre Gyarmath ... et ... alterius possessionis nostre Ebed ... de et super quadam silva seu rubeto, succensione sive combustione: *1513 Reg.Strig.* p.99.

**succentor, -oris m.**

Decimas et nonas nostras vinorum in Kezy hoc anno commisimus conscientiose administratio-  
ni magistri Martini de Paka succentoris: 1495  
*Lib.divis.Vespr.* p.6.

**succentor, -oris** *m.*

Georgius Dei et apostolice sedis gratia episcopus  
Quinqueecclesiensis ... succentoribus ... salu-  
tem in Domino: Erdélyi, *Register* p.12.

**successio, -onis f.**

Ad quem ut imperii, sic et actionum rerumque gestarum successio et imitatio pertinet: 1521 Kato-  
na, *Hist.crit.* XIX p.257.

**successio, -onis f.**

Ad quem ut imperii, sic et actionum rerumque gestarum successio et imitatio pertinet: 1521 Kato-  
na, *Hist.crit.* XIX p.257.

**successive** *adv.*

Quibus alias a ... condam consorte nostro ...  
et successive a nobis ipsum castrum habitum,  
tentum est et possessum: 1385 Süttő, *Anjou* II  
p.271.



**successive** *adv.*

Idem comes ... talem ... modum ... suam conferendi eleemosynam postulavit, ut ... trium terminorum spacio quolibet elapso, scilicet die S[ancti] Michaelis, inter Carnisprivium et Nativitatem Domini, et in Parasceve uniformem numerum cuilibet tempori conservando centum viginti cubulos vini boni successive dare teneretur: 1248 /XVIII CD Hung. IV/2 p.23.

[Szovák] 2015.2.16.

**successivus, -a, -um**

Ut futuris successivis temporibus nocte matutinas, in die vero horas canonicas et missam cantando et legendo peragerent: Erdélyi, *Register* p.102.

## **successivus, -a, -um**

Ut futuris successivis temporibus nocte matutinas, in die autem horas canonicas ac missam cantando et legendo peragere deberent: Erdélyi, itRegister p.119.

**successor, -oris** *m.*

Huic est unicus ex fratre nepos tam generosae sobolis tantorumque titulorum successor et heres:  
1515 Theiner, *Mon.Slav.* I p.560.

**successus, -us** *m* (*pro plur.acc.:* successos)

In quibus (*sc. litteris*) inter cetera scribitis specificando vestros indignos successos, quomodo iudex et iurati cives ... tenderent ad ad ... destruendum domos censuum ... nostrorum:  
*1423 Pozsonyi vizsály* p.252.

## **succido, -ere, -cidi, -cismus**

Quomodo ... Emericus ... silvas ipsius exponentis ad eandem possessionem Deesfalwa pertinentes omnino desecari et annihilari lignaque succisa asportari fecisset: 1467 Zimmermann, *Urbk.* VI p.275; cf. *DF* 275435.

**succido, -ere**

Item ad Cepregh tigras feci succidere d<enarii>  
18: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,549 (p.136).

**succido, -ere** (succifo)

Item feria sexta ... hominibus, qui succiferunt  
(*sic ed.*) tigras, dedi d<enarios> 28: 1521 Nógrádi,  
*Kanizsai* IV,466 (p.132).



## **succido, -ere**

Item feci succidere tigras 6 (p.et easdem dedi ad  
Cepregh, et qui succiderunt, dedi eis d<enarios]  
20: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,733 (p.98).

**succiduus, -a, -um**

Nix alta retardat / succiduos gressus: IAN.PANN.  
*Paneg.* 3,2,275–276.

[Szovák] 2015.2.16.

**succomes, -itis m.**

Cum est succomes inexpertus in re montanaria:  
1526 Ratkoš, *Dokum.* p.150.

[Szovák] 2015.2.16.

**succubitus, -us** *m.*

Extunc ipse et dicti sui ... successores in succu-  
bitu facti potentialis et duelli convincerentur eo  
facto: 1364 Mészáros, *Visegrád* p.132.

## **succumbo, -ere**

Si in suis esset visceribus, scrutans ea ferrum sentiret, dolorem non ferret, succumberet et negaret: *Serm. Quinqu.* 15 (p.50).

## **succurro, -ere**

Quatenus succurreratis (*sic, recte: succurreretis*) nobis auxilio et consilio, ne pauperes denuo spoliarentur: Zimmermann, *Urkb.* VI p.389; *cf. DF 245*

327.

[Szovák] 2015.2.16.

**succurro, -ere**

Subvenite amplissimo regno, labantibus rebus  
succurrite: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.306.

**succurro, -ere**

Ne itaque hoc malum in perniciem et excidium regni temere ab his et prorsus sine honesta causa excogitatum et susceptum eo usque serpat, quo tantae calamitati regni succurri non possit: 1490 Wenzel, *Dóczyak* p.19.



**succurro, -ere**

subvenite amplissimo regno, labantibus rebus  
succurrite: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.306.

**succursus, -us** *m.*

Sanctissimus dominus noster mittit ad succursum Clyzii com meatum ... et alia ad defensionem necessaria: 1524 BROAD. *Epist.* p.89.

**sudor, -oris** *m.*

Consideratio pietatis equitatisque aciem nostre  
mentis exortamentis iustitie attrahunt ... famu-  
lantium sudoribus equo beneficiorum libramine  
respondere: 1360 Mészáros, *Visegrád* p.125.

**sueo, -ere**

Parva saepe manu multos qui fundere suerit: IAN.  
PANN. *Paneg.* 3,2,52.

[Szovák] 2015.2.16.

## **suffero, -ferre, -tuli, -latus**

Extunc eedem partes huiusmodi possessiones vel porciones possessionarias amittendas et dictis hominibus iuridice reddendas equaliter sufferre tollerareque ... teneantur: *1519 SzSzB Szle 2006 p.347.*

## **suffero, -ferre**

Qui intelligam, quanta < ... > vos honera et que gravia, quantas molestias illic suferatis ac quam maximis expensis vos ipsi et domus vestra indi-geat et requirat: *1449 TSz 1929 p.134; Dl 80935.*

**suffero, -ferre**, -tuli, -latus

extunc eedem partes huiusmodi possessiones vel porciones possessionarias amittendas et dictis hominibus iuridice reddendas equaliter sufferre tollerareque ... teneantur: *1519 SzSzB Szle* 2006 p.347.

## **sufficiens, -entis**

Si qui sunt ecclesie Beate Marie Virginis ordinis heremitarum Sancti Augustini oppidi Kermend dicte Iauriensis diocesis causas idoneas, legales et sufficientes ademptionis ecclesie eiusdem ab eisdem fratribus continentes et declarantes: Erdélyi, *Register* p.26.



**sufficiētia, -ae f.**

Si ... inspiciatur sacre doctrine ... sententiarum firmitas, verborum tenacitas, argumentorum inconcussa veritas, rationum securitas, dubiorum clara dilucidatio, ... sufficiētia omnium ad salutem pertinētium, ... virtutum redolentia, denique omnium divinarum et humanarum rerum magisterium: GEORG.HUNG. *Tract.* p.392-394.

**sufficiētia, -ae f.**

Ideo vobis domino Michaeli preposito prefato, in cuius sufficiētia, integritate et doctrina satis confidentes vices nostras in hac parte duximus committendas: Erdélyi, *Register* p.12.

**sufficiencia, -ae f.**

Propter sufficenciam testificacionis, quoniam  
duorum hominum testimonium verum est: *Serm.*  
*Quinqu.* 1 (p.24).

**sufficiencia, -ae f.**

Et secundum hoc tripliciter assignatur ratio numeri et sufficiencia: *Serm. Qinqu.* 29 (p.75).

**sufficiencia, -ae f.**

Et per hoc notatur sufficiencia artificis mundi:  
*Serm. Quinqu. 37 (p.87).*

## **sufficio, -ere, -feci, fectus**

Quod si neque de pace sive induciis, neque de  
sufficienti subsidio spem aliquam superesse ma-  
iestates vestrae viderent, veniendum esset omni-  
no ad illum extremum, de quo superius scripsi:  
*1523 BROD. Epist. p.74.*

## **sufficio, -ere**

Dicit testis intelligere viginti vel viginti quinque fratres ad tantum monasterium et ad tanta servitia divina sufficere posse: Erdélyi, itRegister p.124.

## **suffigo, -ere**

(*Turci christianos sevos*) eos decoriant, veru palove suffigunt, fabrili serra medios secant, rotae insertant: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.248.



## **suffigo, -ere**

*Turci Christianos eos decoriant, veru palove suffigunt, fabrili serra medios secant, rotae insertant: 1521 Katona, Hist.crit. XIX p.248.*

## **suffoco, -are**

Cupientes ... iniuriarum materias ac fomites inter serenissimos principes ... Hungariae et ... Poloniae reges et eorum regna hactenus ortas et concurrentes suffocare: 1411 Katona, *Hist.crit.* XII p.44.

## **suffoco, -are**

Cum ... sui socii enatantes in villa prope existente appreciatos piscatores adduxissent, qui hunc, quem credebant suffocatum, in flumine requirerent: Szilády, *Temesvári* p.7.

## **suffoco, -are**

Cupientes ... iniuriarum materias ac fomites inter serenissimos principes ... Hungariae et ... Poloniae reges et eorum regna hactenus ortas et concurrentes suffocare: 1411 Katona, *Hist.crit.* XII p.44.

**suffraganeus, -i m.**

Reverendumque patrem dominum Martinum episcopum Augustopolitanum suffraganeum ecclesie mee ad opiidum Kermend de partium pro inquisitione et experimento causarum huiusmodi faciendis destinavi: Erdélyi, *Register* p.4.

**suffraganeus, -i m.**

Item Ioanni episcopo suffraganeo suo legavit vestem rubram harnatz, rochetum unum cum bireto uno rubro et caputio: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.30. = *Dl 89 199*.

**suffraganeus, -i m.**

Ne autem per meam absentiam ecclesia curae meae concredita divino cultu quovis modo fraudetur, delegi in suffraganeum Damianum doctorem decretorum: 1515 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.839.

**suffraganeus, -i m.**

Item Ioanni episcopo suffraganeo suo legavit vestem rubram harnatz, rochetum unum cum bireto uno rubro et caputio: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.30; *Dl* 89 199.



**suffragium, -i n.**

Ut in ea (*sc. domo*) Deo famulantes quiete vivant et vicibus (*sic ed., orig. [Dl 5996]: vitulus, recte: vitulum v. vitulos*) labiorum seu orationum suffragia devotarum offerre valeant Salvatori: 1373 *Veszpr.okl.* II p.313.

## **suffragor, -ari**

Qui si ea facultate se in causas saeculares intermiserit, cui huiusmodi nostra facultas in nullo suffragetur: 1443 Zimmermann, *Urkb.* V p.122.

## **suffragor, -ari**

Quo amictu induat nos suffragantibus pro nobis precibus ... Iesus Christus: *Serm. Qinqu. 6* (p.36).

## **suffragor, -ari**

Id vero fore divina benignitate suffragante non diffidimus: 1525 Katona, *Hist.crit.* XIX p.561.

## **suffragor, -ari**

Id vero fore divina benignitate suffragante non diffidimus: 1525 Katona, *Hist.crit.* XIX p.561.

## **suffulcire**

Nisi coniugali pudicitia suffulta foret: BONF.,  
*Symp.* III,630.

## **suggero, -ere**

Quod (*sc. consilium*) mihi vestra sanctitas per eundem Stephanum Brodericum suggerit de oratoribus ad caesaream maiestatem ... mittendis: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

**suggero, -ere**

Quae vel incuria vel potius negligentia tua non parum molestiē mihi suggessit, maxime, cum tabulariorum aut scribendi non defuerit opportunitas:  
*1514 TAUR. Epist. 1 (p.128).*



## **sugillo, -are**

Que quidem sacerdociorum pensionibus gravandorum consuetudo quantum sit et a consuetudine harum regionum aliena, . . . quantam etiam prebeat mores Curie Romane insectandi ac sugillandi occasionem, vestra sanctitas non ignorat: 1525 Theiner, *Mon.Slav.* I p.588.

## Suidas

Me nihil novitatis manet, nisi quod aulas sequendo principum in Suidę nostri sententiam illam inciderim: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

**sulfur, -uris** *n.*

Ibi erit ... sulfur: PAUL.HUNG. *Penit.* p.194.

**sulphur, -is n.**

Eis ... iussi dari pulveris perfecti ad tormenta impellenda libras mille, sulphuris praetera libras decies mille, salis nitri quinquies mille: 1515 Katoana, *Hist.crit.* XVIII p.855.

## **sulphureus, -a, -um**

Draco autem viridis, alatus, in adversum se similiter erexit, cauda nodosa circumflexaque, postremum pedem, quo unico innititur, circumflexus, aliis autem pedibus oreque patenti et lingua sua vibrante instans anhelitum sulphureum ignemque spirans leonem acerrime invasit: 1504 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.357.

**sultanus, -i m.** (soltanus)

Novum soltanum dicunt se contra Turcas diligenter munire: 1524 BROD. *Epist.* p.96.

## **sum, esse, fui**

Scire ... te velim ... me hospitem quendam ...  
reperisse adeo cupidum, adeo frontis perfricatę  
hominem, ut non sit satis aestimare: *1514* TAUR.  
*Epist.* 1 (p.129).

**sum, esse, fui**

Quod te facturum nihil haesito, neque enim fas esse arbitror quicquam me rogantem ab te non impetrare: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.175).



**sum, esse, fui**

Salutis tuę Flavianas inter delicias non immemor  
esto: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

[Szovák] 2015.2.16.

## **sum, esse, fui**

Nam templi praesuli, domino Ioanni Turzo, Vratislaviensi episcopo, cordi est, omnes illius epistolas ... chalcographorum prelo traditum iri velle: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**sum, esse, fui**

Tuum erit ... ne tibi ipsi desis: *1516 TAUR. Epist.*  
2 (p.174).

[Szovák] 2015.2.16.

## **sum, esse, fui**

Graecanicus ille, versiculis nostro quidem Marte, dum Italia haberemus, in hunc modum interpretatus: «>All' <'octis >alite=in dun'amenos o>u bo'uletai; fortior ille quidem, qui miser esse potest», in mentem venerat: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**summa, -ae f.**

Satius est enim vobis in alieno solo, quam in vestro de summa rerum cum hostibus dimicare:  
*1521 Katona, Hist.crit. XIX p.252.*

**summa, -ae f.**

Quorum omnium illa est summa: 1525 BROD.  
*Epist.* p.118.

**summa, -ae f.**

Satius est enim vobis in alieno solo, quam in vestro de summa rerum cum hostibus dimicare:  
*1521 Katona, Hist.crit. XIX p.252.*

**summa, -ae f.**

Summa autem cubulorum trecentorum sexaginta numerum non ascendit: *1248/XVIII CD Hung. IV/2 p.23.*



**summatim** *adv.*

Electi temporis novissimi perfectionem omnium  
preteritorum sanctorum habebunt summatim:  
GEORG. HUNG. *Tract.* p.318.

**summe** *adv.*

Cuius vestigia more hostili sequi existit summe  
necessarium: 1443 Zimmermann, *Urkb.* V p.123.

**summopere** *adv.*

Quod omnes speramus ac summopere expetimus:  
1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

**summopere** *adv.*

Quod nobis summopere placuit: 1525 BROD.  
*Epist.* p.116.

**summula, -ae f.**

Et etiam de proventibus vectigalis mihi certam  
summulam pecuniae deputaverat (*sc. rex*): 1468  
Zimmermann, *Urkb.* VII p.365.

**summula, -ae** *f.* (sumpmula)

Nobis vero hanc eandem sumpmulam persolvere  
penitus amisisti: *1515 Szapolyai oklt.* p.364.

[Szebelédi] 2015.2.16.

## **summus, -a, -um**

Summa ... vestrae serenitatis clementia et singularis in omnes liberalitas ac munificentia spem mihi dat vestram serenitatem preces etiam nihil a se merentis servitoris non aspernaturam: 1524  
BROD. *Epist.* p.94.

**summus, -a, -um**

Quas (*sc. imagines B. Margareta*) summo venerabatur affectu: *Vita Marg.* p.19.

[Szovák] 2015.2.16.

**summus, -a, -um**

Quas (*sc. imagines B. Margareta*) summo venerabatur affectu ita, ut non solum vigilans, verum et dormiens cum vivifice crucis signo circa se semper devotissime conservaret: *Vita Marg.* p.19.



## **summus, -a, -um**

Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum, reverendissimi Urbani, prepositi ecclesie Sancti Nicolai confessoris extra muros civitatis nostre Albaregalis fundate, sumpmi thesaurarii nostre maiestatis, necnon nobilium Blasii et Iohannis, fratrum eiusdem carnailiu, quomodo *etc.*: 1480 Horváth, *Pótlások* p.174.

**summus, -a, -um**

Ut aliquando ad summum tres monachi, aliquando unus tantum monachus et frater ordinis Sancti Augustini fuisset in dicto monasterio oppidi Kermend: Erdélyi, *Register* p.92.

**summus, -a, -um**

Sunt, qui summam maliciam summum decus existiment atque virtutem: VALENT. ECK p.50.

**sumo, -ere**

Deinceps de ulteriori victoria contra paganos sumenda omnem spem gerimus et habemus: 1443  
Zimmermann, *Urkb.* V p.122.

## **sumo, -ere**

Franciscus ... episcopus ... commendavit corpus ... terrae, unde sumptum est, humandum in ecclesia sua cathedrali Sancti Michaelis archangeli, tandem vero finito sacello Sanctae Annae ad latus ecclesiae cathedralis erecto transferendum et in domino Iesu quiescendum: *1524 Bunyitay, Gyulafehérvár p.27; Dl 89199.*

## **sumo, -ere**

Argentum vero pro capitibus (*sc. argento ornandis*) locatum est in Gyalw, ubi autem non sufficeret, ex vasis argenteis aliis sumatur: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.28; *Dl 89199*.

**sumo, -ere** *m.*

Quod annotatus Simon ... post temporis intervallum dictam causam renovare et iudiciali strepitu innovare sumpsisset: 1466 Zimmermann, *Urbk.* VI p.254.

**sumo, -ere**

Argentum vero pro capitibus (sc. argento ornan-  
dis) locatum est in Gyalw, ubi autem non suffice-  
ret, ex vasis argenteis aliis sumatur: 1524 Bunyi-  
tay, *Gyulafehérvár* p.28. = *Dl 89199*.



## **sumo, -ere**

Franciscus ... episcopus ... commendavit corpus ... terrae, unde sumptum est, humandum in ecclesia sua cathedrali Sancti Michaelis archangeli, tandem vero finito sacello Sanctae Annae ad latus ecclesiae cathedralis erecto transferendum et in domino Iesu quiescendum: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.27. = *Dl* 89 199.

**sumptuositas, -atis f.**

In hiis omnibus dampnatur in mundanis ornatus ambiciosus vestimentorum, voluptas et mollicies stramentorum, curiositas et sumptuositas edificiorum: *Serm. Quinqu.* 13 (p.48).

## **sumptuosus, -a, -um**

Quod olim felicitis memorie divi reges Hungarie seu alii Christifideles ... ecclesiam sive monasterium quoddam unacum domibus et cellis vite monastice necessariis ... opere regio et sumptuoso a fundamentis erigi, extrui et fabrefieri fecerant: Erdélyi, *Register* p.27.

**sumptus, -us m.**

Quantis nobis ... affines nostri ... astiterunt  
obsequiis ... sumptus gravissimos propterea su-  
bire non verentes: 1385 Süttő, *Anjou* II p.271.

**sumptus, -us** *m.*

Ut Pannonia opulentissima olim et ditissima provincia ad usus communes vix suppeditare sumtus valeat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.252.

**sumptus, -us** *m.*

Ut Pannonia opulentissima olim et ditissima provincia ad usus communes vix suppeditare sumtus valeat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.252.

**supellectilis, -is f.**

Aureis videlicet et argenteis, paratis pecuniis, gemmis, lapidibus pretiosis, toralibus, vestibus, supellectilibus domus et generaliter omnium rerum speciebus, cuiuscunque generis existant:  
*1512 Szapolyai oklt. p.329.*

**superabundans, -tis** *adj.* (ex superhabundanti; t. t. iurid.)

(Palatinus cum iudice curiae iudicando) ex superhabundanti (obligat actorem ad ius iurandum):  
*1413 Zsigm.oklt. IV,1068.*



**superabundantia, -ae f.**

Quapropter mandamus rursus et ex superabundantia fidelitati vestrae sub nota perpetuae infidelitatis ... serie praesentium strictissime, quatenus (etc.): 1514/? Wenzel, *Dóczyak* p.68.

## **superabundare**

Ex superabundanti iterum hortamur vos: 1496  
*Szapolyai oklt.* p.233.

**superabundo, -are** (superhabundo)

Nihiominus ad maiorem veritatis certitudinem commiseramus ex superhabundanti certis nostris in hac parte executoribus: Erdélyi, *Register* p.20.

## **superaddo, -ere**

ob hoc nos ipsis compacientes libertatem unius  
anni supra dictos quatuor annos duximus supe-  
raddendum ita, ut etc: *1345 Mon.civ.Zagr. I p.179.*

## **superaddo, -ere**

Quod ipsi ... ad complementum quinque aratorum de terra Blasii ... ad centum et viginti iugera superaddidissent: 1367 Keglevich, *Garamsztb.* p.150.

## **superaddo, -ere**

Miracula ... pauca de plurimis eius meritis facta diligenter verissimorum testium assertione probata superaddemus: *Vita Marg.* p.17.

## **superaedifico, -are**

Quod ille antiquus humani generis hostis cum omnibus artibus dolositatis sue ipsiusque carnis illecebre et mundi fraudulentis (*cod. K1sqq: fraudulententi; cod. P: fraudulente*) insidie superedificatam ei fidei, spei et caritatis structuram nunquam deicere potuerunt: GEORG. HUNG. *Tract.* p.392.

## **superaedifico, -are**

Quo (*sc. fossato*) concives nostri superedificatis  
edificiis tamque (*sic ed., recte forsan: tamquam*)  
propriis uterentur: 1511/1521 Entz, *Kolozsvár*  
p.150; *Df* 277780.



**superarbiter, -i m.**

Extunc acta iudicii ... ad illustrem principem  
... Ottonem ... tanquam superarbitrum ... trans-  
mittent: 1491 Katona, Historia critica XVII p.208.

**superbe** *adv. superl*

Sed hi Christiani sunt omnes, quibus ipsi Turcae  
superbissime dominantur: 1521 Katona, *Hist.crit.*  
XIX p.255.

**superbe** *adv.*

Sed hi Christiani sunt omnes, quibus ipsi Turcae  
superbissime dominantur: 1521 Katona, *Hist.crit.*  
XIX p.255.

**superbia, -ae f.**

Superbia est tumor ex proprio honore immaceratus, alios superire contendens, unde superbia dicitur a super et eo is it: PAUL. HUNG. *Penit.* p.202.

**superexisto, -are**

Quousque successio ipsa in sanguinem Romanorum regis, si superextat, devolatur: 1491 Katona, *Hist.crit.* XVII p.208.

**superficialiter** *adv.*

Ut cum mora non superficialiter confiteatur:  
PAUL.HUNG. *Penit.* p.193.

**superficies, -ei f.**

Quod nos ... quendam fundum curie in civitate  
Wyssegradiensi ... adiacentem ... cum domi-  
bus, edificiis et aliis quibuslibet ipsius utilitatibus  
in superficie eiusdem existentibus prefato magi-  
stro Mychaeli ... dedimus: 1361 Mészáros, *Vise-  
grád* p.129.

**superficies, -ei f.**

More locustarum totius terre superficiem imple-  
bunt (*sc. Turci*): GEORG. HUNG. *Tract.* p.324.



**superfluitas, -atis f.**

Sed vitanda est superfluitas quo ad numerum et quo ad modum longitudinis et artitudinis: *Serm. Qinqu.* 33 (p.82).

**superfluitas, -atis f.**

In vestimentis materialibus sequenda est necessitas et vitanda superfluitas, preciositas et fluxibilitas: *Serm. Quinqu.* 33 (p.81).

## **superfluus, -a, -um**

Exposuerunt nobis prudentes et circumspecti cives civitatis Barthffa, quomodo vos ab eis ipsorumque rebus, mercimoniis et curribus tributum superfluum et longe maius, quam cives Cassovienses solverent: *1478 Szapolyai oklt.* p.147.

## **superfluus, -a, -um**

Ex adverso prefatus magister Martinus petiit superflua interrogatoria ... resecari: Erdélyi, *Register* p.45.

## **superfluus, -a, -um**

Expectamus itaque vobis, ut residuitate, quod superflue prefatus Nicolaus Gwmon contra conscientiam suam levare presumpsit: 1481 SZAPO-  
LYAI OKLT. p.155.

## **superhabundans, -antis**

Non potui tamen pro magnitudine desyderii, quo huius rei conficiendae ... incredibili teneor, mihi temperare, quin has vel ex supehabundanti per hunc celerem nuncium meum mittere ad vestram sanctitatem: 1525 Theiner, *Mon.Slav.* I p.589.

## **superinde**

Prout superinde regia maiestas literis suis mediantibus de et super sollicitatione et exactione vestri census nobis intimavit: 1469 Zimmermann, *Urkb.* VI p.390.

## **superinde**

Quo audito ... dominus Michael Vitezius retulit partibus premissa omnia et singula ... suo modo ... domino episcopo exprimere ... velle, deliberationemque et voluntatem eiusdem reverendissimi domini episcopi Quinqueecclesiensis superinde fienda eisdem relaturum: Erdélyi, *Register* p.9.



**superinde** *adv.*

Ut ad vigesimum diem a die exhibitionis presentium vobis superinde fiendis computando personaliter coram maiestate nostra ... comparere debeat: 1520 Horváth, *Pótlások* p.179.

**superintendens, -tis** *m.*

quod vix fieri posset, quod adversario, qui plures haberet, superintendentes de secretis eorum aliquid non innotescerent: *1508 Reg.Strig.* p.78.

**superintendens, -tis m.**

Quod vix fieri posset, quod adversario, qui plures haberet, superintendentes de secretis eorum aliquid non innotescerent: *1508 Reg.Strig.* p.78.

## **superintendere**

Ut sciamus diligentius negotiis huius regni superintendere: *1506 Szapolyai oklt.* p.285.

## **superintendo, -ere**

Fratrem vero Augustiniensem similiter sic ...  
captum et detentum per castellanum prefatum ip-  
se testis, ex quo per provincialem Augustinensem  
superintendens fuerat, de manibus dicti castellani  
recepit: Erdélyi, *Register* p.52.

## **superintendo, -ere**

Propter quod ipse prosecutioni causarum suarum  
commode superintendere non poterit: 1504 Wenzel, *Dóczyak* p.56.

**superior, -ius** *hoc loco adv.*

Veniendum esset omnino ad illum extremum, de quo superius scripsi: 1523 BROD. *Epist.* p.74.

## **superior, -ius**

De causa scientie testis interrogatus respondit, quatenus hec predicta vidisset et audivisset, uti deposuisset superius: Erdélyi, *Register* p.76.



## **superior, -ius**

De negotio vero Prutenico repetivit illa eadem, quae superioribus diebus dixerat et quae ego ad vestram maiestatem perscripseram: 1525 BROD. *Epist.* p.119.

## **superior, -ius**

Qualiter forent plerique ex vobis, quibus de negotio differentiarum ... inter ... exponentes ... ac montanistas nostros in illis comitatibus superioribus montanarum nostrarum commorantes ... evidenter constare (sic): 1516 Wenzel, *Dóczyak* p.73.

**superior, -oris** *m.*

Qualiter nonnulli clerici tam in maioribus, quam etiam in minoribus ordinibus constituti omni obedientia suorum superiorum abiecta contra eosdem superiores suos pertinaciter rebellizare ... consuevissent: 1465 Zimmermann, *Urkb.* VI p.207.

**superlectile, -is n.**

Licet ... racione ... rerum ... mobilium cum eadem quondam domina Anna tempore desponsationis ... eiusdem datarum, ... puta ... duarum vittarum muliebrium gemmis ornatarum, ... trium supperlectilium purpureorum deauratorum ... quedam causa in curia nostra regia ... mota fuisset: *1526 Arch.Majténi* p.560; *Dl 73 240*.

## **supermaneo, -ere**

Cum ipse ... formidaret ... se nposse, si nobis supermaneret, aliquo quesito colore inposterum impediri: 1387 Süttő, *Anjou* II p.441.

## **supero, -are**

Que (*sc. puella*) cum superasset ignem, picem et resinam, fervens oleum, gladium in ore eius mergi fecerunt et migravit ad agnum, sponsum, dominum Iesum Christum: *Serm. Quinqu. 5* (p.35).

## **supero, -are**

Sed ita respondeas (*sc. expectationi*) maximis tuis splendidissimisque virtutibus, ut omnem de te opinionem mirifice superes: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.259.

**supero, -are**

Iam tandem tot difficultatibus superatis in proximo consistorio expedita est libere ecclesia Plocensis: 1523 BROAD. *Epist.* p.72.



**supero, -are**

Non unius regis aut populi videtur esse, ut tantum tyrannum, tot populorum ac nationum dominum non dicamus superare, sed si totus incumbat, finibus suis arcere saltem et repellere possit: 1523  
BROD. *Epist.* p.71.

## **supero, -are**

Sed ita respondeas (sc. exspectationi) maximis tuis splendidissimisque virtutibus, ut omnem de te opinionem mirifice superes: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.259.

## **superreduco, -ere**

Damna claustro exinde proveniencia attendentes  
... fratribus ordinis predicatorum ... ab viculo,  
qui ducit ad plateam pontis usque murum civita-  
tis, pro florenis centum ... vendidimus (*sc. fos-*  
*satum*), ... quod ipsi fratres versus domos con-  
civium nostrorum murum fossati veteris extollere  
atque erigere atque edificia superreducere possent  
atque valeant: 1511/1521 Entz, *Kolozsvár* p.150;

*Df 277780.*

[Szovák] 2015.2.16.

**superscriptio, -onis *f.***

A tergo vero litterarum earundem talis apposta fuit superscriptio: venerabili fratri episcopo Quinqueecclesiensi: Erdélyi, *Register* p.14.

**supersedeo, -ere** *'latinul'* : *körülírva* — *magyarul*  
(scil. litem) *supersedere et condescendere facien-*  
*tes ... 1413 Zsigm.oklt. IV,553.*

[Kóta] 2015.2.16.

## **supersedeo, -ere**

Consilium . . . sum amplexus, sed visum est tantisper supersedere, quousque enucleacius particulariusque intelligi possint ea, que inter principes ipsos sunt acta: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

## **supersedeo, -ere**

Quatenus ... preallegatas litteras vestras ... a ... Demetrio ... repetere et ab earundem litterarum vestrarum quavis exequucione modis omnibus supersedere et cessare debeatis: 15012–1516  
Horváth, *Pótlások* p.178.



## **supersedo, -ere**

Cum religiosus frater, Gaspar Sculteti, prior conventus ordinis predicatorum cum fratribus unā intellexisset, fossatum veteris castri scilicet venale vicinosque concives ab empcione supersedissee: 1511/1521 Entz, *Kolozsvár* p.150; *Df* 277780.

**superstes, -stis** *m.*

Si heredes et superstites prefati magistri Iohannis post obitum suum huiusmodi dispositionem ratam habere non curarent et retractare vellent:  
*1387 Keglevich, Garamsztb. p.227.*

**superstitio, -onis f.**

(*sc. Turci*) utuntur ... circumcissione non in remedium alicuius culpe vel peccati, ... sed solum pro quadam superstitione: GEORG.HUNG. *Tract.* p.364.

**superstitio, -onis f.**

Omnia, ... que pro lege utuntur (*sc. Turci*), non sunt nisi quedam adinventiones ad libitum invente et per consuetudinem introducte, nichil misterii, nichil veritatis continentes, ymo plene blasphemiiis et superstitionibus et dyabolice fraudis effectibus: GEORG. HUNG. *Tract.* p.350.

**superstitio, -onis f.**

Tu execrabilem superstitionem verae pietati di-  
vinisque decretis adversantem venis extirpatum:  
1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.259.

[Szovák] 2015.2.16.

**superstitio, -onis f.**

Tu execrabilem superstitionem verae pietati divinisque decretis adversantem venis exstirpatum:  
*1521 Katona, Hist.crit. XIX p.259.*

## **supersum, -esse, -fui, -futurus**

Quod si neque de pace sive induciis, neque de  
sufficienti subsidio spem aliquam superesse ma-  
iestates vestrae viderent, veniendum esset omni-  
no ad illum extremum, de quo superius scripsi:  
*1523 BROD. Epist. p.74.*

**supersum, -esse, -fui, -futurus**

De pace sive induciis inter principes Christianos  
adhuc superest aliqua particula spei: 1523 BROD.  
*Epist.* p.72.



## **supervacaneus, -a, -um**

Etsi illustrissimae dominationi vestrae et illi illustrissimo dominio paene supervacaneum esse videatur in commendationem huius magnifici viri ... scribere: 1501 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.291.

**supervacaneus, -a, -um**

Quae quidem allegatio vestra omnino inanis et supervacanea existit: 1514/? Wenzel, *Dóczyak* p.67.

## **supervenio, -ire, -veni, -ventus**

Supervenerunt repente nova satis adversa: bas-sam illum praefectum Cayri, qui a Turca defece-rat, a suis esse obruncatum: 1524 BROD. *Epist.* p.97.

## **supervenio, -ire, -veni, -ventus**

Supervenerunt litterae ex Hispania regem Christianissimum XVII. mensis Iunii proxime praeteriti ad portum Barcinonae appulisse: 1525 BROD. *Epist.* p.120.

## **supervenio, -ire**

Ne aliqua sororum supervenientium orationum  
suarum instantium (*ed.corr.:* instantiam) inter-  
rumperet: *Vita Marg.* p.19.

## **supervenio, -ire**

Maturitate sui consilii et persuasionibus studiosis rem odiosam, dum Parisiis supervenimus, reperimus in praeambulis dispositam ad pacem: 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.245.

## **supervenio, -ire**

Post vestrum ... discessum supervenerunt certae litterae maiestatis fraternae ... regis Poloniae: 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.344.

## **suppedito, -are**

Qui *oratores* agerent apud omnes principes ...  
pro subsidio competenti ab omnibus regibus et a  
sede apostolica pro proximo vere vestris maiesta-  
tibus suppeditando: 1523 BROD. *Epist.* p.74.



## **suppedito, -are**

Ut Pannonia opulentissima olim et ditissima provincia ad usus communes vix suppeditare sumtus valeat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.252.

## **suppedito, -are**

Cui donec de opulentiori beneficio providebitur,  
ea suppeditabo adminicula, quibus honestam ac  
commodam vitam ducere valeat: 1515 Katona,  
*Hist.crit.* XVIII p.839.

## **suppedito, -are**

Cum animadvertissemus caesarem ... moliri Tartarorum foeda virtute fraterno Poloniae regno ... ferale excidium subodorassemusque pro principum Christianorum benevolis oblationibus non aliunde suppeditari nobis auxiliares copias ad res tantas urgendas, quam a confoederatis duntaxat nostris, ... cum Turco ... foedus induciale ... inivimus: 1503Pray, *Annales* IV p.306.

## **suppedito, -are**

Quum animadvertissemus ... vigilantissime eundem (sc. Turcorum imperatorem) moliri Tartarorum foeda virtute fraterno Poloniae regno ... ferale excidium subodorassemusque pro principum Christianorum benevolis oblationibus non aliunde suppeditari nobis auxiliares copias ad res tantas urgentas, quam a confoederatis dumtaxat nostris: 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.348.

## **suppedito, -are**

Ut Pannonia opulentissima olim et ditissima provincia ad usus communes vix suppeditare sumtus valeat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.252.

## **suppellicatus, -a, -um**

Quatenus vos omnes iuxta dignitatis suae statum  
suppellicati et pluviali desuper induti ... compa-  
reatis: 1518 Katona, *Hist.crit.* XIX p.79.

## **suppellicatus, -a, -um**

quatenus vos omnes iuxta dignitatis suae statum  
suppellicati et pluviali desuper induti ... compa-  
reatis: 1518 Katona, *Hist.crit.* XIX p.79.

**suppetiae, -arum f.**

qui si labantibus tunc rebus suppetias tempestive  
non tulisset: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.250.



**suppetiae, -arum** *f.*

Qui si labantibus tunc rebus suppetias tempestive non tulisset: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.250.

**suppeto, -ere** (supeto)

Ut quaecumque temporum in processu ipsi ...  
praedictum fundum redimendi facultas supeteret:  
*1467 Zimmermann, Urkb. VI p.282.*

## **suppeto, -ere**

Ut nec iam miles in praesidiis locandus, nec com-  
meatus ad eum fovendum, sed nec machinae bel-  
licae ad hostilem vim arcendam satis abunde sup-  
petant: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.251.

## **suppeto, -ere**

Ut nec iam miles in praesidiis locandus, nec com-  
meatus ad eum fovendum, sed nec machinae bel-  
licae ad hostilem vim arcendam satis abunde sup-  
petant: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.251.

## **suppeto, -ere**

Episcopus ... magnos ... facit sumptus in alienis militibus pro regni defensione, nec suppetunt ecclesiae suae proventus ad hanc causam diutius istic (sc. Romae) prosequendam: 1525 Theiner, *Mon.Slav.* I p.588.

**supplementum, -i n.**

tunc heredes sui ad supplementum decem annorum utantur, quibus completis redeat ad capitulum (*sc. molendinum*) 1502 *Lib.divis.Vespr.* p.74.

**supplementum, -i n.**

Externum vero mercenariumque militem in supplementum conscribere per rei pecuniariae inopiam non licet: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.251.

**supplementum, -i n.**

Externum vero mercenariumque militem in supplementum conscribere per rei pecuniariae inopiam non licet: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.251.



## **suppleo, -ere**

Literas ... perpetuo valituras confirmamus sup-  
plentes omnem defectum, si quis propter lapsum  
dicti unius anni unquam obiici posset: 1465 Zim-  
mermann, *Urkb.* VI p.214.

## **suppleo, -ere**

Reliqua suppleat dominorum iudicum peritia et industria ac rerum experientia singularis, de quorum pura conscientia nemo dubitare potest: Erdélyi, *Register* p.49.

## **supplex, -cis**

Cum Turco ipso supplice pacem poscente praemissis ex causis moti repudiato pacis nomine foedus induciale et quidem septennale felici omine inivimus: 1503Pray, *Annales* IV p.307.

## **supplex, -icis**

Quisnam rei exitus sit futurus, ignoramus, Deum supplices precamur, út nostros non deserat: 1525  
Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

## **supplex, -icis**

Dignetur, supplex obsecro, litteris nunciis, oratoribus, legatis ... rem urgere: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

## **supplex, -icis**

Cum Turco ipso supplice pacem poscente praemissis ex caussis moti, repudiato pacis nomine foedus induciale et quidem septennale felici omnine inivimus: 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.349.

**supplex, -plicis**

Oro supplex humillime vestram maiestatem: 1523

BROD. *Epist.* p.73.

## **supplex, supplicis**

Parcat mihi, rursus oro supplex, maiestas vestra,  
quod de his rebus ad eam scribere audeo: 1523  
BROD. *Epist.* p.74.



**supplicatio, -onis f.**

Potissime supplicatione ipsius domini Demetrii cardinalis interveniente pro eodem quandam possessionem *donavimus*: 1484 Süttő, *Anjou* II p.50.

**supplicatio, -onis f.**

Quorum superinde supplicatione acceptā et eciam  
admissā ... fidelitati vestre harum serie firmiter  
precipiendo committimus, ... quatenus *etc.*:  
*1520 Horváth, Pótlások p.179.*

**supplicatio, -onis f.**

Predicti sic insultantes ... certifixi (*sic ed., recte: Df 228 334: crucifixi*) per suplicationes magnificorum dominorum comitum de Roszgon retenti et prepediti fuerunt: *1423 Pozsonyi vizsály* p.253.

## **supplico, -are**

Parcat vestra maiestas, humillime supplico, minimo servorum suorum ad se de huiusmodi rebus scribenti: 1523 BROD. *Epist.* p.84.

**supplico, -are** különösen a második használatára érdekes, ritka a supinum célhatározói előfordulása mozgást jelentő ige mellett

Quod ubi per maiestates vestras tractari intelligeretur, fortasse isti, quibus nunc tam submissee supplicamus, ultro nobis supplicatum venirent: 1523  
BROD. *Epist.* p.74.

## **supplico, -are**

Supplicatur maiestati vestrae in personis fidelium eiusdem ... in eo humillime, quatenus dignetur maiestas vestra ... fassioni et perpetuae venditioni ... gratum praebere consensum: 1524  
BROD. *Epist.* p.105–106.

## **supplico, -are**

Supplicatur maiestati vestrae in personis fidelium eiusdem: 1525 BROD. *Epist.* p.106.

## **supplico, -are**

Quod Pangratius et Petrus ... serenitati nostre devotissime supplicarunt, ut terras ... ipsis red-  
dere ... dignaremur: *1275 Erd.Múz.* 1992 p.81.



## **suppono, -ere**

Materia baptismi est aqua, et hic supponitur nomine lavacri, quoniam locio fit per aquam et lavacrum: *Serm. Quinqu. 27* (p.71).

## **supporto, -are**

Ut idem magister Franciscus onera eidem domui tam in missis celebrandis, quam aliis servitiis incumbentibus sedulo expleat et supportet: 1522 *Reg.Strig.* p.149.

## **supporto, -are**

ut nos erga prefatum dominum Iohannem de Rozgon haberetis excusatum, ut de tali via essemus supportati: *1437 Knauz; Kortan p.231.*

## **supporto, -are**

Et eo potissimum tempore, quo idem onus et vicem ... thesaurarii nostri in ipso officio gerebat et supportabat: 1478 Wenzel, *Dóczyak* p.9.

## **suppositus, -a, -um**

Finivi librum illuminando sexta feria in die octava Thome Cantuariensis infra octavas Nativitatis Verbi Dei incarnati, filii Dei altissimi Beatissime Christifere Marie in divina et humana natura unius suppositi, cui laus et gloria: *1480 ItK* 110 (2006) p.339.

**supra** *praep. cum acc.*

Si de rebus forte supra conditionem meam existentibus pauca ad vestram maiestatem scribam:  
*1523 BROD. Epist. p.73.*

**supra** *praep.*

Mirabile dictu tanti sanguinis altitudo et adhuc teneravestes habitus sui, si de panno notabiliter precioso supra alias coevas suasfuissent, erubescibat portare: *Vita Marg.* p.18.

## **supradictus, -a, -um**

Omnes et singulos testes vobis pro parte supradicti domini Petri Erdewdÿ nominandos et producendos in forma iuris recipiatis: Erdélyi, *Register* p.34.



## **supradictus, -a, -um**

Etiam vehementer etiamque valeas et Aegidio supradicto Augustini epistolas huiusmodi tradas: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.175).

## **supramemoratus, -a, -um**

Quia supramemoratarum fassionum testium productorum publicationi et discussioni ... die et loco suprascriptis fierent et agerentur: Erdélyi, *Register* p.22.

## **supraspecificatus, -a, -um**

Extunc predicti heredes ... duas partes ... castri ... et omnium bonorum supraspecificatorum absque omni discussione iudiciaria occupandi ... facultatem haberent: 1387 Keglevich, *Garamsztb.* p.227.

**supremitas, -atis f.**

In dicto loco monasterium ... lapideo opere usque ad altitudinem seu supremitatem unius hominis staturae se iam erexisse a terra nobis affirmasset: s.1145/s.1443 *CD Hung.* II p.121–122.

## **supremus, -a, -um**

Ex Lombardia habemus nova ... Gallos ex Italia iam discedere et in discessu huiusmodi per nostros unam partem eorum male mulcatam, ... interfectum quendam capitaneum, unum ex principalioribus, vulneratum etiam supremum capitaneum, quem almiralium vocant: 1524 BROD. *Epist.* p.98.

**surditas, -atis f.**

Vos autem tantae surditate (sic ed.) dati estis <..>:  
1482 Zimmermann, *Urkb.* VII p.322.

**surditas, -atis f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... surditas ... abest:  
BONF. *Symp.* III,443.

## **surdus, -a, -um**

nisi te mutis piscibus surdiorem esse atque elinguem illum Harpocraten examussum referre factus essem certior: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).



**surgo, -ere**

Quod ... monachi seu fratres ... tunc ibi residentes hora quasi duodecima diei surrexissent:  
Erdélyi, *Register* p.76.

## **surgo, -ere**

Propter que quidem ... verba ... contra me prolata ego a cena surgens et ad presentiam dicti domini prepositi personaliter inveni (*sic in ed. minus recte correctum ex inventi*) adiens mihi ... iustitie complementum petii amministrare: 1425 *Pozsonyi vizsály* p.264.

**surgo, -ere**

Qualis Phlegraeae gelidis in rupibus Ossae / surgit  
procero sublimis stipite pinus: IAN. PANN. *Paneg.*  
3,1,271-72.

[Szovák] 2015.2.16.

**sursum** *adv.*

Quod ignis estuando movetur et semper sursum fertur, quasi tendens ad summum universum: *Serm. Quinqu. 7* (p.36).

**susceptio, -onis f.**

Qui habet similiter vim illuminativam, quia inprimit characterem, que disponit animam ad suscepcionem luminis gracie, ut transparencia vitrum ad suscepcionem luminis corporalis: *Serm. Quinqu.* 27 (p.71).

## **suscipio, -ere**

Deinceps ... vobis alleviationem talem faciemus, quam a nobis animo suscipietis valde grato:  
1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.150–151.

## **suscipio, -ere**

Item ponit, quod iidem fratres inter alias multiples et varias ineptias ... a mulierculis quoque suspectis non temperabant: Erdélyi, *Register* p.28.

## **suscipio, -ere**

Litteras magnificentie vestre ... ea, qua decuit, reverentia suscepimus in hec verba *etc.*: 1373 Keglevich, *Garamsztb.* p.182.



## **suscipio, -ere**

Quod onus idem Blasius lector et rector altaris eiusdem Sancte Crucis ex beneplacita voluntate et annuentia condam ... Alberti episcopi ... suscepit et singulis septimanis facit continuare: *c.1491 Veszpr.okl. I p.296.*

## **suscipio, -ere**

Indignum arbitramur, ut illis se reddat ingratham  
nostra maiestas, a quibus tot servitorum et since-  
ritatis experimenta suscepit: 1385 Süttő, *Anjou II*  
p.271.

## **suscipio, -ere**

omne illud incendium ... potestis extinguere,  
latius effusum in diesque maiores flammarum  
vortices evomens in vestros agros ... suscipere  
cogemini: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.252.

## **suscipio, -ere**

Eodem anno habitum ordinis secundum suam etatem devote suscepit (*sc. B.Margareta*): *Vita Marg.* p.18.

## **suscipio, -ere**

Etsi horrebam tam arduum laborem suscipere:  
Szilády, *Temesvári* p.60.

**suscipio, -ere** *m.f.*

Litteras serenissime principis, domine Elizabeth  
... regine ... eo, quo decuit, suscepimus hono-  
re: 1385 Keglevich, *Garamsztb.* p.215.

## **suscipio, -ere**

Item in festo Sancti Georgii dedi Blasio Chys, quando suscepit allodium in Peterfalwa in sortem salarii sui, fl<orenos> 6,5: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* II,819 (p.57).

## **suscipio, -ere**

omne illud incendium ... potestis extinguere,  
latius effusum in diesque maiores flammarum  
vortices evomens in vestros agros ... suscipere  
cogemini: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.252.



**suscitatio, -onis f.**

Prodigia vero dicuntur maiora miracula, ut est suscitacio mortuorum, quod est omnino ab extrinseco, quia a privacione est adhibitum: *Serm. Quinqu.* 16 (p.52).

## **suscito, -are**

Quando, scilicet in campo, sagittatum et mortuum relictum Deus suscitavit ad hoc, ut ipsemet dicit, ut conveniret Dioclecianum de iniusta nece sanctorum, quorum precibus mundus melioratur: *Serm. Quinqu. 32* (p.80-81).

**suscito, -are**

Ad eandem spectantium nonnullas differentias et  
controversiarum materias ortas esse et suscitatas:  
*1515 Szapolyai oklt. p.367.*

**suspectio, -onis f.**

quod eligerentur aliquae persone de capitulo fideles eidem et omni suspectione carentes, qui etc:  
*1508 Reg. Strig. p.78.*

**suspectio, -onis** *f.*

Quod eligerentur aliquae personae de capitulo fideles eidem et omni suspicioni carentes, qui *etc.*:  
*1508 Reg.Strig.* p.78.

## **suspectus, -a, -um**

In qua (*sc. causa*) ipse vos iudicibus haberet pro suspectis, unde cum coram iudicibus suspectis non sit tutum litigare: 1386 Süttő, *Anjou* II p.385.

## **suspectus, -a, -um**

Semper nobis fuerunt suspecta callidissimorum  
hostium nostrorum consilia: 1524 BROD. *Epist.*  
p.85.

## **suspendo, -ere, -pendi, -pensus**

Scribunt decimas, quae praelatis ecclesiarum debebantur, eos suspendisse (hoc enim vocabulo scribitur), atque ad fines a Turca tutandos expensuros: 1525 BROAD. *Epist.* p.115.



## **suspendo, -ere**

Quia Iacobus ... hospes ... ordine iudiciario  
detentus in vinculis ... habebatur, ... patibulo  
suspendi ... debebat: 1343 Mészáros, *Visegrád*  
p.111; cf. *CD Zichy* XII p.15–16.

## **suspendo, -ere**

Quomodo ... Emericus ... unum iobagionem ... fortuna sinistrante in oppido Meggyes suspendisset: 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.275; cf. *DF* 275435.

**suspensum, -i n.**

regius orator, ... si ... Turci non acquiescent,  
... rem illam mittat in suspenso: 1496 Katona,  
*Hist.crit.* XVIII p.52.

**suspensum, -i n.**

Regius orator, ... si ... Turci non acquiescent,  
... rem illam mittat in suspenso: 1496 Katona,  
*Hist.crit.* XVIII p.52.

**suspicio, -onis f.**

Ut sicuti huiusmodi officii collatio est expers et vacua omni suspicione mali futuri, ita universis dominis et regnicolis huius regni nostri Hungarie magis grata esse possit et accepta: 1515 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.835.

**suspicio, -onis f.**

Propter emtorum conditionem suspicio sinistra  
de dicto plebano ... non capiatur: 1507 Katona,  
*Hist.crit.* XVIII p.482.

**suspicio, -onis f.**

Cardinalem Volterranum ob suspicionem Siciliae ad defectionem sollicitatae et rerum novarum motus in custodiam ... coniectum puto maiestatem vestram iam pridem intellexisse: 1523 BROD. *Epist.* p.72.

**suspirium, -i n.**

Propter quas ipse c<omes> Petrus per longa tempora dies duxit aegrotos cum suspirio gemebundus: 1411 Katona, *Hist.crit.* XII p.64.



**suspirium, -i n.**

Extunc ipsa domina ... oculos aperiens et cum ... maritum suum ... Martinum ... intuita fuisset, in eumque suspiria gravia trahendo conspiciendo eundem ad se vocasset: *1519 Arch.Majténi* p.503; *cf. inferius*: in eumque suspiria gravia trahentem conspiciendo.

**suspirium, -ii n.**

propter quas ipse c[omes] Petrus per longa tempora dies duxit aegrotos cum suspirio gemebundus: 1411 Katona, *Hist.crit.* XII p.64.

## **suspiro, -are**

Ardorem desiderii antiquorum patrum Christi presenciam in carne suspirantium spirant ista verba, in quibus exprimitur causa meritoria de congruo, etsi non de condigno, que Filium Dei de sinu Patris traxit in terram: *Serm. Quinqu. 8* (p.38).

## **suspiro, -are**

Qui (sc. populus Christianus) ex divisione ecclesiae angustis molestiis et molestis angustiis diutius suspiravit: 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.250.

**sustentatio, -onis** *f.*

Registrum factum ... super tacaciones opid<or>um  
et villarum extraordinarias pertinentes ad susten-  
tationem castri Kapw: 1520 Nógrádi, *Kanizsai*  
II,331 (p.33).

**sustentatio, -onis** *f.*

Ut ad eorum vite sustentationem et ad edificia aliqua facienda sufficere potuisset: Erdélyi, itRegister p.127.

**sustentatio, -onis *f.***

Cum reginalis maiestatis, domini prelati et barones regni Hungarie post decessum regie maiestatis felicis recordationis nobis Austriam tutandam et gubernandam commississent, pro sustentatione hominum stipendariorum: 1490 SZAPOLYAI OKLT. p.185.

## **sustento, -are**

Ut non nisi per alios adiuti et sustentati in eorum  
clastrum redire potuerunt: Erdélyi, itRegister  
p.127.



## **sustineo, -ere, -tinui, -tentus**

Totam hanc rem, quomodocunque cadat, non vestris maiestatis, quae a tot annis hostes Christianae reipublicae solae sustineretis, sed principibus Christianis ... esse inputandam: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

## **sustineo, -ere, -tinui, -tentus**

Non enim dubito vestrarum maiestatum auctoritatem, qui soli cum vestris subditis sustinetis pondus diei et aestus, multum potuisse illos monere et plus quam omnium reliquorum principum auctoritatem: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

**sustineo, -ere, -tinui, -tentus**

Scis, ... quantas nos hic citra ullius auxilium calamitates sustineamus: 1525 BROD. *Epist.* p.116–17.

**sustineo, -ere, -tinui**

Quam *defensionem* nos cum ... nepote nostro soli assidue sustinemus: 1523 BROD. *Epist.* p.78.

## **sustineo, -ere, -ui, -tentus**

Corporale fuit sacrificium mortis, quod sustinuit  
(*sc. Christus*) in cruce, et quod representatur in al-  
tari ecclesie: *Serm. Quinqu.* 24 (p.66).

## **sustineo, -ere**

Que (*sc. B.Margareta*) ... oblatum sibi cilicium induit, sed pre nimia teneritudine sustinere non potuit: *Vita Marg.*

**susurratio, -onis f.**

De invidia nascuntur hec. V. odium, susurratio.  
detractio: PAUL. HUNG. *Penit.* p.195.

**susurrium, -ii n.**

Susurrium est inter amicos discordiam seminare:  
PAUL.HUNG. *Penit.* p.203.

[Hegyí] 2015.2.16.



**sutor, -oris** *m.* (suttor)

Item die sabati ... emi in Sar a Mathie (sic) sut-  
tore duos boves ad coquinam: 1520 Nógrádi, *Ka-  
nizsai* II,119 (p.21).

**sutor, -oris** *m.* (suttor)

Item feria quinta ... solvi Mathie suttori propter  
subsolationem calciorum novorum fl[orenum] 1:  
1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,208 (p.70).

**sutor, -oris** *m.*

Item feria quarta ... pro sotularia (sic ed.) domini magnifici Mathie suttori dedi d<enarios] 10: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,747 (p.144).

**suus, -a, -um**

Supervenerunt repente nova satis adversa: bas-sam illum praefectum Cayri, qui a Turca defece-rat, a suis esse obruncatum: 1524 BROD. *Epist.* p.97.

**suus, -a, -um** *pron.poss.*

Sue sorores suas possessiones ... in sui absentia  
regere nequivissent: 1340 Diaconescu, *Documen-*  
*te* p.30.

**syllogismus, -i m.**

Sicut enim in syllogismis ex universalibus propositionibus particulares conclusiones saepenumero colliguntur: BONF. *Symp.* III,403.

**symbolum, -i n.**

Praestantissimum denuo virum, ... Georgium Collimitium, omnium horarum hominem, nostrum communem amicum, singulos denique symboli ac symposiorum vestrorum cundapn'ious nomine meo salvos iubeto: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**symposium, -i n.**

Ut plerumque in dicto oppido et villis cum rusticis in tabernis symposia et ebrietates necnon rixas, iurgia et contentiones usque ad verbera et sanguinis effusionem aliaque malorum genera cum maximo, non solum religiosorum, verum etiam totius cleri et multorum Christifidelium scandalo exercerent: Erdélyi, *Register* p.28.



**symposium, -ii n.**

Praestantissimum denuo virum, ... Georgium Collimitium, omnium horarum hominem, nostrum communem amicum, singulos denique symboli ac symposiorum vestrorum cundapn'ious nomine meo salvos iubeto: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**synanchae, -arum f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... synachae ... abest:  
BONF. *Symp.* III,444.

**syndicus, -i m.**

Propter absentiam domini Iohannis Bak syndici et concanonici ipsorum dominorum: *1518 Reg.Strig.* p.128.

**synodus, -i f.**

Ipsum capitulum et canonici ... in omnibus sanctis synodis per ipsum dominum episcopum celebratis, preter primam synodum multas rebelliones, iniurias et insolencias multimodas contra ipsum adamaverunt: *1392 Mon.episc.Zagr. II p.335.*

## **tabefacio, -facere**

*(sc. Omnis creatura)* insolitis motibus exagitata  
in seipsa tabefacta deficiet: GEORG.HUNG. *Tract.*  
p.322.

**tabellarius, -ii m.**

Cum tibi copias ostendet Aegidius meus, praesentium tabellarius: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

[Szovák] 2015.2.16.

**tabellio, -onis m.**

Georgius Dei et apostolice sedis gratia episcopus  
Quinqueecclesiensis ... notariis et tabellionibus  
publicis ... salutem in Domino: Erdélyi, *Register*  
p.13.

**taberna, -ae f.**

Quod plebanus Brassoviensis ... valeat ... educillare decem vasa vinorum in eadem Brassovia cum signo consueto, ... non tamen tenendo tabernam, nec faciendo sedere ibidem homines in crapulatione: 1507 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.481.



**taberna, -ae f.**

Qui emuli percipientes noctis in silentio super ipsos irruentes, quos dormientes in tabernis et domibus supervenerunt: *1465 Szapolyai oklt.* p.104.

**taberna, -ae f.**

Ut plerumque in dicto oppido et villis cum rusticis in tabernis symposia et ebrietates necnon rixas, iurgia et contentiones usque ad verbera et sanguinis effusionem aliaque malorum genera cum maximo, non solum religiosorum, verum etiam totius cleri et multorum Christifidelium scandalo exercerent: Erdélyi, *Register* p.28.

**tabernarius, -i m.**

Quod ... et tandem prior eiusdem fratris eundem breviarium a tabernario redemisset: Erdélyi, *Register* p.96.

**tabernarius, -ii m.**

Quod ipsi in prefata domo cervisiam braxare et in ducillo more tabernario ... vendere ... possint et valeant: *1516 Szapolyai oklt.* p.384.

**tabernator, -oris m.**

quilibet suam vitam ducens cum aliqua arte vel magisterio, sive sit tabernator potus cuiuscumque, sive pelfifex aut lucifigulus, cum similibus tenetur solvere pro tributo annuatim ... quinque denarios: *1346 Mon.civ.Zagr.* I 183.

**tabernator, -oris m.**

Item quilibet suam vitam ducens cum aliqua arte vel magisterio, sive sit tabernator potus cuiuscumque sive pellifex aut licifigulus, cum similibus tenetur solvere pro tributo annuatim ... quinque denarios: *1343 Mon.civ.Zagr.* I p.161.

**tabernator, -oris m.**

Quilibet suam vitam ducens cum aliqua arte vel magisterio, sive sit tabernator potus cuiuscumque, sive pellifex aut lucifigulus, cum similibus tenetur solvere pro tributo annuatim ... quinque denarios: *1346 Mon.civ.Zagr. I p.183.*

**tabernicalis, -e**

Quod fratres Augustinenses ... ludos tabernicales exercuissent: Erdélyi, *Register* p.88.

[Hegy] 2015.2.16.



**tabes, -is f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... pulmonem ...  
tabes ... abest: BONF. *Symp.* III,444.

## **tabesco, -ere**

Quod ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat: *Serm. Quinqu.* 7 (p.36).

**tabula, -ae** *f.* (thabula)

Quatenus thabulam in civitate vestra ecclesiae nostrae Albensis reformatam ... per unum currum vestrum ad festum Nativitatis Domini ... velitis Albam transmittere: 1464 Zimmermann, *Urkb.* VI p.206.

**tabula, -ae f.**

Quidam familiaris domini prepositi ... intravit ad domum meam, ubi invenit me sedentem in tabula cum pluribus honestis personis: *1425 Pozsonyi vizsály* p.264.

**tabularium, -ii n.**

Quae vel incuria vel potius negligentia tua non parum molestiē mihi suggessit, maxime, cum tabulariorum aut scribendi non defuerit opportunitas:  
*1514 TAUR. Epist. 1 (p.128).*

**taceo, -ere, tacui, tacitus**

Illud ... unum neque ego possum tacere: 1524  
BROD. *Epist.* p.103.

## **taceo, -ere**

Viciosum et punitione dignum arbitror eius (*sc. virginis Mariae*) laudes tacere: Szilády, *Temesvári* p.9.

## **taceo, -ere**

Idem prepositus magis et magis furore accensus dixit mihi: „Tu non es magister, sed es unus beanus et unus ribaldus”, et subiunxit: „Taceas, ribalde, alias te vinculabo et vinculatum dirigam ad Posonium”: *1425 Pozsonyi vizsály* p.263.



**taciturnitas, -atis** *f.*

Ut de penit. dis. V. cap. I. ut cautus. dis. I. taciturnitas: PAUL. HUNG. *Penit.* p.193.

**taciturnitas, -atis** *f.*

Quare ... taciturnitatem tuam magis silentio transire, quam inelegantibus ac importunis literulis meis tibi molestus esse volui: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

**taciturnitas, -atis f.**

Et ne horum taciturnitas nobis communicaret of-  
fensam: *1422 Mon.episc.Zagr.* VI p.71.

**taciturnitas, -atis f.**

Que (*sc. B.Margareta*) ... paucis contenta verbis  
erat taciturnitatis amatrix: *Vita Marg.* p.18.

**taciturnitas, -atis** *f.*

Secundo, taciturnitas in ore: *Serm. Quinqu.* 20  
(p.60).

**tactus, -us** *m.*

Habebat enim curiositatem experiendi et per sensum ad fidem veniendi et volebat certitudinem capere per visum et tactum: *Serm. Quinqu. 7* (p.37).

**tactus, -us** *m.*

Thomas ... volebat certitudinem capere per visum et tactum: *Serm. Quinqu. 7* (p.37).

**tactus, -us** *m.*

Secunda apparicio purgat culpam, quia tunc tactu mundissime sue carnis vim regenerativam contulit aquis: *Serm. Quinqu.* 26 (p.70).



**taedium, -i n.**

Ideo ne idem per idem pluries replicem et longa  
me scripta animum d<ominationis> v<estre> te-  
dio aficiant: *1449 TSz 1929 p.135; Dl 80 935.*

[Szovák] 2015.2.16.

**taedium, -ii n.**

Quos usque ad Craccoviam vobis tedium ne sit  
mittere: *1469 Szapolyai oklt. p.122*

**taedium, -ii n.**

Ne vero nunc longioribus litteris sim vestrae sanctitati taedio: 1524 BROD. *Epist.* p.103.

**talentum, -i n.**

Quod quidem aurum octo fuit pondere talentorum: BONF., *Symp.* III,639.

**talentum, -i n.**

Nicolaus ... et ... Stephanus ... totalem portionem ipsorum ... cognato ipsorum pro decem talentis <denariorum Viennesium latorum, sex> pensas pro qualibet <computatis et plene> persolutis confessi fuissent se pignori obligasse: 1451 *Arch.Majtényi* p.138.

**talia, -ae f.**

Nihil aliud hactenus ... pro statu et conservatione regni effecimus, quam quod quandam talem de nostris bonis pro militum stipendio ad defensionem arcium finitimarum deputatorum ordinavimus: 1518 Bessenyei, *Lettere* p.13.

**taligila, -ae f.**

Item eodem die eidem allodiatori ad unam taligilam dedi d<enarios] 10: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,812 (p.102).

**talis, -e**

Ut in tali casu plerumque fieri consuevit: 1524  
BROD. *Epist.* p.94.

[Monostori] 2015.2.16.



**talis, -e**

Idem comes ... talem in litteris modum pro utilitate partis utriusque suam conferendi eleemosynam postulavit, ut *etc.*: 1248/XVIII CD Hung. IV/2 p.23.

**talis, -e**

Quod eos propter talem et tantam negligentiam eorum vellet de monasterio eorum eicere, et alios inducere: Erdélyi, *Register* p.107.

**talis, -e**

Deus det suae maiestati et ... suae maiestatis  
consiliariis talem mentem, ne illud nobilissimum  
ac potentissimum regnum ... amittant: 1525  
BROD. *Epist.* p.119.

## **talis, -e**

Iccirco talem te erga illum geras, ut hanc meam (quantulacunque sit) commendatiunculam sentiat cognoscatque sibi non parum profuisse: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**tamen** *adv.*

Tamen quamprimum cum eisdem concordare posset, statim vellet accipere sacramentum Eucharistie: Erdélyi, *Register* p.106.

[Hegy] 2015.2.16.

**tandem** *adv.*

Postulamus a te, ut tandem finis fiat huic tragoe-  
diae: 1523 BROD. *Epist.* p.75.

**tandem** *adv.*

Fortasse iam tandem post tot et tam varias dilaciones brevi extrudetur: 1523 BROD. *Epist.* p.72.

**tandem** *adv.*

Iam tandem tot difficultatibus superatis in proximo consistorio expedita est libere ecclesia Plocensis: 1523 BROAD. *Epist.* p.72.



**tandem** *adv.*

Venerunt nova de Constantinopoli ... Imperatorem aegre tandem seditione oppressa coactum id facere, quod milites postulaverant: 1525 BROD. *Epist.* p.119.

**tango, -ere**

Non tangit exitus introitum d<enarii> 19: 1521  
Nógrádi, *Kanizsai* V,20 147).

## **tango, -ere**

Quod ... frater suus carnalis quandam pecuniarum quantitatem ab universis iobagionibus ipsorum ipsos communiter tangentibus ad presens extorqueretur: 1380 Keglevich, *Garamsztb.* p.205.

## **tango, -ere**

Omnes ... causas ... forum ecclesiasticum tangentes ... cognoscendi ... omnimodam facultatem concedimus: 1443 Zimmermann, *Urkb.* V p.122.

**tango, -ere**

Exitus non tangit introitum fl[orenis] 0,5: 1521  
Nógrádi, *Kanizsai* V,263 (p.157).

**tantara, -ae f.**

Item eodem die duas tantaras vulgo 'zytath' emi:  
1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,754 (p.99).

**tantara, -ae f.**

Item eodem die pistatrici, que panes pistat domino magnifico, pro una tantara dedi d<enarios] 6:  
1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,419 (p.131).

**tantillus, -a, -um**

Velim, si tantillum gratiæ tuę habere possem, mihi quam primum rescriberes: *1514 TAUR. Epist. 1* (p.130).



**tantisper** *adv.*

Consilium . . . sum amplexus, sed visum est tantisper supersedere, quousque enucleacius particulariusque intelligi possint ea, que inter principes ipsos sunt acta: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

**tantopere** *adv.*

Quem (*sc. Stephanum Brodericum*) mihi vestra  
sanctitas tantopere commendat: 1525 Theiner,  
*Vet.Mon.* II p.656.

**tantum** *adv.*

Volui proponere tantum rem in conspectu vestrae maiestatis illius sapientissimo consilio et prudentia trutinandum: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**tantum** *adv.*

Quam ut relictis praesidiis necessariis ea tantum,  
quae ab illo sunt parta, in reditum suum defendi  
ac retineri possent: 1524 BROD. *Epist.* p.86.

**tantummodo** *adv.*

Ut tempore, quo fratres ... habitassent in monasterio predicti oppidi Kermend, fuissent interdum duo fratres, interdum vero tantummodo unus monachus adeo: Erdélyi, *Register* p.68.

**tantummodo** *adv.*

Quod interdum tantummodo quatuor, aliquando tres et interdum duo tantummodo fratres ... fuerunt in dicti monasterio: Erdélyi, *Register* p.107.

**tantus, -a, -um**

Nosti, quanta illius tantae multitudinis sit morum  
diversitas: VALENT. ECK p.50.

## **tantus, -a, -um**

Mirabile dictu tanti sanguinis altitudo et adhuc teneravestes habitus sui, si de panno notabiliter precioso supra alias coevas suasfuissent, erubescibat portare: *Vita Marg.* p.18.



**tapeta, -ae f.**

Item die dominico ... currifero, qui portavit tapetas et cocos ad Sarwar, dedi d<enarios] 12: 1521  
Nógrádi, *Kanizsai* III,925 (p.106).

**tarde** *adv.*

Vereor, ne tarde veniant: 1524 BROD. *Epist.* p.89.

[Monostori] 2015.2.16.

## **tarde**

In iis enim sum locis, quo et propter diversa viarum discrimina et propter longinquitatem tardissime omnia perferuntur: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**tarditas, -atis f.**

ut ipsimet Philistaei nostri ... illos etiam pharetrarios seu homines exercitantes ... semper debitis temporibus appromptuando versus et ad illas partes, quas iusserimus, ... sine tarditate et dissimulatione aliquali destinare debeant: 1428 Katoona, *Hist.crit.* XII p.509.

**tarditas, -atis f.**

In tanta ... rerum omnium desperatione ac principum Christianorum vel discordia, vel negligentia, sedis etiam apostolicae vel paupertate, vel tarditate quid posset ... vestra maiestas melius suo ... nepoti consulere, quam ut iam tandem tentatis omnibus, quae tentari potuerunt, de salute regnorum suorum aliter cogitaret?: 1523 BROD. *Epist.* p.74.

**tardiuscule** *adv.*

Expeditis ibi ... rebus omnibus ... novis litteris iuramentalibus, novo ab ipso caesare fidei sacramento ... tandem Dei benignitate, licet tardiuscule, nostri tamen salvi et incolumes his modo diebus rediere: 1503 Pray; Annales p.307.

**tardiuscule** *adv.*

Et quidem pro reformatione varietatis et discrepantiae inter nos et caesarem illum abortae ... expeditis ibi ... rebus ... licet tardiuscule, nostri tamen salvi et incolumes his modo diebus rediere: 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.351.

**tardus, -a, -um**

Quod vix tarda hora noctis ad monasterium eorum (*sc. fratrorum*) potuissent intrare: Erdélyi, *itRegister* p.113.



## **Tartari, -orum *m.***

Quum animadvertissemus ... vigilantissime eundem (sc. Turcorum imperatorem) moliri Tartarorum foeda virtute fraterno Poloniae regno ... ferale excidium subodorassemusque pro principum Christianorum benevolis oblationibus non aliunde suppeditari nobis auxiliares copias ad res tantas urgentas, quam a confoederatis dumtaxat nostris: 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.348.

## **Tartaricus, -a, -um**

Quam cum adhuc mater sua regina gestaret in utero tempore Tartarice persecutionis: *Vita Marg.* p.17.

## **Tartaricus, -a, -um**

Quippe cuius auxilio imperium Tartaricum sit adeptus: 1524 Theiner, *Mon. Vat.* II p.632.

## **Tartaricus, -a, -um**

quippe cuius auxilio imperium Tartaricum sit  
adeptus: 1524 Theiner; Mon.Vat. II p.632.

## **Tartarus, -a, -um**

In conflictu (sic ed.) quodam ... ex nostro missu contra ... gentem Tartarorum ... habito et in alio prelio ... contra Rutenos similiter ex nostro mandato commisso ... laudabiles exercent famulatus: *1349Erd.oklt.* III,533.

**taurinomastyges, -ae m.**

Non potui quorundam temeritatem seu sanguineam quandam crudelitatem, quas taurinomastygę illi versiculis meis hendecasyllabis intulerint, tibi non facere copiam: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**tavernicalis, -e** (tavarnicalis)

Quamvis nos ... instrumenta super eisdem iuribus possessionariis confecta registratim ad domum nostram tavarnicalem reponi fecerimus:  
*1386 Süttő, Anjou II p.383.*

**taxa, -ae f.**

Nos de taxis et datiis ipsorum nobis annuatim solvere debentium ... centum florenos auri ... remisimus (sc. *Emericus de Zapolya*): 1464 Szapolyai oklt. p.94.



**taxa, -ae f.**

Ne ipse super iobagiones ... Ladislai ... ad portionem suam cedere debentes predictam pecuniam vel aliquam taxam ab eisdem exigere debeat:  
*1380 Keglevich, Garamsztb. p.205.*

**taxa, -ae f.**

Taxam decimarum scribis a ... cardinalibus et officialibus exigi: 1523 BROD. *Epist.* p.71.

**taxa, -ae f.**

Quantum ad dicam seu taxam scribitis, quod litteras quittantias regie maiestatis exhibuistis etc., curetis taxam ipsam percipere: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.103.

**taxatio, -onis f.**

Registrum factum ... super tacaciones opid<or>um  
et villarum extraordinarias pertinentes ad susten-  
tationem castri Kapw: 1520 Nógrádi, *Kanizsai*  
II,331 (p.33).

**taxo, -are**

Pauperibus iobagionibus ... properantibus domum quidam capitaneus ... eosdem captivavit taxando: 1450 Neumann, *Korlátköviek* p.174.

**taxo, -are**

Dampna et interesse petendum et taxari faciendum et super ipsis ... iurandum: Erdélyi, *Register* p.42.

## **taxo, -are**

Si aut veniendum aut mittendum gentes suae maiestati erit, nos in tali casu providebimus per hominem nostrum specialem, ut commode, taxato etiam commeatu, venire poterit: *1507 Katona, Hist.crit. XVIII p.508.*

**tectalis, -e**

Reedificata est turris ... cum clipeis tectalibus:  
*1496/1497 Magyary-Kossa III p.115.*

[Szovák] 2015.2.16.



**tectum, -i n.**

Ne eadem nobilis domina hereditate paterna destituta tectis latitare cogaretur (*sic ed.*) sub alienis:  
1386 Süttő, *Anjou* II p.386.

**tectura, -ae f.**

De puro tritico, quem (*sic*) seminare feci, tecturam ecclesie ... filius meus ordinare et renovare faciat: 1477 Neumann, *Korlátköviek* p.181.

**tectura, -ae f.**

Quod nisi cives dicti oppidi Kermend de eorum elemosina tecturam ipsius predicti monasterii refecissent vel reparassent: Erdélyi, *Register* p.109.

**tectura, -ae f.**

Si quid autem edificii factum fuisset in illo tempore fratrum Augustiniensum ... cives dicti oppidi Kermend fieri fecissent, ut tecturam ecclesie et ambitus: Erdélyi, *Register* p.113.

**tegmen, -inis** *n.*

Purpura quem Tyrio velat super aurea filo, / tegmen idem clypeo: IAN. PANN. *Paneg.* 3,2,216–217.

**tegmen, -inis** *n. összevonandó-e tegimen alakkal?*  
Alii Christiani sanguine Christiano inexplebiles  
sub tegmine alarum vestrarum maiestatum sacra-  
tissimarum requiescunt: 1525 BROD. *Epist.* p.111.

**tego, -ere**

Vestigia principis sunt facta sua magnifica, que debet tegere et non iactare pueriliter: *XIII Madas, Serm. p.52.*

**tego, -ere**

Ut de novo faciant tegere domus illorum cum cilindriis et sub bona reformatione remittant sub pena 16 fl: *1498 Lib.divis.Vespr.* p.39.



**tegumentum, -i n.**

Ut habentes alimenta et tegumenta his contenti simus. (*In manuscripto: tegimenta; cf. 1 Tim. 6,8: „Habentes autem alimenta et quibus tegamur, his contenti simus.”*): *Serm. Quinqu. 5* (p.35).

**tela, -ae f.** (tella, thela)

Item feria quinta ... dedi pro redemptione tel-  
le magnifici domini d<enarios] 35: 1520 Nó-  
grádi, , *Kanizsai* III,59 (p.63). Eodem die dedi  
textori pro dispositione thele magnifice domine  
d<enarios] 8: Ibid. III,60: 1520 Nógrádi, *Kanizsai*  
III,59 (p.63).

**tela, -ae f.**

Item eodem die emi telam vel sindonem uxori allodiatoris in Sar: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* II,768 (p.54).

**tela, -orum** *n.*

In eiusdem civitatis obsidione ... memorati Stephanus et Georgius comites Posonienses, primipili seu ductores praetacti exercitus nostri ex-eundo speciales exmissiones bombardarum ac telorum et lapidum densitates non advertentes ... laudabilia exhibuerunt servitia: 1424 Katona, *Hist.crit.* XII p.428.

**tela, -orum** *n.*

in eiusdem civitatis obsidione ... memorati Stephanus et Georgius comites Posonienses, primipili seu ductores praetacti exercitus nostri ex-eundo speciales exmissiones bombardarum ac telorum et lapidum densitates non advertentes ... laudabilia exhibuerunt servitia: 1424 Katona, *Hist.crit.* XII p.428.

**telonarius, -i m.**

Item confortet ipsum ... factum telonarii: PAUL.  
HUNG. *Penit.* p.193.

**teloneator, -oris** *m.* (theoloniator)

Cives ... quendam Georgium theoloniatozem et familiarem eorundem actorum domo in eadem nece miserabili interemissent: 1497 Wenzel, *Dóczyak* p.37.

**teloneum, -ei** *n.* (theloneum)

Simul cum tributis in possessione religiosarum dominarum sanctimonialium Wasarhel vocata ac in prefatis possessionibus ... theloneis portionibusque ... campis, piscuis ... piscinis, piscaturis, ... patrueli eiusdem domoni episcopi suisque heredibus et posteritatibus universis duximus dandum: *1495 Szapolyai oklt.* p.221.



**teloneum, -i n.** (theolonium)

Licet prefatum magistrum ... tertia dumtaxat pars castri Gyemes ... ac possessionum, villarum, pertinentiarum, tenutarum, tributorum, theoloniorum, proventuum, territoriorum, vinearum, emolimentorum, molendinorum ac aliarum quarumlibet utilitatum predicti castri ... concernetur: 1387 Keglevich, *Garamsztb.* p.226.

**teloneum, -i n.**

Possessionem meam ... cum duobus molendinis et uno theloneo fassa fueram eidem ... filio meo: 1477 Neumann, *Korlátköviek* p.180.

**teloneum, -ii** *n.* (theloneum)

Ne in Tokay theloneum solvant (sc. fratres): *1500 Szapolyai oklt.* p.261.

**telonialis, -e** ( thelonialis)

Insuper domum thelonialem confractis hostiis eiusdem invasissetis: *1516 Wenzel, Dóczyak p.71.*

## **telonarius, -a, -um**

Licet praedicti ... cives ... occasione et praetextu invasionis domus theloniariae ipsorum ... in oppido eorum ... habitae ... in curiam regiam convenerint in causam: 1497 Wenzel, *Dóczyak* p.42.

**teloniator, -oris** *m.* (theoloniator)

Item dicit theoloniator, quod ad curriferos ipse exposuit, qui super equos domini portaverunt fenum, d<enarios> 12: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,114 (p.21).

**teloniator, -oris** *m.* (teoloniator)

Neque sperat habere in posterum pro eo, quod deponit, est teoloniator, et subditus domini Petri Erdedi: Erdélyi, *Register* p.175.

**teloniator, -oris** *m.* (theoloniator)

Theoloniatorem etiam ipsius Francisci aliosquem  
quamplures familiares eiusdem, nisi sibi fuga con-  
sulere potuissent, nece miserabili interemissetis:  
*1516 Wenzel, Dóczyak p.71.*



**telonium, -i** *n.* (theolonium)

Introitus de theloniis pertinentes (sic) ad castrum  
Kapw: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,93 (p.20).

**telonium, -i n.**

Item telonium vie solvit Valentinus Pogachas de Hegykwe Vien[enses] 400: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,130 66).

**temeritas, -atis f.**

Ut eos partim scelerum suorum, partim etiam audacię, temeritatis atque ineptiarum pęniteat: 1516  
TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**temeritas, -atis f.**

Vestra maiestas non me temeritatis accuset: 1523  
BROD. *Epist.* p.74.

**temeritas, -atis f.**

Non potui quorundam temeritatem seu sanguineam quandam crudelitatem ... tibi non facere copiam: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**temperantia, -ae f.**

Temperantia est virtus cum sit potentia resistendi, illecebris in nos impetum facientibus partes habens potentie ad hoc pertinentes: PAUL. HUNG. *Penit.* p.213.

## **tempero, -are**

Item ponit, quod iidem fratres inter alias multiples et varias ineptias ... a mulierculis quoque suspectis non temperabant: Erdélyi, *Register* p.28.

## **tempero, -are**

Animo revolventes, ... quanto studio ... divi reges Hungariae ... regnum hoc inclitum Hung<ariae> nixi sunt ... ab hostium ... vexationibus defendere, ita in bona vicinitate ... cum regibus et regnis finitimis, his praesertim, qui ab eorum iniuria temperassent, semper permanere: 1498 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.173.



## **tempero, -are**

Non potui tamen pro magnitudine desyderii, quo huius rei conficiendae ... incredibili teneor, mihi temperare, quin has vel ex supehabundanti per hunc celerem nuncium meum mittere ad vestram sanctitatem: 1525 Theiner, *Mon.Slav.* I p.589.

## **tempero, -are**

animo revolventes, ... quanto studio ... divi reges Hungariae ... regnum hoc inclitum Hung[ariae] nixi sunt ... ab hostium ... vexationibus defendere, ita in bona vicinitate ... cum regibus et regnis finitimis, his praesertim, qui ab eorum iniuria temperassent, semper permanere: 1498 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.173.

**tempeſtas, -atis f.**

Et ne eccleſiaſticae pacis tranquillitas aliqua turbaretur tempeſtate bellorum: 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.250.

**tempestatas, -atis f.**

Quod hac nostra tempestate coronatio praefata  
... reginae ... non per dictum ... modernum  
electum eiusdem ecclesiae ... facta et celebrata  
exstitit: 1502 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.327.

**tempeſtas, -atis f.**

Cumque aliquantulum a ripa processisset, ecce  
vehemens turbo et tempeſtas mox exorta eſt in  
aere et aquis adeo, quod navis cepit periclitari:  
Szilády, *Temesvári* p.6.

**tempestatas, -atis f.**

Quoniam nimium in hac potissimum presente  
tempestate inordinate arx ista est: *1514 Szapolyai  
oklt. p.349.*

**tempestive** *adv. comp.*

Quibus rebus effectum est, quo minus antea et tempestivius dominationibus vestris ... id pro debito nostro significare voluerimus: 1503 Kato-  
na, *Hist.crit.* XVIII p.352. Qui si labantibus tunc rebus suppetias tempestive non tulisset: 1521 Ka-  
tona, *Hist.crit.* XIX p.250.

**tempestive** *adv.*

Qui si labantibus tunc rebus suppetias tempestive  
non tulisset: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.250.



**tempestive** *adv.*

Nichilominus tamen si de huius remedio tempestive non cogitaverimus: *1464 Szapolyai oklt.* p.99.

**tempestive** *adv.*

Compositionem, prout melius poteritis, tempestive ineatis cum nobilibus: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–Tóth, *Levelesláda* p.103; *cf. paulo inferius*: curetis istic quoque compositiones facere et minus forte expedietis, si tempestive facietis.

**temporalis, -e**

Dominus noster gratiosissimus vitam suam finivit  
temporalem: 1490 SZAPOLYAI OKLT. p.174.

[Szebelédi] 2015.2.16.

## **temporalis, -e**

Testis interrogatus ... esset nobilis et satis habundans in rebus temporalibus: Erdélyi, *Register* p.53.

**temporaliter** *adv.*

Sic festantes temporaliter transferet puer natus ad festum eternum: *Serm. Quinqu.* 10 (p.43).

**temporaliter** *adv.*

Pater eternus testificatur de Filio suo temporaliter in humanitate nato dicens in presenti verbo:  
*Serm. Quinqu.* 12 (p.44).

## **tempto, -are (tento)**

In tanta ... rerum omnium desperatione ac principum Christianorum vel discordia, vel negligentia, sedis etiam apostolicae vel paupertate, vel tarditate quid posset ... vestra maiestas melius suo ... nepoti consulere, quam ut iam tandem tentatis omnibus, quae tentari potuerunt, de salute regnorum suorum aliter cogitaret?: 1523 BROAD. *Epist.* p.74.

**tempus, -oris** *n.*

Scimus, quanta dampna, quantasque captivitates tempore disturbiorum in civitate vestra Cibiensi pertulerint: 1468 Zimmermann, *Urkb.* VII p.365.



**tempus, -oris** *n.*

Vos ita provinciam vestram administretis, ut, quod ab ista sede apostolica flagitamus, auxilium adsit in tempore: 1524 BROD. *Epist.* p.86.

**tempus, -oris n.**

Habuerunt Veneti et ex Constantinopoli litteras  
... Turcum facere ingentes apparatus et terra, et  
mari, aggressurum omnino Hungariam primo  
quoque tempore: 1524 BROD. *Epist.* p.89.

**tempus, -oris** *n.*

Ut ipse princeps Albertus habeat terram Prussiae illam, quam habuit hucusque, in feudum a regibus Poloniae ipse et heredes masculi eius et quattuor fratrum suorum, quibus deficientibus ipsum feudum recidat in regem Poloniae restitutis hinc inde occupatis tempore belli praeteriti: 1525 BROAD. *Epist.* p.108.

**tempus, -oris** *n.*

Non morieris, inquit, usque ad proxima quattuor tempora: Szilády, *Temesvári* p.6.

**tempus, -oris** *n.*

Quamvis iter sit et longum et laboriosum, praesertim hoc anni tempore: 1525 BROD. *Epist.* p.113.

**tenacitas, -atis f.**

Si ... inspiciatur sacre doctrine ... sententiarum firmitas, verborum tenacitas, argumentorum inconcussa veritas, rationum securitas, dubiorum clara dilucidatio, ... sufficientia omnium ad salutem pertinētium, ... virtutum redolentia, denique omnium divinarum et humanarum rerum magisterium: GEORG.HUNG. *Tract.* p.392-394.

**tenacitas, -atis f.**

Ut ... contractus perennalis tenacitatis solidamentum habeat: *1380 Veszpr.okl.* II p.318.

**tenaciter** *adv. comp.*

Ex ea ... assuetudine, quam cum ipso ... rege  
... fruebamur, tenacius quodammodo inhaesit,  
quum (etc.): 1507 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.500.



**tenasmus, -i m** (tenasmos)

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... tenasmos ...  
abest: BONF. *Symp.* III,445.

## **tendo, -ere**

Quod ad rem in eum, ad quem tendimus, finem perducendum pertinere possit: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

## **tendo, -ere**

Quomodo iudex et iurati cives ac tota communitas Posonie tenderent ad evellendum (*sic*) et destruendum domos censuum ac redituum nostrorum: *1423 Pozsonyi vizsály* p.252.

**tenebra, -ae** *f. sing.*

Et hoc notatur, cum dicit (2 Cor. 4,6): De tenebris, id est post tenebras, id est post nichil, ut tenebra ponatur pro pura privacione, ut nichil ante fuerit, et preposicio dicat ordinem, non materiam: *Serm. Quinqu. 37* (p.87).

**tenebrae, -arum f.**

Cognicio manifesta removet tenebras ignorancie actualis: *Serm. Qinqu.* 10 (p.42).

**tenebrae, -arum f.**

Secunda congruitas sumitur ex parte eius, ad quod est baptismus, scilicet ad regenerandum, ut transferatur homo a potestate tenebrarum in adoptionem filiorum: *Serm. Quinqu. 27* (p.72).

**tenebrae, -arum f.**

Ad cuius clamorem omnes perterriti, cum esset sero in tenebris, nemo audebat navigare intra paludes, ut videret, quid ageretur aut posset iuvare illam: Szilády, *Temesvári* p.6.

**tenebre, -is n. (?)**

Item feria sexta ... pueris recordantibus cum tenebre dedi d<enarios> 3: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,72 (p.18).



## **teneo, -ere**

Quibus alias a ... condam consorte nostro ...  
et successive a nobis ipsum castrum habitum,  
tentum est et possessum: 1385 Süttő, *Anjou* II  
p.271.

**teneo, -ere**

(Meta) eandem plagam tenendo venit ad quendam puteum: *1413 Zsigm. oklt. IV,1310.*

[Kóta] 2015.2.16.

**teneo, -ere**

Qui ad sancta Dei evangelia iuramenta deposuerunt, quod omnia circa negotia capelle fideliter facient et secretum tenebunt: *1517 Reg.Strig.* p.120.

## **teneo, -ere**

Ego vidi his temporibus ... hominem in Christo mihi conscientiose revelantem, quod persepe Christum dominum videre soleret ... et ore ad os loqui et ad quacunque interrogata secreta spiritualia respondere, scilicet in dubiis casibus quid salubrius tenere oporteret: Szilády, *Temesvári* p.6.

**teneo, -ere**

Nemo ... admiratione merito teneri debet, quod  
*etc.*: VALENT. ECK p.48.

## **teneo, -ere**

Qualiter vos ... certas pecudes et pecora iobagionum ... abigi et depredari fecissetis abactasque et depredata eciam in pecuniarum (*sic ed., recte [Dl 23321]: impresenciarum*) teneretis tenerique faceretis: 1520 Horváth, *Pótlások* p.179.

## **tener, -a, -um**

Mirabile dictu tanti sanguinis altitudo et adhuc teneravestes habitus sui, si de panno notabiliter precioso supra alias coevas suasfuissent, erubescebat portare: *Vita Marg.* p.18.

**tener, -a, -um**

Ut ab ipsa tenera etate regularibus consuetudinibus imbueretur (*sc. B.Margareta*): *Vita Marg.* p.18.



**teneritudo, -inis f.**

Quantum pro aetatis teneritudine licuit: 1518 Kationa, *Hist.crit.* XIX p.136.

[Szovák] 2015.2.16.

**teneritudo, -inis f.**

Quod nos ipsos primis litterarum elementis praecipua cum dexteritate ac diligentia erudit optimique ac sollertissimi praeceptoris officio per biennium in ingenio nostro, quantum pro aetatis teneritudine licuit, excolendo est perfunctus: 1508 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.555.

**teneritudo, -inis f.**

quantum pro aetatis teneritudine licuit: 1518 Kato-  
na, *Hist.crit.* XIX p.136.

[Szovák] 2015.2.16.

**teneritudo, -inis f.**

Que (*sc. B.Margareta*) ... oblatum sibi cilicium induit, sed pre nimia teneritudine sustinere non potuit: *Vita Marg.*

## **tenor (?)**

Item feria quinta ... emi Georgio, qui tenor (ed. corr. ex: tenorem) currus (ed. corr. ex: curri) (sic ed., recte forsan orig.: tenerem curri?), novos calcios d(enariis) 25. —> III,112 (p.65): Item eodem die Georgio magistro, thenori currus (sic ed., orig: thenoris curri?) dedi pro subsolatione calcii d(enarios) 10: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* III,26 (p.61).

## **tento, -are**

Quod proxima aestate duas Africi maris insulas opulentissimas nobilissimasque et a maioribus tuis per omnem expugnandi artem diu frustra que tentas in potestatem tuam perenni cum gloria redegisti: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.258.

## **tento, -are**

Velit sibi persuadere m[aiestas] v[estra] nos non destituros et omnes vias posibles et modos necessarios quaesituros et tentaturos, quo differentiae abortae via honestae concordiae, non armorum sedentur et in alterutrum recte complanentur: 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.343.

## **tento, -are**

quod proxima aestate duas Africi maris insulas opulentissimas nobilissimasque et a maioribus tuis per omnem expugnandi artem diu frustra que tentas in potestatem tuam perenni cum gloria redegisti: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.258.



**tentorium, -ii n.** *'latinul'* : *körülírva* — *magyarul* (scil. pugiles) in armis militaribus, tentoriis eorum erectis, equis ascensis (scil. pugnare debeant): *1413 Zsigm.oklt.* IV,552.

**tentorium, -i n.**

Ut dum et quandocumque ac quotiescumque idem Thomas Polgár vaivoda cum comitiva XXV. Tentoriorum ac rebus et bonis suis ad terras ... teloniorum ... vestrorum ... applicuerit: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.55.

**tentorium, -ii n.**

ut dum et quandocumque ac quotiescumque  
idem Thomas Polgár vaivoda cum comitiva XXV.  
Tentoriorum ac rebus et bonis suis ad terras ...  
teloniorum ... vestrorum ... applicuerit: 1496  
Katona, *Hist.crit.* XVIII p.55.

## **tenus**

Duas litteras ... sub nostro sigillo tergotenus apposito duximus transscribendas: 1368 Keglevich, *Garamsztb.* p.154.

**tenuis** *adv.*

Ubi idem Draag ... habitis mutuis congressibus  
Deo sibi suffragante vexillum eorundem Lithva-  
norum cum quodam eorum capitaneo nostre spe-  
cietenus apportare et presentare curavit maiestati:  
*1385 Süttő, Anjou II p.265.*

**tenuta, -ae f.**

Licet prefatum magistrum ... tertia dumtaxat pars castri Gymes ... ac possessionum, villarum, pertinentiarum, tenutarum, tributorum, theolorum, proventuum, territoriorum, vinearum, emolimentorum, molendinorum ac aliarum quarumlibet utilitatum predicti castri ... concernetur: 1387 Keglevich, *Garamsztb.* p.226.

**tepesco, -ere**

Nec aliquatenus virtus tepuit suae magnanimitatis: 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.244.

[Szovák] 2015.2.16.

**tepiditas, -atis f.**

Si vero praefati Philistaei nostri seu aliqui ex iisdem quocumque tempore tepiditate aut contumacia ducti praemissa seu aliqua praemissorum temporibus suis debitis et opportunis effectui mancipare facereque et explere recusarent et non curarent: 1428 Katona, *Hist.crit.* XII p.509.



## **tepidus, -a, -um**

Qualiter ... valde tepidi et negligentes essetis in huiusmodi mandati executione: 1461/? Zimmermann, *Urkb.* VI p.96.

**tepidus, -a, -um**

Quod si in premissis tepidus et negligens foret:  
*1510 Szapolyai oklt. p.308.*

[Szebelédi] 2015.2.16.

**tepor, -oris** *m.*

Videmus cultus divini diligentiam inter Christianos continue deficere et omnem vanitatem ac teporem fidei et torporem caritatis et malitiam viciorum augeri: GEORG. HUNG. *Tract.* p.328.

**ter**

Ille ubi directum sublimi laetus obivit / ter quater  
agmen equo: IAN. PANN. *Paneg.* 3,2,74-75.

[Szovák] 2015.2.16.

**terdeni, -ae, -a**

Comitantur euntem / terdeni iuvenes: IAN. PANN.  
*Paneg.* 3,2,264-65.

[Szovák] 2015.2.16.

**terebrum, -i n.**

Item eodem die solvi pro dispositione terebri vulgo 'fwro' d<enarios] 12: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,142 (p.67).

## **tergotenus**

Duas litteras ... sub nostro sigillo tergotenus apposito duximus transscribendas: 1368 Keglevich, *Garamsztb.* p.154.

**tergum, -i n.**

Iacobus ... quasdam litteras patentes ... sub sigillo nostro attergo confectas nobis presentare curavit: 1381 Keglevich, *Garamsztb.* p.206; *cf. inferius*: predictas litteras ... nostro sigillo attergo apposito fecimus communiri.



**tergum, -i n.**

Quoniam Turcorum imperator terga vertens fugam dedit versis mare: 1443 Zimmermann, *Urkb.* V p.122.

**tergum, -i n.**

Videbatur Turcis, quod de celo ignea specula contra ipsos dirigerentur, quibus terga vertere cogebantur: Szilády, *Temesvári* p.75.

## **terminare**

Quia demptis vestris consiliis et auxiliis nichil terminare pretendimus (*sc. Stephanus de Zapolya*):  
*1464 Szapolyai oklt. p.88.*

## **termino, -are**

Prefate partes ... dictas lites, diferencias et pressiones pocius concordie quam iudicio inter se terminare deliberarunt: *1392 Mon.episc.Zagr. II* p.335.

**termino, -are**

Processumque desuper factum ad nos sedemque apostolicam ad causam huiusmodi terminandam remittas: Erdélyi, *Register* p.31.

## **termino, -are**

Ut ipse querelas cunctorum nostrae ordinariae iurisdictioni subiectorum forum ecclesiasticum dumtaxat respicientes audire ... et finaliter fine debito terminare possit: 1443 Zimmermann, *Urkb.* V p.122.

## **termino, -are**

Factum predictarum possessionum ... per duei-  
lum (*sic ed.*) inter partes, per pugiles scilicet con-  
gressos ... adiudicassemus terminandum et fi-  
naliter decidendum: *1291 Erd.Múz.* 1992 p.84.

**terminus, -i f.**

Quos novem dies pro termino peremptorio ac monitione canonica assignamus: Erdélyi, *Register* p.34.



**terminus, -i m.**

Quod predicti lapis et portus essent termini metales iuxta seriem antiquorum litteralium instrumentorum: 1386 Keglevich, *Garamsztb.* p.219.

**terminus, -i m.**

Pro quo assumptor termini comparendo terminum assumpsit: 1377 Keglevich, *Garamsztb.* p.190.

**terminus, -i m.**

Prefatam causam cum suis dependentiis de voluntate domine nostre ... regine vestro examini duximus presentibus remittendam tertium diem Epiphaniarum Domini ... partibus coram vobis comparendi terminum assignantes: 1385 Süttő, *Anjou* II p.299.

**terminus, -i m.**

Idem comes ... talem ... modum ... suam conferendi eleemosynam postulavit, ut ... trium terminorum spacio quolibet elapso, scilicet die S[ancti] Michaelis, inter Carnisprivium et Nativitatem Domini, et in Parasceve uniformem numerum cuilibet tempori conservando centum viginti cubulos vini boni successive dare teneretur: 1248 /XVIII CD Hung. IV/2 p.23.

**terminus, -i m.**

In eodem termino quoquomodo deponere et dicto domino Georgio marchioni persolvere non valeremus: *1515 Szapolyai oklt.* p.368.

**terminus, -i m.**

Uti dignetur maiestas vestra ... illas duas partes iudiciarias oneris et gravaminis sententiae, in quo ... Franciscus Bothka ... per omissionem iuramenti sui in praesenti termino celebrationis iudiciorum (*sic ed., recte: iudiciorum*) ... convictus exstitit et aggravatus, ... supplicantibus pro fidelibus servitiis eorundem conferre gratiose: 1525 BROD. *Epist.* p.106.

**ternus, -a, -um**

Iam ternas ad Sanctitatem vestram me litteras dedisse memini: *p.1513 Bessenyei, Lettere p.15.*

[Szovák] 2015.2.16.

**ternus, -a, -um**

Tali ternas hortatur voce cohortes: IAN. PANN. *Pa-*  
*neg.* 3,2,76.



**tero, -ere**

Si inutili cunctatione prolatando tempus teritur:  
1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.306.

[Szovák] 2015.2.16.

**tero, -ere**

si inutili cunctatione prolatando tempus teritur:  
1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.306.

[Szovák] 2015.2.16.

## **terra populorum Domine**

Nec non terram populorum Domine dictam ...  
conferimus: *1428 Mon. Varasd.* p.65.

## **terra populorum Domine**

Nec non terram populorum Domine dictam ...  
conferimus: *1428 Mon. Varasd* p.65.

**terra, -ae f.**

Iudex civitatis ... unacum suis coniuratoribus ... iuxta regni consuetudinem discalceatis pedibus et absque cingulis terram super capita ipsorum levando verbaque iuramenti more consueto proferendo ... iuramentale sacramentum prestitisset: 1371/1373 Keglevich, *Garamsztb.* p.177.

**terra, -ae f.**

Habuerunt Veneti et ex Constantinopoli litteras  
... Turcum facere ingentes apparatus et terra, et  
mari, aggressurum omnino Hungariam primo  
quoque tempore: 1524 BROD. *Epist.* p.89.

**terrarium, -ii n.** *'ius montanum'* : *taxa vel collecta vinearum* — *járadék, hegyvám*  
nec terrarium vulgo 'pergrech' vocatum ... ratione predictarum vinearum eidem provenire debendas minime persolvere curasset: *1413 Zsigm.oklt.* IV,186.

## **terrefacio, -ere**

Intelleximus vos terrefactos esse propterea, quod  
*etc.: 1518 Katona, Hist.crit. XIX p.81.*



## **terrefacio, -ere**

Intelleximus vos terrefactos esse propterea, quod  
etc: 1518 Katona, *Hist.crit.* XIX p.81.

## **terrenus, -a, -um**

Si ... maioris desiderii corda fragrantia invenerit, tantam habet efficaciam et potentiam precipue sanctitas sacratissime eukaristie, ut utriusque hominis sublata viciorum et terrenorum sarcina adhuc in terra positus illius celestis patrie gustum fruitionis valeat conferre: GEORG. HUNG. *Tract.* p.396.

**terrestris, -e**

Quod ... dominus terrestris loci eiusdem Kermend ad auditum eiusdem testis sepe redarguisset ipsos fratres: Erdélyi, *Register* p.107.

**terrestris, -e**

Alii designantur per animalia terrestria: *Serm. Quinqu.* 18 (p.55).

**terrestris, -e adi.**

Quibus dominus Petrus Erdewdÿ primum incepit fieri dominus terrestris loci Kermend: Erdélyi, *Register* p.112.

**terribilis, -e**

Cum tota illa villa ad terribilem clamorem foret excitata: Szilády, *Temesvári* p.6.

**territo, -are**

Adversos sic territat arduus hostes (*sc. Renatus*):  
IAN.PANN: *Paneg.* 3, 1, 275.

**territorium, -i n.**

Nos in quadam causa in facto cuiusdam vinee religiosorum fratrum heremitarum ordinis Sancti Pauli primi heremite de Chatka in territorio possessionis ecclesie Sancti Martini Sacrimontis Pannonie Warsan vocate habite inter ipsos fratres heremitas ac honestam dominam ... relictam ... coram religioso fratre Michaelae custode dicte ecclesie Sancti Martini alias mota et ventilata



... novum iudicium concessimus: 1497 Horváth,  
*Pótlások* p.176.

[Szovák] 2015.2.16.

**terror, -oris m.**

Ex predictis plures iniurias, scandala, verecundias, detentiones, terrores per eum sum passus: *1425 Pozsonyi vizsály* p.263.

**terse** *adv.*

Inopinus namque praesentium geruli, domini magistri Rudolphi, discessus doctius ac tersius scribendi interturbavit officium: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**tertialitas, -atis *f.***

Quod dualitas suae curiae pro ecclesia parochiali Beatae Virginis Mariae ipso defuncto debeat pertinere, ... sua tertialitas iuxta dispositionem ... cum dualitate consimiliter debeat pro ecclesia parochiali ... pertinere: 1464 Zimmermann, *Urkb.* VI p.193.

## **tertius, -a, -um**

Cuius pater carnalis Ungarorum illustris rex Wella quartus, avus rex Andreas tertius, ... frater vero uterinus rex Stephanus quintus extiterunt: *Vita Marg.* p.17.

**tertius, -a, -um**

Accepi nudius tertius litteras vestrae maiestatis:  
*1525 BROD. Epist. p.117.*

[Monostori] 2015.2.16.

**testa, -ae f.**

Item barbitonsori dedi ad Vath, quando portavit testas vulgo 'cereph' ad equos curriferos, dedi d<enarios] 10: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,177 (p.121).

**testa, -ae f.**

Quoniam res adusta durior est testa: *Serm. Quinqu.*  
36 (p.85).



**testa, -ae f.**

Quod cum in obscuro carcere volutatus esset in testis con fractis cum recentibus wulneribus et iaceret ligno constrictus, lux immensa per carcerem spargitur et trabe dissoluta testarum asperitas in florum suavitatem mutatur et sic ambulans super flores psallebat: *Serm. Quinqu.* 36 (p.86).

## **testamentalis, -e**

Honesta domina ... exhibuit nobis literas testamentales ipsius Petri: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.155.

## **testamentalis, -e**

Predicta nobilis domina Katherina, relicta magistri Gregorii ... super testamentali legatione quatuor scrofarum, duorum bovim et duarum vaccarum fecit expeditum ... Petrum: 1366 Keglevich, *Garamsztb.* p.146.

**testamentally *adv.***

Ut ipse ... domos suas ... suis consanguineis, proximis, affinibus, quibus maluerit, in vita vel in mortis articulo testamentally legandi ... plenam ... habeat facultatem: 1360 Mészáros, *Visegrád* p.128.

## **testamentarius, -a, -um**

Item primo lego ut testamentariam (*sic*) dispositionem ... filio meo ... possessionem meam:  
*1477 Neumann, Korlátköviek p.180.*

## **testamentarius, -a, -um**

Quod huiusmodi legatio et dispositio testamentaria ipsius archiepiscopi de supradictis possessionibus ... facta vel facienda robur optineat perpetue firmitatis: 1360 Mészáros, *Visegrád* p.128.

## **testamentarius, -a, -um**

Universa et singula optima me de hoc seculo decedente fieri debenda inseri feci atque conscribi modo testamentario: 1456 Neumann, *Korlátköviek* p.179.

**testamentarius, -i m.**

Ego magister Iacobus ... canonicus similiter huius ecclesie et testamentarius predicti domini Nicolai lectoris pro inventario in domo lectoratus reliqui quattuor mensas etc: *1523 Reg.Strig.* p.151.



**testamentum, -i n.**

Ego ... sanus corpore et compos per omnia rationis testamentum meum finale et extremum de universis bonis et rebus michi a Deo ... condo ... in hunc modum: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.149.

**testamentum, -i n.**

De rebus et bonis meis a Deo michi collatis condo  
et facio tale testamentum: 1477 Neumann, *Korlá-  
tköviek* p.180.

## **testamentum, -i n.**

Quod ... magister Gregorius ... relicte sue tale constituissent testamentum et per Petrum, ... filium suum expediendum, videlicet duos boves, duas vaccas et quatuor porcos sive scrofas: 1366 Keglevich, *Garamsztb.* p.144.

**testamentum, -i *n.***

Que nobis pro facto condam Nicolai Gwmon et  
testamento eiusdem scribitis: 1481 SZAPOLYAI  
OKLT. p.155.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**testatrix, -icis f.**

Quo non obstante nonnulli dicte Anne testatricis consanguinei ipsum exponentem in bonis et rebus suis legatis perturbare et molestare cepissent: *1519 Arch.Majténi p.485.*

## **testeus, -a, -um**

Propter quod dignitas ordinis clericalis non tantum in minoribus, sed etiam in maioribus contemptui exponitur atque morti, conteruntur velut vasa testea filii Syon incliti: *1422 Mon.episc.Zagr.* VI p.71.

**testificatio, -onis f.**

Propter sufficenciam testificacionis, quoniam duorum hominum testimonium verum est: *Serm. Qinqu.* 1 (p.24).

**testificatio, -onis f.**

Iidem ... ad prescriptam fidem eorum nobis  
prestitam super premissis unanimi et concordi  
testificatione taliter affirmarunt, quod *etc.* 1368  
Keglevich, *Garamsztb.* p.153.



## **testificor, -ari**

Pater eternus testificatur de Filio suo temporaliter in humanitate nato dicens in presenti verbo:  
*Serm. Quinqu.* 12 (p.44).

## **testificor, -ari**

Dicit preterea idem testis se non esse inductum preterquam, quod esset citatus ad testificandum ad presentem causam: Erdélyi, *Register* p.101.

**testificor, -ari**

Nisi quod esset citatus ad testificandum in causa presenti: Erdélyi, *Register* p.54.

[Hegyí] 2015.2.16.

**testimonium, -i n.**

Quibus quidem literis visis et perlectis, sed autentico mortis praeventione carentibus munimento produxit coram nobis domina Katherina ... idoneum vivae vocis testimonium, testes fidedignos: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.155.

**testimonium, -i n.**

Honesta domina ... exhibuit nobis literas testamentales ipsius Petri ... ad conspiciendum, legendum, testimonium earundem audiendum:  
*1463 Zimmermann, Urkb. VI p.155.*

**testimonium, -i n.**

In hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis est consuetis signavi in fidem robur et testimonium omnium ... rogatus: Erdélyi, *Register* p.44.

**testimonium, -ii n.**

Secundo, testimonio Patris: *Serm. Quinqu.* 26  
(p.69).

**testipar, -i m.**

Item eodem die testipari (ed. corr. ex: testaparo)  
pro labore dedit fl[orens] 2: 1521 Nógrádi, *Kani-*  
*zsai* IV,630 140).



**testis, -is** *m. f.*

Quia testes ... ad civitatem Budensem ... pre-  
latorum et baronum huius regni commoramur:  
Erdélyi, *Register* p.33.

**testis, -is m.**

Debueramque dudum tibi gratulari; sed neque sera gratulatio reprehendi solet [teste Tullio], praesertim si nulla socordia aut negligentia praetermissa est: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**testis, -is** *m.*

Miracula ... pauca de plurimis eius meritis facta diligenter verissimorum testium assertione probata superaddemus: *Vita Marg.* p.17.

**testis, -is** *m.*

Utrumque fuit in eis (*sc. magis*), quoniam teste  
Lactancio caput VI. ... : *Serm. Qinqu. 25* (p.68).

## **testor, -ari**

Nos ... , ut saepe sumus testati, his dissidentibus exiguam admodum aut potius nullam publicae salutis et conservandae reipublicae Christianae spem habemus: 1523 BROD. *Epist.* p.71.

## **testor, -ari**

Dominus Iohannes ... prope ad octingentos florenos se ad illam (*sc. domum*) exposuisse testatus est: *1509 Reg.Strig.* p.88.

**testudo, -inis f.**

Cum religiosus frater, Gaspar Sculteti, prior conventus ordinis predicatorum cum fratribus unā ... nobiscum contractum ineuntes pro emendo fossato assererent fossatum ipsum valde nocuum ecclesie ipsorum, cum ... aqua ... pluvialis colligeretur, ut fundamentum ipsius ecclesie loco cedere testudoque ruinam minare videretur: 1511 /1521 Entz, *Kolozsvár* p.150; *Df* 277780.

**testudo, -inis m.**

Quousque testudo ab ipsa porta protenditur: 1482  
Zimmermann, *Urkb.* VII p.325.



**tetanus, -i m.** (tetanos)

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... tetanos ... abest:  
BONF. *Symp.* III,444.

## **tetragamus, -a, -um**

Isaac monogamus, tetragamus vero Iacob, siquidem Lyam, Zechelem, Ballem, Selphenque uxores habuit: BONE., *Symp.* III,525.

**tetragrammatice** *adv.* (thetragrammatice)

Ut legitur thetgrammatice in fronte Iadi principis  
sacerdotum graphis aureis conscripto (*etc.*): 1417  
*Veszpr.oklt.* I p.193.

**teugae, -arum** *f.*

semper enim regnum Moldaviae et similiter regnum Transalpinum cum suis vaivodis penes regiam m[aiestatem] fuit in litteris treugarum inclusum: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.45.

**texo, -ere**

Qui infra texendę historię perquam doctus interpres existit: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

[Szovák] 2015.2.16.

**textor, -oris** *m.*

Lanifex in civitate nostra Debreczen commorans  
in sua ac universorum aliorum magistrorum lanificum et textorum pannorum ... personis veniens: *1509 Szapolyai oklt.* p.301.

**textura, -ae f.**

Supra scutum est galea suo colore depicta, e vertice autem galeae utrimque flosculi variegati dependent, qui veluti flatu aliquo agitati varie in se crispantur reflectunturque, prouti haec in principio seu capite praesentium litterarum nostrarum artificio pictoris cum textura, suis appropriatis coloribus depicta et figurata sunt: 1504 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.358.

**textus, -us** *m.*

Sed quorumdam principum iudicia sunt similia cassibus aranearum, in quibus si culex ceciderit aut musca, tenebitur innexa, cum autem de fortioribus, textus prorumpit invalidos: *XIII Madas, Serm. p.52; cf. PL 53,928B: Verum haec illorum argumenta similia sunt cassibus aranearum, in quibus si culex, aut musca consederit, tenetur innexa; cum autem de fortioribus aliquid inciderit, ipsum*



quidem mox penetrat, textus vero perrumpit in-  
validos.

[Szovák] 2015.2.16.

**thalamus, -i m.**

(*sc. Deus intendit*) ecclesiam suam tanquam sponsam ornare et eam sine ruga et nota alicuius offensionis sibi exhibere, ut digna sit thalamo et amplexibus suis: GEORG. HUNG. *Tract.* p.332.

## **thavernicalis, -e**

Capitaneus noster Scepusiensis domum nostram thavernicalem ... nobis conservavit: *1494 Szapolyai oklt.* p.213.

## **theatrensis, -e**

Me iudices affidaverunt, uti boves appetiari de-  
beam, quos ipsi restituere promiserunt, sed quia  
postortulanos pariformiter, uti et teatrenses ad ta-  
xam computaverant, in comitatu vero postortula-  
nos computare noluerunt: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi  
Tóth, *Levelesláda* p.105.

**theatrum, -i n.**

Lego ... similiter ad reparacionem et laborem hospitalis Sancte Elizabeth in teatro Zagradiensi flor. centum: *1499 Mon.civ.Zagr.* II p.518.

[Szovák] 2015.2.16.

**theatrum, -i n.**

Domum in theatro nostrae civitatis ... sitam:  
1482 Zimmermann, *Urkb.* VII p.325.

**theca, -ae f.**

Franciscus ... episcopus ... duo capita sanctorum ligneis thecis inclusa eximenda et imponenda commisit argenti marcis quadraginta deauranda auro sufficienter: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.27. = *Dl* 89 199.

**theca, -ae f.**

Franciscus ... episcopus ... duo capita sanctorum ligneis thecis inclusa eximenda et imponenda commisit argenti marcis quadraginta deauranda auro sufficienter: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.27; *Dl 89199*.



**thelonearis, -e**

Domus thelonearis: *1499* Dreska III,819.

[Szovák] 2015.2.16.

**theloniator, -oris** *m.*

Emericus de Zapolya, comes ... sincere nobis dilectis tributariis et theloniatoribus nostris ... salutem et dilectionem: *1475 Szapolyai oklt.* p.141.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**theloniator, -oris m.**

Stephanus de Zapolya, ... vobis, ... scultetis,  
theloniatoribus ... paratam amicitiam cum ho-  
nore: *1462 Szapolyai oklt.* p.69

**thelonis, -is f.**

In hiis Preczlaus nullum habet dampnum, quia  
thelonium suum transtulit: *1463 Szapolyai oklt.*  
p.75.

**thema, -atis n.**

Ad laudem dignitatis sue duo designantur in assumpto themate, scilicet legitimus ingressus: *Serm. Quinqu.* 21 (p.61).

**thema, -atis** *n.*

Et hoc exprimit thema nostrum, cum dicit: quem, scilicet Spiritum Sanctum, regeneratorem effudit in nos habunde (cf. Tit. 3,5): *Serm. Quinqu. 27* (p.72).

**theologia, -ae f.**

Qui ... summa continentia et ingenii bonitate praecellunt et propterea astronomiam, theologiam, mathematicas disciplinas invenisse et caste vixisse referuntur: BONF., *Symp.* III,803.

## **theologicus, -a, -um**

Dei auxilio ego indignus magnis et multis laboribus me ipsum ultra vires perurgendo recollegi et propria manu conscripsi hoc opus Aurei Rosarii theologicæ sapientie: Szilády, *Temesvári* p.54.



**therioma, -ae f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... abest, ut ... the-  
rioma: BONF. *Symp.* III,446.

**thermae, -arum f.**

domum ... honorabili magistro Matheo ... canonico eorum prefato ac plebano ecclesie Sancti Iohannis Baptiste circa thermas Strigonienses fundate ... contulerunt: *1522 Reg.Strig.* p.149.

**thesaurarius, -i m.**

Georgius Dei et apostolice sedis gratia episcopus  
Quinqueecclesiensis ... thesaurarius ... salutem  
in Domino: Erdélyi, *Register* p.12.

**thesaurarius, -i m.**

Recognoscimus ... de pecuniis eiusdem contributionis per fumos sew fumatim exactis paratis in pecuniis manibus egregii domini Francisci, ... thesaurarii regni Hungariae ... presentasse ... florenfos (*sic*) trecentos: 1522 Horváth, *Pótlások* p.180.

**thesaurarius, -i m.**

Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum, reverendissimi Urbani, prepositi ecclesie Sancti Nicolai confessoris extra muros civitatis nostre Albaregalis fundate, sumpmi thesaurarii nostre maiestatis, necnon nobilium Blasii et Iohannis, fratrum eiusdem carnailiu, quomodo *etc.*: 1480 Horváth, *Pótlások* p.174.

**thesaurarius, -i m.**

Recognoscimus ... manibus ... thesaurarii regni Hungarie, aliis dominis collegis et consortis (*sic, recte [Dl 68533]: consociis*) suis, thesaurari[i] scilicet regni absentib[us] presentasse ... floren-sos (*sic*) trecentos: 1522 Horváth, *Pótlások* p.180.

**thesaurarius, -ii m.**

Quod vir discretus, magister Stephanus, ecclesiae Iaurinensis thesaurarius ad nostram accedens praesentiam a nobis petivit humiliter supplicando, ut (etc.): *1284 CD Hung. V/3 p.231.*

**thesaurarius, -ii m.** (thezaurarius)

Presentaverunt (*sc. iurati cives*) quasdam litteras,  
... necnon summi thezaurarii regie maiestatis:  
*1514 Szapolyai oklt. p.342.*



**thesaurus, -i m.**

Quod ipsa serenitas regia ... infinitum thesaurum pro defensione patriae istius Zimmermann, *Urkb.* VI p.

**thesaurus, -i m.**

Venerunt nova de Constantinopoli ... Milites praetorianos ... adortos ... locum, in quo thesaurus imperatoris servatur: 1525 BROD. *Epist.* p.119.

**thesaurus, -i m.**

Quia thezaurus dicitur a thesis Grece, quod est re-  
positio Latine, quasi repositio auri: *Serm. Quinqu.*  
30 (p.78).

**thesaurus, -i m.**

Ut quod homine fodiente inveniatur thesaurus:  
Szilády, *Temesvári* p.33.

**theta, -ae f.**

nec caesarea m[aiestas] per se ibit contra nostros Christianos et nostrae religionis homines, nec exercitum suum mittet per terras et dominia regiae m[aiestatis] aut akansias, sive incursiones vel etiam comitatores, vulgo thetas, sine voluntate et licentia regiae m[aiestatis] mittere vult: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.47.

**theta, -ae f.**

Nec caesarea m<aiestas> per se ibit contra nostros Christianos et nostrae religionis homines, nec exercitum suum mittet per terras et dominia regiae m<aiestatis> aut akansias, sive incursiones vel etiam comitatores, vulgo thetas, sine voluntate et licentia regiae m<aiestatis> mittere vult: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.47.

**Theuton, -is m.**

Novum mandatum suum iniquum seu indebitum  
... imo potius libellum famosum ... ad valvas  
ecclesiae parochialis Sancti Jacobi Theutonum  
contra me affixit: 1459 Wagner, *Anal.* III p.65.

## **Theutonicus, -a, -um**

Magistrum Nicolaum Theutunicum ... et magistrum Blasium decanum, socios et concanonicos nostros ... duxissemus transmittendos: *1383 CD Hung. X/8 p.126.*



## **Theutonicus, -a, -um** (Theutunicus)

Magistrum Nicolaum Theutunicum ... et magistrum Blasium decanum, socios et concanonicos nostros ... duxissemus transmittendos: *1383 CD Hung. X/8 p.126.*

**thezaurariatus, -us** *m.*

Item ad ipsos quatuor annos ratione thezaurariatus sui pro salario annuali per universitatem nobilium sibi deputato tulit fl. 400: *1512 MTT XI p.236.*

**thezaurarius, -ii m.**

Thezaurarii sue maiesatis e medio vestri expedire  
et exolvere debeatis: *1497 Szapolyai oklt.* p.241.

**thorale, -is** *n.*

Ingressi fuissent testudinem, ubi quoddam stragulum sive thorale ipsius domine Margarethe in lecto invenissent, ladulam vero minime. Addens etiam tunc quandam mulierem Italam uno viro similiter Italo comitatam in domo sua pernoctasse. ... *Az ügyben alkalmatlan tanúként gyerekeket is kihallgatnak:* Quorum unus videlicet Iohannes annos agens 14 dicebat se vidisse ladulam

quandam sub lecto operculum fissum habentem  
illamque tempore discessus domine Margarethe  
ad currum suum e testudine portare volentem le-  
vare non potuisset, sed ilico unam ex ancillis dicti  
domine Margarethe eandem ipsam ladulam e te-  
studine ad currum portantem. ... Acta sunt hec  
feria sexta ante Valeriani martiris anno supranoto:  
*1513 DF 271 723 fol.303<sup>r</sup>.*

**thorax, -cis m.**

Aere caput tegitur, praemunit pectora thorax:  
IAN.PANN. *Paneg.* 3,2,215.

**thronus, -i m.**

Princeps Albertus praestitit iuramentum uti domino suo naturali ... regi Poloniae sedenti in diademate in throno ad id constructo in foro Cracoviensi: 1525 BROD. *Epist.* p.108.

**thuribulum, -i n.** (turibulum)

Item mensa propositionis et candelabrum turibulumque ex auro purissimo, ... tantum fingebatur: BONF., *Symp.* III,730.



**thymiama, -atis** *n.*

Prefiguratio sacrificii spiritualis, quod obtulit in abdito devote mentis, fuit in sacrificio thiamatis, quod offerebatur in altari interiori: *Serm. Quinqu.* 24 (p.66).

**thymium, -ii n.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... abest, ut ... thy-  
mium: BONE. *Symp.* III,446.

## **tibizo, -are**

Mox torvo vultu et clamore furioso tibusando, iniuriando atque vilipendendo idem dominus prepositus dixit mihi *etc.*: 1425 *Pozsonyi vizsály* p.263; *Df* 228 141.

**tigra, -ae f.**

Item ad Cepregh tigras feci succidere d<enarii>  
18: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,549 (p.136).

**tigra, -ae f.**

Item feria sexta ... hominibus, qui succiferunt  
(sic ed.) tigras, dedi d<enarios> 28: 1521 Nógrá-  
di, *Kanizsai* IV,466 (p.132).

**tigra, -ae f.**

Item feci succidere tigras 6 (p.et easdem dedi ad  
Cepregh, et qui succiderunt, dedi eis d<enarios]  
20: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,733 (p.98).

**tigris, -is** *m. v. f.*

Si tigres beneficentia delinitas: BONE., *Symp.* III,908.

**timeo, -ere, timui**

Quod si non fiat, timeo, ne omnino actum sit de nobis: 1525 BROD. *Epist.* p.119.



**timor, -oris** *m.*

Et si est colonus, iobagio seu vasallus dicti domini Petri patroni, aut illum sub magna reverentia et timore observet: Erdélyi, *Register* p.46.

**timorate** *adv.*

Omnibus hiis curandum est, ut se habeant in oratorio mature, ... iuxta reliquias timorate: GREG. GYÖNGY. *Epit.* XXVIII (p.53<sup>r</sup>).

**tinea, -ae f.**

Quia habencium mutatoria magis a tineis vestes comeduntur, quam a portatoribus atterantur:  
*Serm. Qinqu.* 33 (p.82).

**tinea, -ae f.**

Que testante sacro eloquio et ab eruginis rubigine et a tinee demolitione illesa semper et solida permanent: *1510 Szapolyai oklt.* p.304.

**tinnulus, -a, -um**

Tinnula si revocans percussit cymbala pastor:  
IAN. PANN. *Paneg.* 3,2,182.

**tirocinium, -i n.**

Haec tam prospera tui velut tirocinii rudimenta,  
út simul cum aetate et auctoritate augeas cumu-  
lesque, oportet: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.258.

[Szovák] 2015.2.16.

**tirocinium, -ii n.**

Haec tam prospera tui velut tirocinii rudimenta,  
ut simul cum aetate et auctoritate augeas cumu-  
lesque, oportet: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.258.

[Szovák] 2015.2.16.

**tirocinium, -ii n.**

Quod si ... nonnulli sanctitatis vestrae predeces-  
sores quosdam non puberes, sed ... maturioris  
etatis ... non alieno suasu, sed suae voluntatis  
impulsu, nec primo tyrocinio, sed post emeritam  
in religione miliciam ab his tamen compedibus  
solutos in pristinam libertatem publicae utilita-  
tis provinciarumque tutandarum gratia vendica-  
runt: 1515 Theiner, *Mon.Slav.* I p.561.



**titulus, -i m.**

Huic est unicus ex fratre nepos tam generosae sobolis tantorumque titulorum successor et heres:  
1515 Theiner, *Mon.Slav.* I p.560.

**titulus, -i m.**

Nec quisquam nostris ... temporibus eundem ... et suos heredes ad communem locum Syculorum ... contra ipsorum voluntatem causa residence ire compellere presummat, ymo eundem et ipsius successores titulo aliorum nobilium regni nostri ubicunque voluerint residere libera facultate residendi permittat gratulari et gaudere: 1326/1365 MNy 1931 p.208.

[Szovák] 2015.2.16.

**titulus, -i m.**

Sic et nos consentimus et vellemus vos permanere in titulo imperiali Grecorum et libere uti illo et extendere nomen illud contra et adversus barbaricas nationes: *1412 Finke, Acta I p.397.*

**titulus, -i m.**

Eumdem Hervoyam tamquam nostri culminis et sacrae nostrae coronae notorium rebellem et infidelem ... titulo ducalis dignitatis praenominatae civitatis Spaleti ... decrevimus fore privandum, destituendum et degradandum: 1413 Katona, *Hist.crit.* XII p.157.

**titulus, -i m.**

Que (*sc. B.Margareta*) ... cum bonorum sororum secum remanentium societate de claustro Vesprimiensi translata est in clastrum, quod parentes eius in insula Danubii, que ex tunc dicta est Sancte Marie, nam antea insula leporum dicebatur, ... sub titulo Beate semper Virginis ... a primo fundamento edificaverunt: *Vita Marg.* p.18.

**titulus, -i m.**

Eumdem Hervoyam tamquam nostri culminis et sacrae nostrae coronae notorium rebellem et infidelem ... titulo ducalis dignitatis praenominatae civitatis Spaleti ... decrevimus fore privandum, destituendum et degradandum: 1413 Katona, *Hist.crit.* XII p.157.

**toga, -ae f.**

rari, qui et toga et armis, domi et foris claruerint:  
1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.216.

**toga, -ae f.**

Rari, qui et toga et armis, domi et foris claruerint:  
1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.216.



## **togatus, -a, -um**

C. Plinius ille nobilissimus historiae mundanae conditor, togatorum omnium post M. Cicero-nem facile princeps ... inquit *etc.*: 1513 Tele-ki—Kovácsnay, IAN.PANN. *Dedic.* II p.252.

## **togatus, -a, -um**

C. Plinius ille nobilissimus historiae mundanae conditor, togatorum omnium post M. Ciceronem facile princeps ... Inquit: 1513 Teleki-Kovácsnay: IAN.PANN. *Dedic.* II p.252.

**tollo, -ere, sustuli, sublatus**

Quae *spes* non est illa quidem adhuc penitus sublata, sed certe non parum diminuta: 1525 BROD.  
*Epist.* p.119.

**tollo, -ere**

Ut lis et controversia de medio ipsorum tollere-  
tur et inimicitia a cordibus aboleretur eorundem:  
*1291 Erd.Múz.* 1992 p.84.

[Szovák] 2015.2.16.

## **tondo, -ere**

Ideo clerici et virgines tonduntur, ut habeant  
mensuratas cogitaciones: *Serm. Quinqu.* 3 (p.30).

**tonsillae, -arum f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... tonsilae ... abest:  
BONF. *Symp.* III,443.

**tonsor, -oris** *m.*

Item Francisco tonsori florenos quinquaginta (sc.  
legavit episcopus): 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár*  
p.29. = DL 89199.

**tonsor, -oris m.**

Item Francisco tonsori florenos quinquaginta (sc. *legavit episcopus*): 1524 Bunyitay, Gyulafehérvár p.29; *Dl* 89199.



**toral, -is n.**

Aureis videlicet et argenteis, paratis pecuniis, gemmis, lapidibus pretiosis, toralibus, vestibus, supellectilibus domus et generaliter omnium rerum speciebus, cuiuscunque generis existant: *1512 Szapolyai oklt. p.329.*

**torculator, -oris** *m.* (torculathor)

*1525 Dl 26345 p.20.*

[Szovák] 2015.2.16.

**torculator, -oris** *m.*

*1525 Dl 26 345 fol.20.*

[Szovák] 2015.2.16.

**tormentum, -i n.**

Atque detinere captosque et detentos decollandi  
aut excoriandi, ... tormento occidendi, ... ca-  
stigandi et exterminandi plenariam et omnimo-  
dam haberent et habeant potestatis facultatem:  
*1514 Szapolyai oklt. p.350.*

**tormentum, -i n.**

Et hoc faciebat non ut pusillanimis propter timorem passionis, sed pro cautela defensionis, ut Christianos, quos in tormentis videbat deficere, confortaret: *Serm. Quinqu. 32* (p.80).

**tormentum, -i n.**

Designatur ibi in sancto martire diversitas tormentorum, quia transivit per ignem et aquam, et suavitas refrigeriorum, quot eductus est in refrigerium: *Serm. Quinqu.* 36 (p.85).

**tormina, -um** *n.*

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... tormina ... abest:  
BONF. *Symp.* III,445.

**torneator, -oris m.**

Venientes nostri in praesentiam personalem provide circumspectionis viri ... torneatores (*sc. fuerunt*): 1473/XVIII Zimmermann, *Urkb.* VI p.566.



## **torpeo, -ere, torpui**

Video principes Christianos partim inter se digladiari, partim otio domestico torpere, et nihil penitus de re Christiana pensi habere: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**torpeo, -ere**

Virtutes torpere non patiuntur: BONF., *Symp.*  
III,634.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**torpor, -oris** *m.*

Videmus cultus divini diligentiam inter Christianos continue deficere et omnem vanitatem ac teporem fidei et torporem caritatis et malitiam viciorum augeri: GEORG. HUNG. *Tract.* p.328.

**torques, -is m.** (*plur.gen.:* torquitum))

Licet ... racione ... rerum ... mobilium cum eadem quondam domina Anna tempore desponsationis et traductionis eiusdem datarum et assignatarum, puta ... quattuor torquitum aureorum ... quedam causa in curia nostra regia ... mota fuisset: 1526 *Arch.Majténi* p.560; *Dl* 73 240.

**torques, -is** *m.f.*

Franciscus ... episcopus ... filiis duobus et filiae uni magnifici domini Ioannis Dragfi legavit singulis florenos ducentos, ut ex his fiant singulis torques: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.29; *Dl* 89 199.

**torques, -is** *m.f.*

Franciscus ... episcopus ... filiis duobus et filiae uni magnifici domini Ioannis Dragfi legavit singulis florenos ducentos, ut ex his fiant singulis torques: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.29. = DL 89199.

**torquis, -is** *m.f.*

Cui in signum subiectionis rex dedit nova insignia, vexillum scilicet ex serico album cum aquila nigra habente torquem auream in collo, ex qua pendet littera S: 1525 BROD. *Epist.* p.108.

**torrens, -tis m.**

Quos eorum furorem in rapidissimi torrentis  
morem inundantem compescuit?: 1521 Katona,  
*Hist.crit.* XIX p.250.



**torrens, -tis** *m.*

Qus eorum furorem in rapidissimi torrentis morem inundantem compescuit?: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.250.

**tortio, -onis** *f.*

Ibi erit ... tortinones: PAUL.HUNG. *Penit.* p.194.

## **tortuosus, -a, -um**

Tuam ... excellentiam ... obsecro, quatenus nasturtium edas, et sicut solent tortuosi elephantes praematurum foetum decimo saltim anno sub lucem emittas: *1514 TAUR. Epist. 1 (p.128)*.

**tortuosus**, -a, -um

Debet esse cautus ut serpentem tortuosum obstetricante manu educat: PAUL. HUNG. *Penit.* p.195.

**torus, -i m.**

Quod nos dictas parentelam et matrimonium inter prefatos dominam Hedwigim et dominum Wilhelmum ducem plene et integraliter perficere volumus ipsosque in thoro nuptiali corporaliter componere et cohabitare permittemus et permittere volumus secundum statuta et consuetudines ... legalis matrimonii ac sacramenti matrimonialis: 1385 Süttő, *Anjou* II p.246.

[Szovák] 2015.2.16.

**torus, -i m.**

Quatenus prefatum matrimonium ... consummare debeatis prefatamque dominam Hedwigim, ... sororem nostram ... duci Wilhelmo apponatis et in thoro nuptiali collocetis ad amplexus conjugales: 1385 Süttő, *Anjou* II p.246.

## **torvus, -a, -um**

Mox torvo vultu et clamore furioso tibisando, iniuriando atque vilipendendo idem dominus prepositus dixit mihi *etc.*: 1425 *Pozsonyi vizsály* p.263.

**tot**

Quandoquidem tot eius cervici impendent curae,  
quot membris est praefectus: VALENT. ECK p.48.

[Szovák] 2015.2.16.



**tot** *indecl.*

Totam hanc rem, quomodocunque cadat, non vestris maiestatibus, quae a tot annis hostes Christianae reipublicae solae sustineretis, sed principibus Christianis ... esse inputandam: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

**totalis, -e**

Totales possessiones Thozeg et Paladych vocatas in comitatu Zolnok Exteriori existentes et habitas ... ipsi domino Georgio ... donate ... existunt: *1514 Szapolyai oklt. p.357.*

**totalis, -e**

Quam (*sc. perpetuam venditionem et fassionem*)  
... Ambrosius ... super totali portione sua possessionaria in ... possessione Bodogazzonza-kaya habita coram personali praesentia maiestatis vestrae fecisset: 1524 BROD. *Epist.* p.105–106.

**totaliter** *adv.*

Nisi si totaliter monasterium ipsum corruisset:  
Erdélyi, *Register* p.56.

[Hegyí] 2015.2.16.

**totaliter** *adv.*

Quod iam de aliis civitatibus ingenia ipsa totaliter apud nos sunt constituta: *1514 Szapolyai oklt.*  
p.353.

## **totus, -a, -um**

Quomodolibet in futurum se ratum, gratum atque firmum perpetuo habiturum totum id est quitquid per dictos procuratores constitutos ac substitutos vel substituendos actum ... fuerit: Erdélyi, *Register* p.43.

**totus, -a, -um**

Nihil enim ex Hungaria a toto illo tempore habemus: 1525 BOD. *Epist.* p.112.

[Monostori] 2015.2.16.

## **totus, -a, -um**

Quidquid enim vel humanitatis vel favoris tui illi praestiteris, id omne ac totum in me collatum fuisse te volo inpraesentiarum non ignorare: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).



## **totus, -a, -um**

Ex ... epigrammate, quod nudius quartus, cum totus in fermento essem, edideram, cantari siquidem stannei usum mihi inhibuit, poteris ad unguem usque cognoscere: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**totus, -a, -um**

Lactat silicernium illum vetulum senem, ex astrologorum nugulis pendentem totum: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

**totus, -a, -um**

Non unius regis aut populi videtur esse, ut tantum tyrannum, tot populorum ac nationum dominum non dicamus superare, sed si totus incumbat, finibus suis arcere saltem et repellere possit: 1523  
BROD. *Epist.* p.71.

**trabs, -bis f.**

Quod cum in obscuro carcere volutatus esset in testis con fractis cum recentibus wulneribus et iaceret ligno constrictus, lux immensa per carcerem spargitur et trabe dissoluta testarum asperitas in florum suavitatem mutatur et sic ambulans super flores psallebat: *Serm. Quinqu.* 36 (p.86).

**trabs, -is f.**

Item eodem die carpentariis de Solton, quando trabes ad palatium posuerunt, dedi d<enarios] 50: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,277 (p.125).

## **tractare**

Ibidem pacifice tenere et tractare debeatis teneamini: *1514 Szapolyai oklt.* p.352.

**tractatio, -onis f.**

(*sc. Christus*) non fuit delicatus molli tractacione exteriori, cum non esset ei locus in diversorio, sed vagiret infans inter arta conditus presepia habens membra pannis involuta: *Serm. Quinqu. 12* (p.46).

**tractatus, -us** *m.*

Ut in principio huius tractatus scriptum est: *1491*  
Katona, *Hist.crit.* XVII p.208.

[Szovák] 2015.2.16.



**tractatus, -us** *m.*

Et ego ita certe existimo ... non futuram fuisse hanc vel meam vel alterius et prudentioris et maioris me vestrarum maiestatum servitoris illuc profectionem a statu praesentium rerum atque ab illorum principum nunc inter se tractatibus alienam: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

**tracto, -are**

Prelatorum et baronum universitatibusque procerum et nobilium huius regni Hungarie Bude habita pro arduis eiusdem regni negotiis tractandis necessario occupamur: Erdélyi, *Register* p.32.

## **tracto, -are**

Quatenus dictis eiusdem in eisdem factis domini regis fidem credentiae adhibere velitis, tamquam propria nostra in persona in vestri medio tractantes essemus constituti: 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.151; *Df* 244 862.

## **tracto, -are**

Quandoquidem nimio plus patienter et mansue-  
te, quam ab ipsis subditis nostris ac aliis nobis  
consulebatur, negotium hoc tractavimus: 1523  
BROD. *Epist.* p.75.

## **tracto, -are**

Quod ubi per maiestates vestras tractari intelligeretur, fortasse isti, quibus nunc tam submissee supplicamus, ultro nobis supplicatum venirent: 1523  
BROD. *Epist.* p.74.

## **tracto, -are**

Quatenus eundem in medio vestri favorose amicaliterve tractare velitis et dignaremur ((*sic, recte forsan: dignaremini*): 1465–71 Neumann, *Korlátköviek* p.

**tracto, -are**

Nam cum populi Romani de institutione pontificis tractarent: *Serm. Quinqu. 31* (p.79).

## **tracto, -are**

Tractetis, cum quibus tractandum erit in illis partibus: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.103.



## **tracto, -are**

Venerunt iam oratores Bohemorum pro conclusione unionis, tractabatur hoc negotium: 1525  
BROD. *Epist.* p.115.

## **tracto, -are**

Nam et de hoc dominum etiam meum ... idem tractare pontifex non est nescius: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

**tractorium, -ii n.**

Lego ... domino Laurencio ... gradarium unum,  
balistas duas cum pharetris, tractoriis et sagittis:  
*1499 Mon.civ.Zagr. II p.518.*

**tradimentum, -i n.**

quod neutra partium ... civitatibus ac hominibus furto, tradimento, calumnia, fraude et aliquo dolo ... nocere aut tradimentum inferre valeat:  
*1496 Katona, Hist.crit. XVIII p.48.*

**tradimentum, -i n.**

Quod neutra partium ... civitatibus ac hominibus furto, tradimento, calumnia, fraude et aliquo dolo ... nocere aut tradimentum inferre valeat:  
*1496 Katona, Hist.crit. XVIII p.48.*

**traditio, -onis** *f.*

Te in eadem prebenda ... per breviarum libri traditionem investivimus *Pozsonyi vizsály* p.

## **trado, -ere**

ut dum ipsam (*sc. terram*) quandoque vendere compelleretur, nemini alteri nisi eidem Laurentio tradere possit et valeat: 1386 Keglevich, *Garamsztb.* p.223.

## **trado, -ere**

Alia autem vestimenta et pulvinaria habet (sc. *ancilla*) in promptu et tandem postmodum matrimonialiter tradant marito suo: 1477 Neumann, *Korlátköviek* p.181.



## **trado, -ere**

Etiam vehementer etiamque valeas et Aegidio supradicto Augustini epistolas huiusmodi tradas: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.175).

## **trado, -ere**

Nam templi praesuli, domino Ioanni Turzo, Vratislaviensi episcopo, cordi est, omnes illius epistolas ... chalcographorum prelo traditum iri velle:  
*1516 TAUR. Epist. 2 (p.174).*

**traductio, -onis f.**

Licet ... racione et pretextu ... rerum ... mobilium cum eadem quondam domina Anna tempore desponsacionis et traduccionis eiusdem datarum et assignatarum ... quedam causa in curia nostra regia ... mota fuisset: *1526 Arch.Majténi* p.560.

**tragicus, -i m.**

Legitur eciam in Historiis Grecorum, quod Archelaus rex tantus amator literarum fuit, ut Euripidi tragico (ms: Euriripto tragio) rerum summam committeret, et ipse libris vacaret: *XIII Madas, Serm. p.56.*

**tragoedia, -ae f.**

Postulamus a te, ut tandem finis fiat huic tragoediae: 1523 BROD. *Epist.* p.75.

## **traho, -ere**

Ardorem desiderii antiquorum patrum Christi presenciam in carne suspirancium spirant ista verba, in quibus exprimitur causa meritoria de congruo, etsi non de condigno, que Filium Dei de sinu Patris traxit in terram: *Serm. Quinqu. 8* (p.38).

## **traho, -ere**

Milites ... amplius ibi moras trahere nec vellent,  
nec possent sine victui necessariis: 1525 Theiner,  
*Vet.Mon.* II p.656.

## **traho, -ere**

Extunc ipsa domina ... oculos aperiens et cum ... maritum suum ... Martinum ... intuita fuisset, in eumque suspiria gravia trahendo conspiciendo eundem ad se vocasset: *1519 Arch.Majténi* p.503; *cf. inferius*: in eumque suspiria gravia trahentem conspiciendo.



## **traho, -ere**

Cum comes Byter et Mycou ... relictam comitis Petri ... super factoquarundam prosessionum (*sic*) ... eidem domine pro dote sua et quarta filiarum suarum ac pro concambio emptitiarum et acquisitarum possessionum ... devolutarum si-bique per comitem Petrum, maritum suum legatarum traxissent in causam: *1291 Erd.Múz.* 1992 p.84.

**trangressor, -oris** *m.*

Que ligat. et trangressores punit: PAUL. HUNG. *Penit.* p.192.

**tranquillitas, -atis f.**

Tranquilitas in appellacione, quia vocatur Salomon: *Serm. Quinqu.* 12 (p.44).

**tranquillitas, -tis f.**

Donec ... regnum hoc ab illius (sc. hostis) impetitione seu infestatione Dei auxilio liberabimus et in tranquillitatem priorem reponemus: *1505 Tudománytár* 1839/VI p.68.

## **tranquillus, -a, -um**

Quatenus ob nostri contemplationem tranquil-  
lumque statum utriusque partis: *1495 Szapolyai*  
*oklt.* p.223.

## **tranquillus, -a, -um**

Quod nomen competit S<alomoni> propter sui temporis et status tranquillissimam pacem, quia et in se pacem habuit, et quando venit, mundum pacificavit: *Serm. Quinqu.* 12 (p.44-45).

**transactio, -onis f.**

Ut vos et omnes posterii et successores vestri ... in omnibus literis et literalibus instrumentis, epistolis missilibus, privilegialibus ... in et super quibuscumque tractatibus, iudiciis, contractibus, pactis, transactionibus et rebus aliis sub sigillo prefatae civitatis nostrae emanandis ... cera rubra ... in sigillando ... frui valeatis: 1461 Zimmermann, *Urkb.* VI p.100.

**transcendentia, -ae f.**

Per quod intelligitur transcendentia speculationis in sancto viro: *Serm. Quinqu. 3* (p.31).



**transcendentia, -ae f.**

Per quod intelligitur transcendentia speculationis in sancto viro: *Serm. Quinqu. 3* (p.31).

## **transcendo, -ere**

Nobis ... ex eo iure geniture ad solium ipsius regni nostri Hungarie uti filius masculus ipsius olim genitoris nostri transcendentibus et sceptrum regiminis eiusdem regni nostri gubernantibus: *1383 CD Hung. X/8 p.118.*

## **transcendo, -ere**

Nobis ... ex eo iure geniture ad solium ipsius regni nostri Hungarie uti filius masculus ipsius olim genitoris nostri transcendentibus et sceptrum regiminis eiusdem regni nostri gubernantibus: *1383 CD Hung. X/8 p.118.*

## **transcurro, -ere**

Ecce autem ante ipsum plebeio ex agmina (*sic, recte: agmine*) quendam / aerea letifero transcurrit machina plumbo: IAN. PANN. *Paneg.* 3,2,155–56.

## **transeo, -ire**

Quare ... taciturnitatem tuam magis silentio transire, quam inelegantibus ac importunis literulis meis tibi molestus esse volui: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

## **transfero, -erre**

Tricesimarum debita in Jaurino et Sempthe ab antiquo exacta dinoscuntur et recepta. ... Rex ... de locis prefatis tricesimam transtulerat eandem usque Posonium: 1385 Süttő, *Anjou* II p.254.

## **transfero, -ferre**

Sic festantes temporaliter transferet puer natus ad festum eternum: *Serm. Quinqu.* 10 (p.43).

## **transfero, -ferre**

Secunda congruitas sumitur ex parte eius, ad quod est baptismus, scilicet ad regenerandum, ut transferatur homo a potestate tenebrarum in adoptionem filiorum: *Serm. Quinqu. 27* (p.72).



## **transfero, -ferre**

Que (*sc. B.Margareta*) ... cum bonorum sororum secum remanentium societate de claustro Vesprimiensi translata est in claustum, quod parentes eius in insula Danubii ... edificaverunt: *Vita Marg.* p.18.

## **transfero, -ferre**

Franciscus ... episcopus ... commendavit corpus ... terrae, unde sumptum est, humandum in ecclesia sua cathedrali Sancti Michaelis archangeli, tandem vero finito sacello Sanctae Annae ad latus ecclesiae cathedralis erecto transferendum et in domino Iesu quiescendum: *1524 Bunyitay, Gyulafehérvár* p.27. = DL 89199.

## **transfero, -ferre**

ubi et postquam ad alia vota seu secundas nuptias se transtulerit (sc. coniunx vidua): *1519 SzSzB Szle 2006 p.351.*

## **transfero, -ferre**

Ubi et postquam ad alia vota sew secundas nupcias se transtulerit (*sc. coniunx vidua*): 1519 SzSzB Szle 2006 p.351.

## **transfero, -ferre**

Franciscus ... episcopus ... commendavit corpus ... terrae, unde sumptum est, humandum in ecclesia sua cathedrali Sancti Michaelis archangeli, tandem vero finito sacello Sanctae Annae ad latus ecclesiae cathedralis erecto transferendum et in domino Iesu quiescendum: *1524 Bunyitay, Gyulafehérvár p.27; Dl 89199.*

**transfixio, -onis f.**

Praefatus c[omes] Petrus ... per turmas viriliter dimicando et praeliando dimissisque multis hominum post se cadaveribus iacentibus in terra velut manipulis et strage facta non modica per lancearum et sagittarum et aliorum offendibilium armorum multiplices plagas et transfixiones letales in suo corpore collegit passiones: *1411 Katona, Hist.crit. XII p.64.*

**transfixio, -onis f.**

Praefatus c<omes> Petrus ... per turmas viriliter dimicando et praeliando dimissisque multis hominum post se cadaveribus iacentibus in terra velut manipulis et strage facta non modica per lancearum et sagittarum et aliorum offendibilium armorum multiplices plagas et transfixiones letales in suo corpore collegit passiones: *1411 Katona, Hist.crit. XII p.64.*

**transgredior, -i, transgressus sum *m.***

Sic magnates et principes transgrediuntur legem, nec capiuntur aut puniuntur, homines autem minores per legem puniuntur: Szilády, *Temesvári* p.36.



## **transgredior, -iri**

Minus dicit et plus significat, quia preceptum transgredi non solum non prodest, sed etiam multum obest: *Serm. Qinqu.* 16 (p.52-53).

## **transigere**

Ut transactis hiis temporibus disturbiorum egregium Laurentium Salczer ad nos vocari faciemus:  
*1506 Szapolyai oklt. p.284.*

**transigo, -ere, -egi, -actus**

Quibus rationibus transegerimus differentiam  
nostram cum magistro Prussiae: 1525 BROD.  
*Epist.* p.116.

## **transitorius, -a, -um**

Quodque presens vita caduca sit et transitoria,  
nilque salubrius sit mortalibus: *1499 Szapolyai*  
*oklt.* p.255.

**transitus, -us** *m.*

Quod iidem homines ... terram ... reambulasenta loco ... eundo sursum ad septemtrionem, ... per eandem viam modice descendendo quendam transitum aque sive portum nominando: it1386 Keglevich, *Garamsztb.* p.219.

**translatio, -onis f.**

Quae in illa ecclesia sive per mortem, sive per translationem ... vacare contigerint: *1505 Szapolyai oklt.* p.272.

## **translego, -are**

Quo attento nos honorabilem virum magistrum Stephanum concanonicum nostrum presencium ostensorem nomine nostro cum sufficienti mandato simul cum homine prefati domini nostri episcopi duximus ad v<estram> h<onorabilitatem> translegendum, dantes eidem plenam et omnimodam facultatem, ut *etc.*: 1439 Entz, *Gyulafehérvár* p.184.

## **translego, -are**

Quo attento nos honorabilem virum magistrum Stephanum concanonicum nostrum presencium ostensorem nomine nostro cum sufficienti mandato simul cum homine prefati domini nostri episcopi duximus ad v[estram] h[onorabilitatem] translegendum, dantes eidem plenam et omnimodam facultatem, ut *etc.*: 1439 Entz, *Gyulafehérvár* p.184.



**transmigratio, -onis f.**

Galilea transmigratio interpretatur, mare vero propter suam amaritudinem significat penitentiam: *Serm. Quinqu. 1* (p.23).

## **transmigo, -are**

Ambulans ergo iuxta mare Galilee vocavit, ut ad penitenciam transmigrandi significaret: *Serm. Quinqu.* 1 (p.23).

**transmissio, -onis f.**

Ex tunc praefati iudices ... in medium Philistaeorum nostrorum ... ea facere recusantium ad sollicitandum exactiones censuum et proven-tuum nostrorum transmissionemque pharetra-rorum praetactorum accedere ... valeant: 1428 Katona, *Hist.crit.* XII p.509.

**transmissio, -onis f.**

Nos ... litteras predictas nostre facultatis unacum aliis litteris ipsis dominis preposito et capitulo super nostra transmissione loquentibus coram notario ... presentavimus: *1425 Pozsonyi vizsály* p.257.

## **transmitto, -ere**

Quatenus iuramentalem depositionem ... ad octavas festi Beati Mychaelis archangeli ... in vestram ac prelatorum et baronum vestrorum presentiam prorogare et transmittere deberemus discutiendam: 1386 Süttő, *Anjou* II p.387.

## **transmitto, -ere**

Intendimus ... unum germanum nostrum pro  
informacione studii arcium liberalium vestras ad  
dominaciones transmittere: 1465–71 Neumann,  
*Korlátköviek* p.

## **transmitto, -ere**

Quatenus statim et absque omni mora census vestros ... plene et integre ... nobis transmittere velitis: 1469 Zimmermann, *Urkb.* VI p.390.

## **transmitto, -ere**

Quatenus thabulam in civitate vestra ecclesiae nostrae Albensis reformatam ... per unum currum vestrum ad festum Nativitatis Domini ... velitis Albam transmittere: 1464 Zimmermann, *Urkb.* VI p.206.



**transmitto, -ere**

Quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis:  
*1480 Horváth, Pótlások p.174.*

[Szovák] 2015.2.16.

## **transnavigo, -are**

Pervenit ad nos fama, ut Thurci rursus in vado Danubii transnavigarent partes istas Transsilvanas volentes subintrare: 1470 Zimmermann, *Urkb.* VI p.469.

## **transnavo, -are**

Vivens tormenta calcavit, mortuus inania transnavavit (*cod. M: transnarnavit*): *Serm. Quinqu.* 36 (p.85).

## **transparens, -entis**

Et est una causa, quoniam aqua ratione diafanitatis sue, cum sit transparens et pervia lumen, habet aliquid de lumine: *Serm. Quinqu.* 27 (p. 71).

**transparentia, -ae f.**

Qui habet similiter vim illuminativam, quia inprimit characterem, que disponit animam ad suscepcionem luminis gracie, ut transparentia vitrum ad suscepcionem luminis corporalis: *Serm. Quinqu.* 27 (p.71).

## **transsalto, -are**

(Reambulatores) quandam viam publicam transsaltando dicte mete iungunt fluvium: *1413 Zsigm.oklt.* IV,1108.

**transscriptive** *adv.*

Tamen quarumlibet litterarum tenorem seu transcriptum per modum litigionarium in forma iudiciaria per quempiam acquisitum simulcum litteris super eodem transscriptive confectis eo modo, veluti ipsarum litterarum primordiales in forma cuiuslibet iudicii acceptare et observare ... possit: 1419 *Zsigm.oklt.* VII,290.

## **Transsylvaniensis, -e**

Misimus ad te litterarum vice waywodae ad fidelem nostrum spectabilem et magnificum Ioan-nem comitem Scepusiensem, waywodam nostrum Transsylvaniensem exempla: 1524 BOD. *Epist.* p.87.



## **transumo, -ere**

Ut easdem (*sc. litteras*) presentibus nostris litteris patentibus transumpmentes de regali pietate confirmare dignaremur: 1343 Mészáros, *Visegrád* p.110.

**transversaliter** *adv.*

Nos ... palatium seu domum lapideam quondam Conrrady Suevi, machinatoris nostri in civitate nostra Vysegradyensi Teutonicali per viam eiusdem civitatis transversaliter sitam ... contulimus prefato magistro: *1360 Mészáros, Visegrád* p.125.

**transversum, -i n.**

Celarium autem ... non per longum, scilicet per transversum divisum est: 1482 Zimmermann, *Urbk.* VII p.325.

**trecenarius, -ii m.**

Sic Ioseph trecenarius Egipti regnum suscepit,  
David regnum ea etate inchoavit, Ezechiel propheciam pronuntiavit: *Serm. Quinqu.* 28 (p.73).

## **trecenti, -orum**

Summa autem cubulorum trecentorum sexaginta numerum non ascendit: *1248/XVIII CD Hung. IV/2 p.23.*

**tremulus, -a, -um**

Nondum districtus tremulo fulgore micabat / en-  
sis: IAN. PANN. *Paneg.* 3,2,67.

**trepidatio, -onis f.**

Ut ... mutuis freti viribus Moldaviam ipsam in magna propterea trepidatione nunc locatam occupent: 1510 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.617.

**trepidatio, -onis f.**

Quia miles armatus audacior est, ideo et in isto milite post armaturam virtutis sequitur audacia cordis in agressione peccatricis multitudinis, quoniam stetit in conspectu populi, scilicet sine trepidatione: *Serm. Quinqu.* 16 (p.52).



**trepidus, -a, -um**

Dum salvi trepidam penetremus ad urbem: IAN.  
PANN. *Paneg.* 3,2,105.

**tres, tria**

Cardinales tres, quibus cognitio huius causae demandata fuerat, fere quotidie per multas horas hanc rem in arce ventilant: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**tres, trium** *num.*

Cum esset (*sc. B.Margaretha*) annorum trium vel parum plus: *Vita Marg.* p.18.

**tres**

Omnia solus habes: pelvim, gutturnia, scamna  
et tres urceolos, omnia solus habes: 1514 TAUR.  
*Epist.* 1 (p.129).

**treuga (treugua), -ae** *f. 'latinul' : körülírva — magyarul*

de mandato, quod serenissimum ducale dominium nostrum nobis fecerat super facto treugue  
conclude: 1413 *Zsigm.oklt.* IV,527.

**treuga, -ae f.**

Qui *oratores* agerent apud omnes principes ...  
de pace aut treuga: 1523 BROD. *Epist.* p.74.

**treuga, -ae f.**

Pontifex cum sua sponte, tum mea etiam exhortatione et precibus permotus dat omnem operam pro pace vel saltem treugis inter principes Christianos faciendis: 1523 BPOD. *Epist.* p.83.

**treuga, -ae f.**

Petrus de Komaro ... regi, domino nostro gratiosissimo, huic regno nobisque diffidatorie treugas renuntiavit: *1463 Szapolyai oklt.* p.80.



**treugae, -arum f.**

Semper enim regnum Moldaviae et similiter regnum Transalpinum cum suis vaivodis penes regiam m<aiestatem> fuit in litteris treugarum inclusum: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.45.

**Trias, -dos *f.***

Vigilia divine Triados: 1526 *TT* 1911 p.88.

[Szovák] 2015.2.16.

**trias, -dos *f.***

Vigilia Divine Triados: *1526 TT 1911 p.88.*

[Szovák] 2015.2.16.

**tribulatio, -onis f.**

Item dies illa ire ... dies tribulationis: PAUL.  
HUNG. *Penit.* p.194.

**tribulatio, -onis f.**

Ipsa sincera fidei vestrae devotio tamquam lux serena semper in nubilo tribulationum ... exstitit ferventior: 1461 Zimmermann, *Urkb.* VI p.100.

**tribulatio, -onis f.**

Si aliquis Christi fidem per motiva inductus vel tribulatione et angustiis coactus negare deberet, multo magis ego negassem: GEORG. HUNG. *Tract.* p.304.

**tribulatio, -onis f.**

O, quam validus ignis est caritas, ut per quantumcumque aequalem trubulacionem non possit extinguui: *XV Madas, Serm.* p.124.

**tribulator, -oris** *m.*

Item feria secunda ... pro quatuor tribulatoribus solvi d<enarios] 16: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,720 97).



## **tribulo, -are**

Dum illa (sc. bona) quiquam ipso contrectent invito et abusivis afflictionibus tribulent: *1417 CD Hung. X/5 p.763.*

## **tribulo, -are**

Nolumus ... cives et hospites nostros ... per quoscunque litigionarios processus occasione praemissorum impediti, molestari seu quomodolibet tribulari: 1434 Wagner, *Anal.* III p.215.

**tribunal, -is** *n.*

Cum nos ... in consistorio nostro iuxta solitum pro tribunali pariter consedissemus: 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.274.

## **tributarius, -a, -um**

Quia ipse d<ominus> rex Poloniae ... vaivodam quoque illum caesari tributarium de regno illo eicere voluit: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.44.

## **tributarius, -a, -um**

Dominus noster ... ab omni tali solutione tributaria intra ambitum ... habere voluit et exemit:  
1491 SZAPOLYAI OKLT. p.197.

## **tributarius, -a, -um**

quia ipse d[ominus] rex Poloniae ... vaivodam quoque illum caesari tributarium de regno illo eicere voluit: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.44.

**tributarius, -ii m.**

Emericus de Zapolya, comes ... sincere nobis dilectis tributariis et theloniatoribus nostris ... salutem et dilectionem: *1475 Szapolyai oklt.* p.141.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**tributarius, -ii *m.***

Item castellanis, officialibus, villicis, tributariis,  
... salutem cum honore: 1491 SZAPOLYAI OKLT.  
p.196.

[Szebelédi] 2015.2.16.



**tributor, -oris** *m.*

Vivit ... fidelissima coniunx ... apud omnipotentem bonorum omnium et autorem et principem et tributorem Deum: *1515 Acta Tom. III* p.443.

**tributum, -i n.**

Quod Iohannes ... nonam partem vinorum seu tributum montis eiusdem possessionis ... percipi fecisset:1373 Keglevich, *Garamsztb.* p.184.

**tributum, -i n.**

Quod ... cives ... vina eorum de tributo cuiusdam montis eorum Kosigh appellati ... eis deventa potentialiter auferendo asportassent: 1386 Keglevich, *Garamsztb.* p.224.

**tributum, -i n.**

Iuxta continentiam litterarum domini Karoli regis predictarum, salvis tamen iuribus tributorum regalium et aliorum: 1385 Süttő, *Anjou* II p.264.

**tricesima, -ae f.**

Item altaristis solis Albae, qui alia beneficia non habent, ut singuli tricesimas legant, florenos centum (sc. legavit episcopus): 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.28. = *Dl* 89 199.

**tricesima, -ae f.**

Tricesimarum debita in Jaurino et Sempthe ab antiquo exacta dinoscuntur et recepta. ... Rex ... de locis prefatis tricesimam transtulerat eandem usque Posonium: 1385 Süttő, *Anjou* II p.254.

**tricesima, -ae f.**

Item altaristis solis Albae, qui alia beneficia non habent, ut singuli tricesimas legant, florenos centum (*sc. legavit episcopus*): 1524 Bunyitay, Gyulafehérvár p.28; Dl 89199.

**tricesimus, -a, -um**

Ideo committimus vobis firmissime universis tricesimarum filialium exactoribus: 1491 SZAPOLYAI OKLT. p.192.

[Szebelédi] 2015.2.16.



**triduum, -i n.**

Qui omnia novit et qui infra triduum ad Poloniam  
hinc migravit: 1518 Bessenyei, *Lettere* p.13.

**triennis, -e**

Item triennes qui sint vituli cum quinque vaccis  
XVIII: *1483 Dl 56 161 fol. 1<sup>r</sup>.*

[Szovák] 2015.2.16.

## **trifarie**

Sacrosanctae matris et universalis ecclesiae a XIII annis citra per nefandissimum schisma trifarie per tres contententes de papatu divisae nobis undequaque negocia prosequenda ante oculos nostrae considerationis proposita fuere: 1416 Katoana, *Hist.crit.* XII p.242.

## **trigintatres, -tria**

Qui (*sc. fideles*) Christum filium Dei et verum filium hominis de Spiritu Sancto conceptum, de Maria virgine natum, inter homines trigintatribus annis conversatum ... credunt: GEORG.HUNG. *Tract.* p.402-404.

**trimembriter** *adv.*

Terras arabiles ... per singulos annos seu quolibet anno trimembriter et in tres partes volentibus partibus dividere commisissent: *1414 Zsigm. oklt.*  
IV,2305.

**trini, -ae, -a**

Si Alexander papa vel alius pro bina vel trina expeditione propter aliquam causam minus accepit:  
1523 BROD. *Epist.* p.84.

**trinitas, -atis f.**

In omnibus ... aliis, que sequuntur, scilicet misterium trinitatis, creationis et redemptionis, habitus spei comprehenditur: GEORG. HUNG. *Tract.* p.308.

## **triplex, -icis**

Sub metaphora triplicis rei nominate in verbo presenti scilicet manatis, ignis et solis, allegorice trium fit expressio persanctarum: *Serm. Quinqu.* 7 (p.36).



**tripliciter** *adv.*

Hic evidenter traditur quod tripliciter homo peccat in periurio: PAUL. HUNG. *Penit.* p.205.

**tripliciter** *adv.*

Quod Dominus piscatores piscium tripliciter se habentes invenit circa recia sua: *Serm. Qinqu. 1* (p.24).

**tripliciter** *adv.*

Salvator autem tripliciter dicitur, scilicet ab actu salvandi, ab habitu et a potencia: *Serm. Quinqu. 24* (p.67).

## **triplico, -are**

Quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra ad prosequendum et pertractandum causam predictam ... libellum seu libellos et quascunque alias petitiones verbo vel in scriptis dandum ... exceptiones ... triplicandum: Erdélyi, *Register* p.42.

**triremes, -ium *f.***

Hostis ... classes triremium numero maiores  
ex Hellesponti faucibus educet: 1521 Katona,  
*Hist.crit.* XIX p.305.

**triremes, -ium *f.***

hostis ... classes triremium numero maiores  
ex Hellesponti faucibus educet: 1521 Katona,  
*Hist.crit.* XIX p.305.

## **tristor, -ari**

Charissime domine, noli tristari propter me!  
*1519 Arch.Majtényi p.503; cf. inferius: nolite tristare propter me.*

## **tristor, -ari**

Si quando cursum suum consuetum consummare non poterat (*sc. S.Margareta in orando*), maxime propter parentum suorum presentiam, ac se (*sic ed., recte: si*) non modicum incommodum passa, donec recuperasset, quod necessitate omiserat, ad modum (*sic ed., recte: admodum*) tristabatur: *Vita Marg.* p.19.



**triticum, -i n.**

Iacobo vectori, qui fert triticum ad molendinum,  
pro subsolatione calcii dedi d<enarios> 12: 1520  
Nógrádi, *Kanizsai* I,16 (p.14).

**triticum, -i n.**

Delicatum, quia de granis elegit meliora, triticum comedens et siliginem dimittens: *Serm. Quinqu.* 31 (p.80).

**tritulator, -is m.**

Laboratores seu tritulatores frugum ... seduxisset: 1414 *Zsigm. oklt.* IV,2672.

[Kóta] 2015.2.16.

**tritulator, -oris** *m.*

Item Nicholao Zele ad allodium Sar tritulatōribus dedi d[enarios] 8,5: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,779 (p.146).

**trituration, -onis f.**

His triturationibus nostris boni aequique consules oportet: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**tritus, -a, -um**

Si (ut tritissimo dictum est adagio) par pari referre condecet: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.128).

**triumphus, -i m.**

Quosdam duos latrones, qui apud dicti iudicis ipsius exponentis in praescripta possessione ... pro eorum delictis et excessibus in cipum reclusi et obserrati erant, ... iidem ... de huiusmodi cipo extraxissent et eliberassent, ac tandem summo cum triumpho una cum tubicinatoribus suis ad dictam civitatem ... deduxissent: 1509 Wenzel, *Dóczyak* p.62.

**triumphus, -i m.**

Insignia victoriosorum triumphorum, primi contra Ezebagh, secundi seu deutri contra Twrhan, tertii contra infelicem Basa, puta viceimperatorem Turcorum ... vestris praecariis (*sic*) industriis ... declarata fuere: 1444 Zimmermann, *Urkb.* V p.124.



**triumphus, -i m.**

Igne paradisi ardebit secundum utrumque, quia in carne vestietur fulgore immortalitatis et in anima nunc possidet gloriam eternitatis, quia invictus Christi martir Vincencius tyranno devicto insignem victorie palmam celo gaudens intulit et peracto passionis sue triumpho angelorum cetibus comitatur: *Serm. Quinqu.* 35 (p.85).

**triumphus, -i m.**

Sic nos fuimus in triumpho: 1525 BROD. *Epist.*  
p.108.

## **trophaea, -ae f.**

Unde ... et vos pro tropheis Christiano nomini taliscemodo (*sic, recte forsan: taliscemodi*) divinitus datis Deo coeli ... gratiarum actionibus consignatis studete idipsum nomen Domini humili prece deprecari, ... *etc.: 1444 Zimmermann, Urkb. V p.124.*

**trophaeum, -i n.**

Dum iactabundus, potentissimus ac efferus hostis  
... vehementiori insuetoque impetu Pannonias  
aggressus Albam Graecam totius regni arcem,  
olim eorundem trophaeis decoratam oppugnet:  
*1521 Katona, Hist.crit. XIX p.305.*

**trophaeum, -i n.**

Dum iactabundus, potentissimus ac efferus hostis  
... vehementiori insuetoque impetu Pannonias  
aggressus Albam Graecam totius regni arcem,  
olim eorundem trophaeis decoratam oppugnet:  
*1521 Katona, Hist.crit. XIX p.305.*

**trophaea, -ae f.**

Cum hoc peculiare regis ... officium ... esse  
debeat per pulcherrima de hostibus trophaea il-  
lustresque triumphos regnum amplificare: *1514*  
*Acta Tom. III p.258.*

## **tropologicæ** *adv.*

Quatuor modis tem<...> divina scriptura: Primo: tropologicæ i.e. moraliter wlgo erkewlch serynth. Secundo: historice wlgo lewth dologh serynth. Tertio: allegorice wlgo leky erthelem serynth. Quarto: anagogice mennyei erthelem serynth: XVI<sup>in.</sup> Szilády, *Temesvári* p.66.

## **trucido, -are**

Regia maiestas a caesarea maiestate expectasset  
... debita provisione caesareae maiestatis emen-  
dari (*sc. gravamina*) veluti de ademtione castrorum in  
regno Bosniae, de interfectione certorum merca-  
torum de Belgrado, quos filius Alibeeg manu pro-  
pria trucidavit: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.40.



**trucido, -are**

Set eterna illa flamma sine ullo remedio trucidabit: PAUL. HUNG. *Penit.* p.199.

## **trucido, -are**

regia maiestas a caesarea maiestate expectasset  
... debita provisione caesariae maiestatis emen-  
dari (sc. gravamina) veluti de ademtione castrorum in  
regno Bosniae, de interfectione certorum merca-  
torum de Belgrado, quos filius Alibeeg manu pro-  
pria trucidavit: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.40.

## **truculentus, -a, -um**

Qui eorum (*sc. Turcorum*) truculentissime captivitatatis et horrende persecutionis per integros viginti annos terribiles tempestatum spiritualium turbines et immensa pericula corporis et anime pertuli: GEORG. HUNG. *Tract.* p.406-408.

## **truculentus, -a, -um**

Ut ... communi auxilio horum regnorum ...  
truculentissima rabies Turcorum ... Longe lateque in fines Christianos excurrens et nunc potissimum in inclito regno Poloniae debacchans a subiectis ... utriusque nostrum regnis ... arceatur: 1498 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.175.

**truculentus, -a, -um** *super*.

Ut ... communi auxilio horum regnorum ...  
truculentissima rabies Turcorum ... Longe lateque in fines Christianos excurrens et nunc potissimum in inclito regno Poloniae debacchans a subiectis ... utriusque nostrum regnis ... arceatur: 1498 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.175.

**truffa, -ae f.**

(*sc. Sacerdotes Turcorum*) seculares ... variis truffis et insolentiis provocati deridentes et sub-sanentes alii dicunt ... : GEORG.HUNG. *Tract.* p.366.

## **trunco, -are**

<...> GEORGII CORPVS ET OSSA / PRAESVLIS  
TRANSYLVANI LEPES / COGNOMINATI QVI  
TVRCARVM / GLADIO <...> SENT IMREH  
<...> STARTVR / <...> IN CAMPO <...> TRVN-  
CATUR / DIE BIS NONO MARTII ANNO DO-  
MINI / MILLESIMO CCCCXL SECVNDO: 1442  
Entz, *Gyulafehérvár* p.171.

## **trunco, -are**

[..] GEORGII CORPVS ET OSSA / PRAESVLIS  
TRANSYLVANI LEPES / COGNOMINATI QVI  
TVRCARVM / GLADIO [..] SENT IMREH [..]  
STARTVR / [..] IN CAMPO [..] TRVNCATUR  
/ DIE BIS NONO MARTII ANNO DOMINI /  
MILLESIMO CCCCXL SECVNDO: *1442 Entz,  
Gyulafehérvár p.171.*



**truncus, -a, -um**

Adhuc summis insertae nubibus hastae / ceu nemus extabant truncum: IAN.PANN. *Paneg.* 3,2,68-69.

**truncus, -i m.**

Ubi dictus in causam attractus troncum fuisse,  
sed per viatores deletum extitisse recitasset: *1419*  
*Zsigm.oklt.* VII,169.

**trutinatio, -onis f.**

Ut subditorum suorum meritis et servitiis digna quadam trutinatione pensatis quemque eorum iuxta qualitates virtutum suarum favoribus gratiisque condignis prosequi ... consueverint (sc. Reges): 1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.356.

**trutino, -are v. trutinor, -ari**

Volui proponere tantum rem in conspectu vestrae maiestatis illius sapientissimo consilio et prudentia trutinandum: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**tubercula, -ae f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant egritudines: caput caphelea, ... abest, ut ... tubercula: BONF. *Symp.* III,446.

**tubicen, -inis** *m.* (tubicem)

Quem (*sic, sc. fenum*) Blasius tubicem (*sic*) et  
Ioannes Nemeth equis suis ad comedendum de-  
derunt: 1522 C. Tóth, *Bátori* p.236.

**tubicinator, -oris m.**

Refert nobis is tubicinor noster: *1497 Szapolyai  
oklt. p.235.*

[Szebelédi] 2015.2.16.

**tubicinatorius, -i m.**

Item die sabati ... dedi ex commissione magnifici domini tubicinatoriis fl<orenum> 0,5: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* II,829 (p.57).



**tubucinator, -oris** *m.*

Item tubicinatori dedi d<enarios] 6: 1520 Nógrá-  
di, *Kanizsai* III,104 (p.65).

[Szovák] 2015.2.16.

**tueor, -eri, tuitus sum**

Ut una cum illo, cum illic eris et ubi de his aliquid  
ageretur, excuses et tuearis partes nostras: 1525  
BROD. *Epist.* p.116.

**tueor, -eri**

Qui onus tuendi et defendendi prefatos fratres ...  
in dicto monasterio ... recepit: Erdélyi, *Register*  
p.33.

## **tueor, -eri**

A ... capitaneo meo habui nunc nova ... Babilbegum Belgradi prefectum fines Sirimienses, quos Colocensis tuetur, maxima manu et totis Turcarum tyranni viribus invasisse: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

**tugurium, -i n.**

(Custodes vinearum cotidie debeant) de tugurio  
seu loco custodie sue (alternatim uvas praestare):  
*1414 Zsigm. oklt. IV,2273.*

**tuitio, -onis f.**

Quibus (*sc. servitiis*) iidem, presertim dictus Draag preteritis suis fratribus in tuitione et defensione regni nostri Russcye ... regio sacro dyadematici ac nobis ... fideliter studuit conplacere: 1385 Süttő, *Anjou* II p.265.

**tuitio, -onis f.**

Si tuitio et defensio antedictorum dominorum non fuisset: 1449/XVIII Zimmermann, *Urkb.* V p.268.

**tuitio, -onis f.**

Iustis utputa et legittimis in nostram recipimus protectionem et tutelam specialem viceque et in persona nostri vestre commissimus tuitioni et protectioni: *1493 Szapolyai oklt.* p.209.



**tuitio, -onis f.**

Infra autem reditum illius ad defensionem et tuitionem vestram provideatis: *1502 Szapolyai oklt.*  
p.264.

## **tumescō, -ere**

Quod ... Katherina ... et Franciscus ... meatum aque Rabe vocate in cavernis molendinorum ipsorum Zykra molna appellatorum super eodem fluvio Raba decurrentem de suo antiquo cursu alcius sublevando ipsam aquam ... adeo tumescere fecissent, ut (etc.): *1451 Tudománytár* 1837/II p.167.

**tumiditas, -atis f.**

Mirabile certe est esse in divitiis sine cupiditate, in honoribus sine tumiditate, in iniuriis sine rancorositate. ... 3o mirabile esset esse in iniuriis sine rancorositate: XV Madas, *Serm.* p.122.

## **tumidus, -a, -um**

Tumido levius nec Xerxe frementem / Lucullus  
parvo Tigranem milite vicit: IAN.PANN. *Paneg.*  
3,2,98-99.

**tumor, -oris** *m.*

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... lienem tumor  
... abest: BONF. *Symp.* III,445.

**tumultus, -us** *m.*

De tumultu Germanico mira scribuntur: 1525  
BROD. *Epist.* p.111.

**tumultus, -us m.**

Item ponit (*sc. praepositus*), quod magister Georgius noctis tempore ... cum magnis insolentiis (*sic, recte forsitan: insolentibus*) tumultibus et clamoribus horribilibus curiam suam subintravit:  
*1425 Pozsonyi vizsály p.262.*

**tunc** (*per mendum: inde*)

Ut ... coram maiestate nostra, ubicumque inde  
(*recte [Dl 23321]: tunc*) Deo duce constituentur  
(*recte: constituemur*), comparere debeatis: 1520  
Horváth, *Pótlások* p.179.



## **tunica, -ae**

Que (*sc. B.Margareta*) ... post ... aliquatulum etate proficiens tunicas duriores et interdum cinturas cilicinas super nudo paulatim ferre consuevit: *Vita Marg.* p.18.

**tunica, -ae f.**

Item feria quinta illi, qui in molendino molit farinam, unam tunicam emi d<enarii> 40: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,607 (p.138).

**tunica, -ae f.**

Item eodem die pastori de Elboe comparavi tunicam griseam d<enarii> 35: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,572 (p.44).

**tunica, -ae f.**

Lego, ut Dorothee ancille mee, marito videlicet copulate in ventura congregatione festi Nativitatis Bneati Iohannis Baptiste emant unam tunicam duobus florenis aureis: 1477 Neumann, *Korlátköviek* p.181.

**tunica, -ae f.**

Et hoc dicit (*sc. Dominus*) in reprehensionem hominum negligencium, qui cingulis laxatis et tunicis remissis percuciant pulveres, sicut cauda vulpis: *Serm. Quinqu. 33* (p.82).

**tunica, -ae f.**

Que (*sc. B.Margareta*) ... post ... aliquatulum etate proficiens tunicas duriores et interdum cinturas cilicinas super nudo paulatim ferre consuevit: *Vita Marg.* p.18.

**tunsio, -onis f.**

Ex sunt quibus venialia dimittuntur scilicet per pectoris tunsionem, per dominicam orationem, per eucaritiam digne acceptam, per generalem confessionem, per aque benedictae aspersionem, et per levem penitentiam: PAUL. HUNG. *Penit.* p.215.

**turbatio, -onis** *f.*

Mea ... turbatio non fuit propter desperationem salutis, sed libertatis: GEORG. HUNG. *Tract.* p.302.



**turbatio, -onis f.**

Ut desisteret ab huiusmodi turbationibus et inquietationibus ipsorum, cum nihil ipse et dominus Petrus Erdewdÿ interesse haberent de dicto monasterio: Erdélyi, *Register* p.25.

**turbator, -oris** *m.*

teneamur et simus obligati apud turbatores partes nostras interponere: 1522 Katona, *Hist.crit.* XIX p.382.

**turbator, -oris** *m.*

Teneamur et simus obligati apud turbatores partes nostras interponere: 1522 Katona, *Hist.crit.* XIX p.382.

**turbido, -inis** *n.*

Qui relicto et postergato facinore adhesionis eorum hoc tempore guerrarum et turbidinum facte:  
*1492 Szapolyai oklt. p.204.*

**turbo, -are**

Dum pridem inter nostros barones fervens seditio  
nostra regna turbabat: 1385 Süttő, *Anjou* II p.271.

[Szovák] 2015.2.16.

## **turbo, -are**

Quod (*sc. regnum*) per insultus Lithvanorum, fidei orthodoxe inimicorum et nostre maiestatis emulorum specialium creberimos ... plerumque turbabatur: 1385 Süttő, *Anjou* II p.265.

## **turbo, -are**

Quousque nos vestre fraternitates de talibus informarunt, de huiusmodi importunitate ... multum animum nostrum (*sic, recte forsitan: animo nostro*) turbatur (*sic, recte Df 228334: turbamur*) condolendo: *1423 Pozsonyi vizsály* p.253.

**turbo, -are**

Quae quidem res licet et pontificem et ... cardinales multum turbaverit: 1523 BROD. *Epist.* p.73.



**turbo, -inis** *m.*

In quibus ego curandis et in tanto rerum turbine et tot tam externis quam domesticis periculis meliori, qua fieri potest, ratione moderandis propulsandisque ... dies et noctes diligentissime ... elaboro: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.656.

**turbo, -inis m.**

Qui eorum (*sc. Turcorum*) truculentissime captivitatatis et horrende persecutionis per integros viginti annos terribiles tempestatum spiritualium turbines et immensa pericula corporis et anime pertuli: GEORG. HUNG. *Tract.* p.406-408.

**turbo, -inis** *m.*

Cumque aliquantulum a ripa processisset, ecce  
vehemens turbo et tempestas mox exorta est in  
aere et aquis adeo, quod navis cepit periclitari:  
Szilády, *Temesvári* p.6.

## **turbulentus, -a, -um**

Ex litteris ... habemus conventum regni ... fuisse turbulentissimum ac nobilitatem rebus infectis abiisse male contentam et omnia extrema minitantem, sese conventum pro libito suo armatos facturos rebusque regni aliter consulturos: 1525 BROS. *Epist.* p.114–15.

**Turca, -ae m.**

Quem scilicet saevissimi Turcae, crucis Christi  
persequutores ... dominio huiusmodi vaivoda-  
tus sui privare conabatur: 1430 Katona, *Hist.crit.*  
XII p.537.

**Turcus, -i m.**

Habuerunt Veneti et ex Constantinopoli litteras  
... Turcum facere ingentes apparatus et terra, et  
mari, aggressurum omnino Hungariam primo  
quoque tempore: 1524 BOD. *Epist.* p.89.

**turgeo, -ere**

Que non habebat ubera (*Cant* 8,8) turgencia per carnalitem: *Serm. Quinqu.* 12 (p.46).

## **turgidus, -a, -um**

Quod ... Georgius noctis tempore ... cum magnis insolentiis (*sic, recte forsan: insolentibus*) tumultibus et clamoribus horribilibus curiam suam subintravit, manicas brachiorum hinc inde more revolvens luctantium, facie turgida et inflata, oculis huc illucque disturrens (*sic ed., recte Df 228 141: discurrentibus*), verbis insultatibus (*sic, recte: insultantibus*), aliis quoque variis et mirabilibus



corporis sui gestibus animum suum indignantem  
in malumque machinantem patescat (*sic ed., recte:*  
patefecit) coram multis ... astantibus: *1425 Poz-*  
*sonyi vizsály* p.262.

**turpis, -e**

Omnia solus habe: ficos turpemque podagram  
et serva hospitium, Codre maligne, tuum: 1514  
TAUR. *Epist.* 1 (p.130).

**turpiter** *adv.*

Quod ... vidisset testis ... fratrem ... diutius iacuisse ad visum multorum virorum et mulierum scandalose et turpiter: Erdélyi, *Register* p.138.

**turris, -is f.**

Licet nos ... in pretium earundem (*sc. domorum*) quandam turrim prope ecclesiam Sancti Ladislai ... existentem cum sessione et fundo curie ad ipsam spectanti eidem donaverimus: 1355 Mészáros, *Visegrád* p.119.

**turris, -is f.**

Franciscus ... episcopus ... pro turri reformanda, quae est ad ianuam maiorem ecclesiae Sancti Michaelis, legavit florenos mille et quadringentos: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.27. = DL 89199.

**turris, -is f.**

Franciscus ... episcopus ... pro turri reformanda, quae est ad ianuam maiorem ecclesiae Sancti Michaelis, legavit florenos mille et quadringentos: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.27; *Dl 89 199*.

**turtur, -is** *m.f.*

Aliter vacua fuissent a merito munera iusti Abel  
et sacrificium patriarche nostri Abrahe et oblatio  
virginis in turturibus seu columbis: *Serm. Quinqu.*  
29 (p.75).

**tus, turis n.**

Aurum ... excellit in divitiis mundi, thus in honoribus, quibus honoratur Deus in cultu religionis, mirra in deliciis, quoniam ex eius unccione conservantur membra tenera delicate carnis: *Serm. Quinqu. 25* (p.68).



**tus, turis** *n.*

Aurum enim est precipuum in metallis, thus in sacrificiis, mirra in sepulturis: *Serm. Quinqu. 25* (p.68).

**tussis, -is f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... tussis ... abest:  
BONF. *Symp.* III,444.

**tutela, -ae f.**

Quod olim felicitis memorie divi reges Hungarie seu alii Christifideles Deo devoti in honorem Beatissime Virginis Marie, sub cuius patrocinio et tutela refoveri sperabant: Erdélyi, *Register* p.27.

**tutela, -ae f.**

Ut dicta serenissima regina eosdem ... cum omnibus suis possessionibus ... in suam protectionem et tutelam specialem recepisset: 1384 Süttő, *Anjou* II p.50.

**tutelar**is, -is *m.*

Episcopus ... Deo immortali eiusque intemera-  
tae matri virgini Mariae ac Beato Michaeli ar-  
changelo, patrono et tutelari suo totique coele-  
sti curiae animam commendavit: 1524 Bunyitay,  
*Gyulafehérvár* p.27. = *Dl* 89199.

**tutularis, -is m.**

Episcopus ... Deo immortalis eiusque intemeratae matri virgini Mariae ac Beato Michaeli archangelo, patrono et tutelari suo totique coelesti curiae animam commendavit: 1524 Bunyitay, Gyulaférvár p.27; *Dl 89 199*.

**tutio, -onis f.**

Alias appellat et apostolos petit eo modo et forma ... et iterum ac tertio se ipsos ac ecclesiam et conventum sive monasterium ... prefatum tutionis, manutentioni, protectioni sanctissimi domini nostri ... apud quos nulla personarum acceptio sive favor ... sem submittunt et commendant humillime: Erdélyi, *Register* p.41.

## **tutor, -ari**

Ut ... ipsi ... et posterī vicissitudinaliter et alternatim se se in dominio ... tutando et defendendo conservare debeant: *1380 Veszpr.okl.* II p.317.



## **tutor, -ari**

Scribunt decimas, quae praelatis ecclesiarum debebantur, eos suspendisse (hoc enim vocabulo scribitur), atque ad fines a Turca tutandos expensuros: 1525 BROAD. *Epist.* p.115.

**tutor, -oris m.**

Porro ipso d[omino] Ludovico ... in patriam regis regum ... translato et ... Maria regina ipsius nata in solium paternum vero hereditatis iure succedente ... nos ... ipsius regni Hung[ariae] tutores existendo ... in terram Mazoviae ad eiusdem terrae ducem et incolas debellandos exercitum duxissemus: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.145.

**tutor, -oris m.**

Porro ipso d<omino> Ludovico ... in patriam regis regum ... translato et ... Maria regina ipsius nata in solium paternum vero hereditatis iure succedente ... nos ... ipsius regni Hung<ariae> tutores existendo ... in terram Mazoviae ad eiusdem terrae ducem et incolas debellandos exercitum duxissemus: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.145.

**tutorium, -i m.**

(Iobagionem) nominibus pignoris et tutorio erga ipsum existentem (detineri fecisset): *1414 Zsigm. oklt. IV,1950.*

## **tutorius, -a, -um**

Quod Deseu ... et Benedictus ... porcionarias possessiones (*sic*) ipsorum ... magistro Pethew, prothonotario magnifici viri, Thome voyvade Transsilvani et comitis de Zonuk, necnon procuratori et iudicis (*sic*) magisterii tavarnicatus domini regis ... nomine tutorio et conservatorio ... collocare intendunt: *1341 Dl 49246; cf. Erd.okmt.* III,64.

## **tutus, -a, -um**

In qua (*sc. causa*) ipse vos iudicibus haberet pro suspectis, unde cum coram iudicibus suspectis non sit tutum litigare: 1386 Süttő, *Anjou* II p.385.

**tuus, -a, -um**

Tuum erit, ne sollicitudini meę ... desis: 1516  
TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**tymicus, -a, -um**

Anima tribus partibus absolvitur: logistica, thymica, epithymetica: BONF. *Symp.* III,410.

[Szebelédi] 2015.2.16.



**tympanator, -oris** *m.*

Quod ipsi magistri Tuteus et Georgius tympanator ... inter se tale concambium fecissent: 1343  
Mészáros, *Visegrád* p.115.

**tympanator, -oris** *m.*

Quod magistro Iohanne ... ab una et Georgio tympanatore ... domini regis ... parte ab altera coram nobis constitutis per eosdem ... propositum extitit: 1343 Mészáros, *Visegrád* p.115.

**typus, -i m.**

Venit autem a Galilea, quia in Nazareth habitaverat, qui est civitas Galilee, et sub typo loci habitationis sue excluditur ab eo necessitas baptizatio-  
nis: *Serm. Quinqu. 28 (p.73).*

**tyrannice** *adv.*

Contra sevissimam gentem Tartarorum ... Christianitati tyrannice sepius insultantem .: *1349Erd.oklt.*  
III, 533.

**tyrannis, -idis f.**

Quis poterit stare ad videndum furoris illius ardorem eternum aut huius executoris tyrannidem sustinere? GEORG. HUNG. *Tract.* p.322.

**tyrannis, -idis f.**

Videbis in hac secta (*sc. Turcorum*) tantam tyrannidem et victoriarum magnitudinem futuram, quod nec Alexandri Magni et Romanorum victorie, qui sibi totum mundum subiugaverunt, valeant eis comparari: GEORG. HUNG. *Tract.* p.324.

**tyrannus, -i m.**

A ... capitaneo meo habui nunc nova ... Babilbegum Belgradi prefectum fines Sirimienses, quos Colocensis tuetur, maxima manu et totis Turcarum tyranni viribus invasisse: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

**tyrannus, -i m.**

Non unius regis aut populi videtur esse, ut tantum tyrannum, tot populorum ac nationum dominum non dicamus superare, sed si totus incumbat, finibus suis arcere saltem et repellere possit: 1523  
BROD. *Epist.* p.71.



**tyrannus, -i m.**

Non ... sicut in illorum tyrannorum (*sc. Alexandri Magni et Romanorum*) bellis solum corporum erit occisio, sed animarum simul et corporum eternalis per quatuor climata mundi erit universalis perditio: GEORG. HUNG. *Tract.* p.324.

**tyrannus, -i m.**

Igne paradisi ardebit secundum utrumque, quia in carne vestietur fulgore immortalitatis et in anima nunc possidet gloriam eternitatis, quia invictus Christi martir Vincencius tyranno devicto insignem victorie palmam celo gaudens intulit et peracto passionis sue triumpho angelorum ceteribus comitatur: *Serm. Quinqu.* 35 (p.85).

## **Tyrius, -a, -um**

Purpura quem Tyrio velat super aurea filo: IAN.  
PANN. *Paneg.* 3,2,216.

**uber, -is** *n.*

Benedic<cionibus> uberum et vulvarum, in maris et femine coniunccione, que in vulva, id est in ventre concipiunt: *Serm. Quinqu.* 26 (p.69).

**uber, uberis** *adiect.*

Quod tibi uberiori gratia et favore regio curabimus inferre: 1523 BROD. *Epist.* p.75.

**ubere** *adv.*

Quemadmodum etiam magister Mathias ... coram vobis omnia viva voce uberius referat: 1523  
C. Tóth, *Bátori* p.229.

**uberius** *adv. alapfokban -úgy látszik- nem használatos az adverbium*

Quo tua erga nos merita et nostrum vicissim erga te favorem uberrime cumulabis: 1525 BROD. *Epist.* p.116.

**ubi** *adv.*

Qua de re neque praesens destiti assidue apud eos,  
ubi id faciendum videbatur, loqui et clamare: 1525  
BROD. *Epist.* p.119.



**ubi** *coni.*

Quod ubi per maiestates vestras tractari intelligeretur, fortasse isti, quibus nunc tam submissee supplicamus, ultro nobis supplicatum venirent: 1523  
BROD. *Epist.* p.74.

**ubi** *coni.*

Ut una cum illo, cum illic eris et ubi de his aliquid  
ageretur, excuses et tuearis partes nostras: 1525  
BROD. *Epist.* p.116.

## **ubicumque, ubicunque**

Quibus tamen, ubicunque sint, iam non est opus  
istis aliis nuper missis: 1524 BROD. *Epist.* p.102.

**ubilibet** *adv.*

Et iuribus possessionariis cunctisque aliis bonis eorum ubilibet in hoc regno Hungarie existentibus: *1492 Szapolyai oklt.* p.204.

**ubique** *adv.*

Assumpmens eundem ab omnibus, specialiter vero a proximis, cognatis et quibuslibet cognationis sue utriusque sexus hominibus ratione dicte curie ... inquietare volentibus ubique expedire:  
*1363 Mészáros, Visegrád p.131.*

**ubique** *adv.*

Dominus Scardonensis ... maiestatem vestram  
non cessat pro merito ubique laudare et extollere:  
1523 BROAD. *Epist.* p.85.

## **ubiubi**

Quas (*sc. epistolas*) ubiubi conquirere poterit:  
1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**udvornicus, -i m.** 'servus regalis': *populi regis servilis ordinis* — *udvarnok*

particulam terre ... ad villam Gelye populorum et iobagionum udvornicorum ipsius domini nostri regis ... (scil. adnexit): 1413 *Zsigm.oklt.* IV,287.

## **ulciscor, -i**

Qui ubi Christiana vexilla . . . senserint, pro<c>ul dubio pro nobis stabunt et conversis in tam facinorosos dominos telis suas iniurias nobiscum iuxta ulciscuntur: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.255.



## **ulciscor, -i**

qui ubi Christiana vexilla ... senserint, pro[c]ul dubio pro nobis stabunt et conversis in tam facinorosos dominos telis suas iniurias nobiscum iuxta ulciscuntur: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.255.

## **ullus, -a, -um**

Fiat ... provisio tam de episcopatu Plocensi, quam etiam Premisliensi, ita, ut prius scripsimus, sine ulla pensione ac onere et sine aliqua mora et difficultate: 1523 BROD. *Epist.* p.75.

**ullus, -a, -um**

Ut ... sol perpetuo circumagitur motu, nec requiem novit ullam: VALENT. ECK p.48.

[Szovák] 2015.2.16.

**ullus, -a, -um**

Scis, ... quantas nos hic citra ullius auxilium calamitates sustineamus: 1525 BROD. *Epist.* p.116–17.

**ulna, -ae** (*ulnerum*) 'latinul': *körülírva* — *magyarul*

(conventus et arbitri unam integram) sessionem  
... ad latitudinem sex ulnerum ampliassent: 1413  
*Zsigm.oklt.* IV,648.

**ulna, -ae f.**

Item ... feci domino magnifico portare pan-  
num album de nundinis Syl cum duobus ulnis  
d<enarii> 38: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,60 18).

## **ulterior, -oris**

Cui etiam adiunximus usque ad ulteriorem deliberationem nostram nobilem Stephanum Kwn familiarem nostrum: 1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Levelesláda* p.100.

## **ulterior, ulterius**

Quod negotium episcopatus Plocensis eo curaveris deducendum, ut iam res citra ulteriorem difficultatem confici possit: 1523 BROD. *Epist.* p.75.



**ultimate** *adv.*

Unde vestras amicitias praesentibus exoramus  
et ultimate precibus, quibus possumus, petimus,  
quatenus *etc.*: 1469 Zimmermann, *Urkb.* VI p.390.

**ultimatio, -onis f.**

Dicuntur ultima ab effectu ultimacionis, id est conplecionis, quia ultimant, id est conplent et sa-  
ciant desiderium possidentis: *Serm. Qinqu.* 17  
(p.54).

## **ultimo, -are**

Dicuntur ultima ab effectu ultimacionis, id est conplecionis, quia ultimant, id est conplent et sacciant desiderium possidentis: *Serm. Quinqu.* 17 (p.54).

**ultimus, -a, -um**

Ad ultimum articulum positionis, qui incipit: Erdélyi, *Register* p.53.

[Hegy] 2015.2.16.

## **ultimus, -a, -um**

In actu videndi concurrunt actor revelationis, spiritus magnus, et materia visionis, inspectio ultimarum: *Serm. Qinqu.* 17 (p.53).

**ultra** *praep. c.acc.*

Magno enim affectu et quasi ultra vires ieiunia et ceteras regulares observantias suique utiles ipsis (*sic ed. et ms., recte forsan: temporis*) occupationes conabatur observare (*sc. S.Margareta*): *Vita Marg.* p.19.

**ultra** *praep. cum acc.*

Ego is sum, cui quicquid per vestras maiestates oneris ... iniungetur, libens feram, etiam si longe ultra Hispanias mihi esset in servitiis vestrarum maiestatum eundem: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

**ultramarinus, -a, -um** (ultra marilinus)

Cum nunc idem Ladislaus wayvoda <in nostr>is  
servitiis in partibus ultra marilinis (*sic*) existat oc-  
cupatus: 1385 Süttő, *Anjou* II p.262.



**ultra** *adv.*

Quod ubi per maiestates vestras tractari intelligeretur, fortasse isti, quibus nunc tam submissee supplicamus, ultra nobis supplicatum venirent: 1523  
BROD. *Epist.* p.74.

**ululatus, -us** *m.*

Quidam vir fortis natus eiusque mulieris compatiens materno ululatu prosiliit in unam navem, ut iret ad adiuvandum illum: Szilády, *Temesvári* p.6.

## **umbrosus, -a, -um**

Aut licet umbrosa iam dudum in valle remotus  
/ deliteat longe (sc. cervus): IAN.PANN. *Paneg.*  
3,2,229-30.

**una** *adv.*

Ut una cum illo, cum illic eris et ubi de his aliquid  
ageretur, excuses et tuearis partes nostras: 1525  
BROD. *Epist.* p.116.

**unanimiter** *adv.*

Ut ad servitia domini nostri et regni ... unanimiter venire valeamus: *1506 Szapolyai oklt.* p.283.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**unanimiter** *adv.*

Tandem partes ... coram nobis ... propter bonum pacis et mutue fraternitatis unionem talem inter se in universis possessionibus ipsorum ... ex nostra iudiciaria permissione pacificantes divisionem perpetuam unanimiter fecisse retulerunt: 1341 Diaconescu, *Documente* p.32.

**unanimus, -a, -um**

Unanimi consensu partium hincinde nominatum  
ad hoc electum deputandum duximus, et deputa-  
vimus: Erdélyi, *Register* p.34.

**unaticum** (?)

Quia si pro ipso domino Turzo oporteret, unaticum libenter darem: *c.1500* Wenzel, *Dóczyak* p.55.



**unctio, -onis f.**

Cum ... generosa domina ... in lecto egritudinis decumbens sacramentum eucaristie *et* extreme unccionis, prout catholicam decebat matronam, sibi administrari peciisset: it1519 Arch.Majtényi p.503.

**unctio, -onis f.**

Ungens graciis a Deo placendum, quoniam gracia ex eo dicitur, quod gratum facit Deo, de qua unccione habetur Is. LXI <1>: *Serm. Quinqu.* 16 (p.52).

**unctio, -onis f.**

Unccio convenit infirmis sue fragilitatis recognitione: *Serm. Quinqu. 16* (p.52).

**unctio, -onis f.**

Contra culpam originalem principalem datur  
baptismus, contra actuaalem mortalem penitencia,  
contra venialem extrema unccio: *Serm. Quinqu.*  
29 (p.76).

**unda, -ae f.**

Salvat autem nos Christus quadruplici lavacro,  
scilicet unda lacrimacionis in contricione: *Serm.*  
*Quinqu.* 27 (p.71).

**unde** *adv.*

Neque sum ... natura adeo ambitiosus, ut patrocínio vestrae serenitatis ... aliud consequi optem, quam unde possim commodius et honorificentius vestris maiestatibus servire: 1524  
BROD. *Epist.* p.95.

**unde** *adv.*

Qualiter vos, ... nescitur unde moti, certas pecudes et pecora iobagionum ipsorum exponencium ... abigi et depredari fecissetis: 1520 Horváth, *Pótlások* p.179.

**undecumque** *adv.*

Isti sunt boni fratres, quoniam quitquid habent et undecumque aliquid inveniunt: Erdélyi, *Register* p.109.



**undique** *adv.*

In quibus *litteris* scribebatur ... regem Galliae undique ab Hispanis, Anglis, Germanis ... vehementissime premi: 1523 BROD. *Epist.* p.79.

## **undisonus, -a, -um**

Quae (sc. arx) spisso undisoni fundata in litto-  
re ponti / invictis tutam propugnat moenibus ur-  
bem: IAN.PANN. *Paneg.* 3,2,202-03.

## **ungo, -ere**

Ungens graciis a Deo placendum, quoniam gracia ex eo dicitur, quod gratum facit Deo, de qua unccione habetur Is. LXI <1>: *Serm. Quinqu.* 16 (p.52).

**unguis, -is m.**

Dum magnificus vir ... possessionem nostram  
pociorem ... ad unguem devastando increma-  
vit: 1450 Neumann, *Korlátköviek* p.174.

**unguis, -is m.**

Qualis itaque sit et quibus praeditus moribus,  
... ex infra scripto epigrammate ... poteris ad  
unguem usque cognoscere: 1514 TAUR. *Epist.* 1  
(p.129).

**unguis, -is m.**

Et dentes non habet ad mordendum, nec unguis a<d> diripiendum, ostendens per hoc, non debere esse in homine iram in corde, mordacitatem in ore, rapacitatem in opere: *Serm. Quinqu.* 31 (p.79).

**unice** *adv.*

Me et omnia mea in tutelam Vestrae Sanctitatis unice et humillime commendo: Theiner, *Mon.Slav.* I p.585.

[Szovák] 2015.2.16.

**unicus, -a, -um**

Scio unicam vestrae maiestatis voluntatis significationem incredibiliter rebus meis profuturam:  
1524 BROD. *Epist.* p.98.



## **uniformis, -e**

Idem comes ... talem ... modum ... suam conferendi eleemosynam postulavit, ut ... trium terminorum spacio quolibet elapso, scilicet die S[ancti] Michaelis, inter Carnisprivium et Nativitatem Domini, et in Parasceve uniformem numerum cuilibet tempori conservando centum viginti cubulos vini boni successive dare teneretur: *1248 /XVIII CD Hung. IV/2 p.23.*

## **unigenitus, -a, -um**

Qui (*sc. Abraham*) propter excellentiam ipsius fidei, quam in Deum habuit, filio suo non tam caro quam raro, ymo primogenito et unigenito, non curavit parcere: GEORG. HUNG. *Tract.* p.398.

## **unio, -ire**

Et hoc facit uniendo diversa corda, sicut panis  
continet diversa grana: *Serm. Quinqu.* 18 (p.56).

**unio, -onis f.**

Ipse ... causis in eisdem propter unionem ipsius  
cause respondere non posset: *1385 Süttő, Anjou II*  
p.262.

**unio, -onis f.**

Negotium unionis Bohemicae qua diligentia actum sit et agatur, vestra reverendissima dominatio ex litteris domini baronis assidue cognoscit: 1524  
BROD. *Epist.* p.101.

**universitas, -atis f.**

Prelatorum et baronum universitastisque procerum et nobilium huius regni Hungarie Bude habita pro arduis eiusdem regni negotiis tractandis necessario occupamur: Erdélyi, *Register* p.32.

**universitas, -atis** *f.*

Et signanter universitatem vestram et civitatem ipsam Barthffensem modis omnibus adiuvere et ab hostibus vestris protegere festinamus: 1491 SZAPOLYAI OKLT. p.195.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**universitas, -atis f.**

Novi et ego quendam studentem in universitate Cracoviensi, qui cum non bene posset profecere in studio, Beatam Catarinam invocavit, et tandem mirabiliter profecit: Szilády, *Temesvári* p.4.



**universum, -i n.**

Quod ignis estuando movetur et semper sursum fertur, quasi tendens ad summum universum: *Serm. Qinqu. 7* (p.36).

**universum, -i n.**

Que dicuntur ultima primo, a situ locacionis, quia sita sunt in ultimis universi partibus, scilicet in celo empireo: *Serm. Qinqu.* 17 (p.54).

**universus, -a, -um**

Qui (*sc. hostes nostri*) dum anno superiore universam Europam falsis complent rumoribus eorum imperatorem bellis orientalibus distineri: 1524  
BROD. *Epist.* p.85.

**universus, -i m.**

Contemptus vilipendiumque erga ordinem sacerdotalem et universum clerum manifeste generabatur: Erdélyi, *Register* p.36.

**unquam** *adv.*

Diffusa enim erat gratia quedam eius faciei et gratiosa maturitas de dispectu(*ed.:* !) ita, ut vix unquam asperis vel blandis mutari, deici vel extolli notabiliter videretur: *Vita Marg.* p.18.

## **unquam**

Quandoquidem hoc uno monumento non modo Augustinum a mortalitate asseres, verum etiam nomen tuum nullo unquam tempore intermoriturum posteritati clarum reddes: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**unus, -a, -um**

Quandoquidem hoc uno monumento non modo Augustinum a mortalitate asseres, verum etiam nomen tuum nullo unquam tempore intermoriturum posteritati clarum reddes: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**unus, una, unum**

Hoc unum semper et palam profitebor: 1525  
BROD. *Epist.* p.110.

[Monostori] 2015.2.16.



**unus, una, unum**

Illud ... unum neque ego possum tacere: 1524  
BROD. *Epist.* p.103.

**unusquisque, unaquisque, unumquidque**

Unusquisque curat sua propria negotia et nemo  
nostra: 1525 BROD. *Epist.* p.111.

**urbs, urbis** *f.*

Dolebo maiorem in modum, si dominationem vestram ... ab urbe contingat abesse: 1524 BROD.  
*Epist.* p.105.

**urbura, -ae f.**

Tamen quia vestra amicitia ipsas urburas huius  
anni comparavit (*Emericus thesaurarius*): 1463  
*Szapolyai oklt.* p.82.

**urburarius, -ii *m.***

Quod ... prudentes et circumspecti (sc. cives) ... in eorum ac universorum civium et inhabitatorum, nec non montanistarum et urburariorum in eisdem civitatibus nostris commorantium ... gravem ... querelam ... deposuerunt. (Cf. ibid. inferius: iidem cives, nec non montanistae et urburarii ceterique inhabitatores praedictarum civitatum nostrarum ... fodinas et montanas li-

bere et pacifice conducere et conduci facere facultatem habuerint.): 1504/1507 Wenzel, *Dóczyak* p.57.

**urburarius, -ii m.**

Prudentes et circumspecti Ioannes ... et Paullus ... in eorum ac universorum civium, nec non montanisatrum et urburariorum in dictis civitatibus nostris ... commorantium ... cum sufficienti procurationis mandato nostrae maiestatis ... in praesentiam exhibuerunt ... duas litteras: 1507 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.519.

**urceolus, -i m.**

Omnia solus habes: pelvim, gutturnia, scamna  
et tres urceolos, omnia solus habes: 1514 TAUR.  
*Epist.* 1 (p.129).



**urg(u)eo, -ere, ursi**

Gallos affirmant Novariae a caesarianis obsideri  
et ad exeundum ex Italia vehementer urgeri: 1524  
BROD. *Epist.* p.96.

## **urgens, -tis**

quam summam pecuniariam maiestas sua pro nunc ad expeditionem urgentissimam atque inevitabilem necessitatum suarum et totius regni per vos solvendam imposuerit: 1515 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.837.

**urgentia, -ae f.**

Grandium etiam negotiorum agendorum et necessitatum eorum vigente urgentia centum florenos nove monete regalis (*sc. dedissent ei*): 1419  
*Zsigm.oklt.* VII,199.

## **urgeo, -ere**

Dignetur, supplex obsecro, litteris nunciis, oratoribus, legatis ... rem urgere: 1525 Theiner, *Vet.Mon.* II p.655.

**urgeo, -ere**

Urgebat tamen artius et allexit charitas pro zelo animarum: Szilády, *Temesvári* p.60.

[Szovák] 2015.2.16.

## **urgeo, -ere**

Ubi ad ea, quae superiores quoque principes mirum in modum conciliarunt, tam arctissimum sanguinis vinculum accedit, ut reliquos inter reges foedera rebus urgentibus expostulata accersitaque, nobis vero propinquitatis iure legeque naturae quasi insita et innata esse videantur: 1507 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.500.

**urna, -ae f.**

Ubi scilicet primus maritus eius urna repositus  
quiescit: *1523 Dl 47525 fol. 1<sup>r</sup>.*

## **Ursinus, -a, -um**

Idem sanctus episcopus ex suorum consanguineorum Ursina nempe familia ortus non obscure cognoscatur: *1411* Katona, *Hist.crit.* XII p.67.



**usque**

Quibus (*sc. cladibus*) a multis iam retroactis annorum curriculis ... usque improsentiarum pressi exstitistis: 1461 Zimmermann, *Urkb.* VI p.100.

**usque** *adv.*

Testis interrogatus respondit se scire dictum monasterium ... usque ad tempus ipsorum fratrum Divi Augustini de illo semper ita fuisse desolatum: Erdélyi, *Register* p.84.

**usque** *prae- v. postp.*

Que (*sc. B.Margareta*) ... translata est in claustrum, quod parentes eius in insula Danubii, ... a primo fundamento edificaverunt, et ad consummationem usque perduxerunt regaliterque, ut decebat, dotaverunt: *Vita Marg.* p.18.

**usque** *praep. c. acc.*

Ut a prima diei hora usque alterum prandium  
conventus orationes suas continuaret: *Vita Marg.*  
p.19.

**usque**

Qualis itaque sit et quibus praeditus moribus,  
... ex infra scripto epigrammate ... poteris ad  
unguem usque cognoscere: 1514 TAUR. *Epist.* 1  
(p.129).

**usquepraesentiarum** *adv.*

Quamvis illud regnum nostrum Sclavoniae ab antiquo habuerit pro armorum insigni unum mardurem, et his armis usque praesentiarum semper usum fuisset: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.65.

## **usquepraesentiarum**

Quamvis illud regnum nostrum Sclavoniae ab antiquo habuerit pro armorum insigni unum mardurem, et his armis usque praesentiarum semper usum fuisset: 1496 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.65.

**usura, -ae f.**

Usura est studiosa cupiditas recipiendi aliquid supra sortem: PAUL. HUNG. *Penit.* p.204.



**usura, -ae f.**

quod omnibus utilitatibus et proventibus hic  
descriptis sine alicuius usurae scrupulo idem  
d[ominus] ... rex ... sui que successores uti,  
frui valeant et gaudere: 1412 Katona, *Hist.crit.*  
XII p.128.

**usura, -ae f.**

Quod omnibus utilitatibus et proventibus hic  
descriptis sine alicuius usurae scrupulo idem  
d<ominus> ... rex ... sui que successores uti,  
frui valeant et gaudere: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII  
p.128.

**usura, -ae f.**

Dominus noster ... in facto usurarum fecit: 1499  
*Szapolyai oklt. p.252.*

**usurarius, -a, -um**

Spes avida acquirendi impedit alios ad confessionem, ut usurarios et alios avaros tam pecunie quam honoris quibus tria proponuntur: PAUL. HUNG. *Penit.* p.201.

**usurpatio, -onis f.**

Quod ipsi ... universos, tam iudicem, iuratos, quam etiam cunctos hospites ac vulgares ... ab occupatione, usurpatione, usus utilitatum et fructuum perceptione possessionis monasterii ... verbo regio prohibuissent: 1369 Keglevich, *Garamsztb.* p.165.

## **usurpo, -are**

Ne quisquam forensium principum regnum istud sibi violenter usurpet nosque in servitatem perpetuam redigat: *1505 Tudománytár* 1839/VI p.67.

**usus, -us** *m.*

Si nos vel ipsi nostri successores ipso magistro Nicolao defuncto predictam domum pro cancellaria vel pro aliis nostris usibus voluerimus rehabere:  
*1360 Mészáros, Visegrád p.126.*

[Szovák] 2015.2.16.

**usus, -us** *m.*

Totis viribus contendas, ne sanctissimus dominus noster hanc taxam in alios usus, quam in huius regni et Christianorum adversus Turcarum defensionem abire patiatur: 1523 BROD. *Epist.* p.71.



**usus, -us** *m.*

Ut Pannonia opulentissima olim et ditissima provincia ad usus communes vix suppeditare sumtus valeat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.252.

[Szovák] 2015.2.16.

**usus, -us** *m.*

Accipite igitur, fideles dilecti, in signum nostrae regiae benevolentiae usum rubeae cerae: 1461  
Zimmermann, *Urkb.* VI p.100.

**usus, -us** *m.*

Ex ... epigrammate, quod nudius quartus, cum totus in fermento essem, edideram, cantari siquidem stannei usum mihi inhibuit, poteris ad unguem usque cognoscere: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**usus, -us m.**

Ad quam *haeresim* retundendam magno nobis ex usu sunt ipsi fratres conventuales, praesertim venerabilis Marcus a Turri commissarius et provincialis regni nostri: 1525 BROD. *Epist.* p.109.

[Monostori] 2015.2.16.

**usus, -us** *m.*

Ut Pannonia opulentissima olim et ditissima provincia ad usus communes vix suppeditare sumtus valeat: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.252.

[Szovák] 2015.2.16.

**ut, uti coni.**

Princeps Albertus praestitit iuramentum uti domino suo naturali ... regi Poloniae sedenti in diademate in throno ad id constructo in foro Cracoviensi: 1525 BROAD. *Epist.* p.108.

**ut** (uti)

Rescribimus ... sanctissimo domino nostro, uti  
suades, lenius: 1523 BROD. *Epist.* p.75.

**ut** *coni., céihat.*

Nobis ... ea, quae nova emergent, scribere per omnem occasionem non gravare, ut et tua erga nos merita et nostrum vicissim in te favorem reddas in dies cumulatiorem: 1525 BROD. *Epist.* p.107.



**ut coni.**

Item iterum, ut dominus magnificus venerat de  
Chorna huc ad Sarwar, lampetras emi d<enarii>  
22: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,720 (p.143).

**ut coni.**

Item Luce fabro, ut equos babatizavit, dedi d<enarios]  
62: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,713 (p.143).

**ut coni.**

Quas (*sc. imagines B. Margareta*) summo venerabatur affectu ita, ut non solum vigilans, verum etiam et dormiens cum vivifice crucis signo circa se semper devotissime conservaret: *Vita Marg.* p.19.

**ut**

In tanta ... rerum omnium desperatione ac principum Christianorum vel discordia, vel negligentia, sedis etiam apostolicae vel paupertate, vel tarditate quid posset ... vestra maiestas melius suo ... nepoti consulere, quam ut iam tandem tentatis omnibus, quae tentari potuerunt, de salute regnorum suorum aliter cogitaret?: 1523 BROD. *Epist.* p.74.

**utcumque** (utcunque)

Utcunque est, quoniam iam illius sanctitas voluntati et iuribus suis satisfecit: 1523 BROD. *Epist.* p.75.

**utcumque** *adv.*

Circa Christi ortum in verbis istis primo notificatur oriendi tempus, secundo exprimitur utcumque nascendi modus: *Serm. Quinqu.* 11 (p.43).

**utensio, -nis f.**

Ratione conservationis et utensionis (solvere debent): *1414 Zsigm. oklt. IV,1663.*

[Kóta] 2015.2.16.

**uterinus, -a, -um**

Cuius pater carnalis Ungarorum illustris rex Wella quartus, avus rex Andreas tertius, ... frater vero uterinus rex Stephanus quintus extiterunt: *Vita Marg.* p.17.



**uterque, -aque, -umque**

Mihi in mentem venit te Augustino meo, regis Vladis(lai), sanctę utriusque memorię, a secretis in utraque fortuna probatissimo usum fuisse quam familiarissime: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

## **uterque, utraque, utrumque**

Quia Christianissimum regem ita durum atque obstinatum video in recuperando ac nostros in retinendo vel non cedendo ducatu Mediolani, ut facilius utraque pars quidvis subiret, quam in hoc alteri parti cederet: 1523 BROD. *Epist.* p.84.

## **uterque, utraque, utrumque**

Idem comes ... talem in litteris modum pro utilitate partis utriusque suam conferendi eleemosynam postulavit, ut *etc.*: 1248/XVIII CD Hung. IV/2 p.23.

**uterus, -i m.**

Cum descenderet ad incarnandum, venit ad corpus incoinquinatum, id est ad intemerate virginis uterum: *Serm. Qinqu.* 10 (p.42).

**uterus, -i m.**

Quod ipsa castissimo eius utero: *1476 Szapolyai  
oklt. p.143.*

**uterus, -i m.**

Quam cum adhuc mater sua regina gestaret in utero tempore Tartarice persecutionis: *Vita Marg.* p.17.

**utilis, -e**

Que pro vestro comodo et regni utilitate utilia videbuntur: 1491 SZAPOLYAI OKLT. p.198.

[Szebelédi] 2015.2.16.

## **utilis, -e**

Magno enim affectu et quasi ultra vires ieiunia et ceteras regulares observantias suique utiles ipsis (*sic ed. et ms., recte forsan: temporis*) occupationes conabatur observare (*sc. S.Margareta*): *Vita Marg.* p.19.



**utilitas, -atis f.**

Sperat habere aliquid utilitatis seu commodi vel  
maioris amicitie: Erdélyi, *Register* p.46.

**utilitas, -atis f.**

Ob temporis brevitatem et negotiorum pluralitatem, quibus pro regni huius nostri utilitate saepenumero implicitus existit (sc. episcopus): 1502 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.326.

**utilitas, -atis f.**

Cum nos ad facies predictorum quinque iugerorum terrarum ... permutatim traditorum ac etiam preceptorum decem iugerorum terrarum ... discretos viros ... concanonicos nostros ad prehabitorum qualitates, valores et utilitates contuendum et inspiciendum ... duxissemus transmittendos: *1380 Veszpr.okl.* II p.317.

**utilitas, -atis f.**

Quas (*sc. monetas*) pro utilitate regni nostri et partium eiusdem ex deliberatione praelatorum et baronum nostrorum cudi fecimus, prout sunt grossi, quorum viginti, et aliae monetae, quarum centum unum florenum auri faciunt: 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.279.

**utilitas, -atis f.**

Racione utilitatis iugiter in corde recolendum:  
*Serm. Quinqu. 24* (p.67).

**utilitas, -atis f.**

Idem comes ... talem in litteris modum pro utilitate partis utriusque suam conferendi eleemosynam postulavit, ut *etc.*: 1248/XVIII CD Hung. IV/2 p.23.

**utilitas, -atis** *f. plur.*

Quoniam sciencia necessaria est predicatori, ut illuminet vera docendo, ideo agentes de sciencia, primo, dicemus utilitates eius, quas operatur, secundo assignabimus dispositiones: *Serm. Quinqu.* 37 (p.88).

**utilitas, -atis** *f.*

Que pro vestro comodo et regni utilitate utilia videbuntur: 1491 SZAPOLYAI OKLT. p.198.

[Szebelédi] 2015.2.16.



**utinam** *coni.*

Utinam vestra maiestas cum ceteris principibus Christianis ... iniret aliquam rationem, ut ista, quae pro Christi religione defendenda instituta fuere, illuc potius converterentur: 1523 BROD. *Epist.* p.79.

**utinam** *coni.*

Utinam pro salute totius Christianitatis boni aliquid concludi posset: 1523 BROD. *Epist.* p.72.

**utor, -i, usus sum**

De ispis utantur: Dreska III,564.

[Szovák] 2015.2.16.

## **utor, uti, usus sum**

Cives ... exhibuerunt nobis literas ... nostras ... sigillo nostro secreto, quo ante coronationem nostram utebatur, consignatas: 1465 Zimmermann, *Urkb.* VI p.213.

## **utor, uti, usus sum**

Licet possessiones nostrae Kysdemeter et Radla vocatae in dominio et perpetuo comitatu nostro Bystriciensi subiectae hactenus terris earum divisim usi et gavisii fuerunt: 1453 Zimmermann, *Urkb.* V p.420.

## **utor, uti, usus sum**

Licet indigne ad decanatus officium positus sum,  
utor tamen ratione a Deo concessa mihi, ut scire  
possum, quid facere in hoc debeam officio: 1469  
Zimmermann, *Urkb.* VI p.399; cf. *DF* 244941.

**utor, uti, usus sum**

Scribimus pariter oratori nostro, ... ut consilio  
et patrocínio tuo uteretur istic in omnibus: 1525  
BROD. *Epist.* p.116.

## **utor, uti, usus sum**

Neque ulla ratione magis poterit vestra maiestas suam in me gratiam ostendere, quam si servitute mea quantulacunque uti fuerit dignata: 1525  
BROD. *Epist.* p.110.



**utor, uti, usus sum**

Ut verbis utamur eiusdem: *1248/XVIII CD Hung.*  
IV/2 p.23.

[Szovák] 2015.2.16.

**utor, uti, usus sum**

In quibus (*sc. rebus*) vestrae maiestati servire poterō et illa servitiis meis uti dignabitur: 1523 BROD.  
*Epist.* p.72.

## **utor, uti, usus sum**

Sumus ... vel deinceps hoc tenore caritatis usuri:  
1503 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.340. Iam has ob-  
signaveram, ubi mihi in mentem venit, te Augu-  
stino meo ... usum fuisse quam familiarissime:  
1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

## **utor, uti, usus sum**

In sede ... apostolica, vel quod sit mala Leonis pontificis administratione, quod multi queruntur, penitus exhausta, vel quod in excusationem suam hoc utatur praetextu, parvam admodum spem nobis esse ponendam: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**utrum** *interr.*

Utrum ex syderibus causetur diversitas morum et eventuum futurorum in hominibus? ... Repugnat hoc Christiane religioni, repugnat et sensui et etiam rationi: Szilády, *Temesvári* p.33.

**uva, -ae f.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... angina ... abest:  
BONF. *Symp.* III,444.

**uxor, -is f.** (oxor)

Quod ... Urbanus ... Annam puellam, filiam ... Georgii ... nondum adhuc septennem Francisco puero ... in octavo anno aetatis suae agentis ... in futuram sponsam et uxorem recepisset: 1486 Wenzel, *Dóczyak* p.14. Item oxori Byza ... quinque iugera seminata cum tritico et pratum ... recepisset: 1420 *Zsigm.oklt.* VII,1380.

**uxor, -oris f.**

Item uxori Byza ... quinque iugera seminata  
cum tritico et pratum ... recepisset: *1420 Zsigm.oklt.*  
VII,1380.



**uxor, uxoris** *f.*

Quod prefata uxor Bele, fundatrix dicti monasterii ... ad illud in pleno numero induxisset: Erdélyi, itRegister p.119.

[Hegy] 2015.2.16.

**vacantia, -ae f.**

Quatenus ob amoris (*sic ed., recte Df 228334: amorem*) nostri eidem Gregorio de aliqua vacantia providere velitis: *1423 Pozsonyi vizsály* p.253.

**vacatio, -onis f.**

Quod neque antea, neque in ista proxima ecclesiarum vacatione expleri non potuit: 1524 Theiner, *Mon.Slav.* I p.585.

**vacca, -ae f.**

Item eodem die emi unam vaccam ad allodium  
Sar fl<orens> 1 (p.d<enarii> 27: 1520 Nógrádi,  
*Kanizsai* II,89 (p.19).

## **vaccinus, -a, -um**

Quasdam litteras, ... Genetricis condam ... domini Mathie, regis Hungarie etc. in papiro scriptas, ... super donationibus et concessionibus linguarum bovinarum sive vaccinarum, supplicantes nobis iidem fratres minores: *1513 Szapolyai oklt.* p.337.

**vaco, -are**

Sed nunc sede vacante plura, quam alias, licent:  
*1523 BROD. Epist. p.79.*

[Monostori] 2015.2.16.

**vaco, -are**

Cum ... comperuimus, quod altare (*sic*) rectoratus vacare dinoscebatur: *1423 Pozsonyi vizály*  
p.253.

**vaco, -are**

Sum ei pro vestrae sanctitatis imperio de ecclesia  
in regno meo primitus vacatura omnino provisurus:  
1524 Theiner, *Mon.Slav.* I p.585.



**vacuitas, -atis f.**

Implecio convenit vacuis humilitate, que est sensus proprie vacuitatis: *Serm. Quinqu.* 16 (p.52).

**vacuum, -i n.**

Vacuum autem trahit ut spongia: *Serm. Quinqu.*  
16 (p.52).

**vacuus, -a, -um**

Ne ... milites ... castrum vacuum hostibus mox  
facile capiundum relinquerent: 1525 Theiner,  
*Vet.Mon.* II p.656.

**vacuus, -a, -um**

Vestrum ... nuntium ad ipsum pro hac re transmissum nullum bonum responsum eidem dando vacuum remisisset: 1468 Zimmermann, *Urkb.* VII p.366.

**vacuus, -a, -um**

Vacuum autem erat ut spongia et ventosa: *Serm. Quinqu. 3* (p.30).

**vacuus, -a, -um**

Quod Vgrinus et Lampertus ... quasdam terras castri Nitriensis ... nomine vacue terre et habitatoribus destitute ab ipso ... rege ... petivissent sibi dari: [1281], 1402 *Erd.Múz.* 1992 p.82.

**vacuus, -a, -um**

Implecio convenit vacuis humilitate, que est sensus proprie vacuitatis: *Serm. Quinqu.* 16 (p.52).

**vadium, -i m.**

(Pecora) pro vadio (abegit): 1413 *Zsigm. oklt.*  
IV,1341.

[Kóta] 2015.2.16.



**vadium, -i n.**

Extunc ipsi ... nullum birsagium sive vadium  
vulgo 'Schuczung' vocitatum recipere valeant:  
1469/1587 Zimmermann, *Urkb.* VI p.395.

## **vado, -ere**

Vestrae ... dominationi cupio legationem ...  
esse faustam felicemque et pacis publicae, pro qua  
vadit, impetratricem: 1525 BROD. *Epist.* p.113.

**vadus, -i/us? m.**

(Possessio) cum utraque parte fluvii Maros et vadus seu portus (possessa fuerunt): 1414 *Zsigm. oklt.* IV,2243.

## **vafer, -a, -um**

Qui dum vix dum ab ephebis excesserit, et aetatis lubrico et vafra quorundam veteratorum calliditate ac astu circumventus clandestine ad eos prolapsus, quos fratres minores vocitant: 1515 Theiner, *Mon.Slav.* I p.560.

## **vagio, -ire**

(*sc. Christus*) non fuit delicatus molli tractacione exteriori, cum non esset ei locus in diversorio, sed vagiret infans inter arta conditus presepia habens membra pannis involuta: *Serm. Quinqu. 12* (p.46).

## **vagor, -ari**

Quatenus amodo deinceps calumnia omni abiecta pecudes et pecora dictae villae nostrae ... in terris usualibus ... pacifice vagari et pasci permittatis: 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.278.

## **vagor, -ari**

Quoniam latius, quam ab initio constitueram, nostra vagata est oratio: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.261.

## **vagor, -ari**

Quoniam latius, quam ab initio constitueram, nostra vagata est oratio: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.261.



**vagus, -a, -um**

Codre, tuum serva hospitium, quo Codrior alter  
orbe vago non est; omnia solus habes: 1514 TAUR.  
*Epist.* 1 (p.129).

**vaivoda, -ae** *m.* (waywoda)

Habemus ... recens ex waywodis Moldavo et Transalpino aliisque exploratoribus nuntium destinasse Turcas omni genere apparatusum instructissimos ... regnum hoc nostrum Tartaris etiam in societatem belli adiunctis invadere: 1524 BROAD. *Epist.* p.86.

**vaivodatus, -us** *m.*

Quem scilicet saevissimi Turcae, crucis Christi persequutores ... dominio huiusmodi vaivodatus sui privare conabatur: 1430 Katona, *Hist.crit.* XII p.537.

**vaivodissa, -ae f.**

Dum domina vaivodissa ad castrum Kykellewar  
intraret: 1467 Zimmermann, *Urkb.* VI p.276.

**valde** *adv.*

Quod aliquando nullus frater ... ob hanc causam audivisset et sciret etiam valde fuisse diminuta servitia divina et monasterium desolatum: Erdélyi, *Register* p.55.

**valeo, -ere, valui, valiturus**

Postulamus a te, obstes, quominus id perficere valeant: 1525 BROD. *Epist.* p.109.

**valeo, -ere, valui, valiturus**

Vestram ... dominationem cupio optime valere:  
*1524 BROD. Epist. p.105.*

## **valeo, -ere**

Gratas et acceptas habere ac eas perpetuo valituras confirmare dignaremur: *1509 Szapolyai oklt.*  
p.300.



**valeo, -ere**

Quantum ad statum meum tantum valeo in ecclesia, sicut vos in statu vestro: *1425 Pozsonyi viszály*  
p.263.

[Szovák] 2015.2.16.

## **valeo, -ere**

Ecce, die altero in congressu belli oppido sagitta est vulneratus et pertimescens damnationem, combussit mox dictam chartam, expertus, quia mendacium est talia valere: Szilády, *Temesvári* p.32.

**valeo, -ere** *adv.*

Si idem vestras ad dominaciones secure pervenire  
ac ibidem in medio vestri sibi percunctari valeat:  
*1465–71* Neumann, *Korlátköviek* p.180.

[Szovák] 2015.2.16.

## **valeo, -ere**

Etiam vehementer etiamque valeas et Aegidio supradicto Augustini epistolas huiusmodi tradas: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.175).

**valido, -onis f.**

Validone aut mediocri sit apparatus: *1516 Szapolyai oklt.* p.378.

## **validus, -a, -um**

Habemus ex litteris comitis ... bassam sive zanzacum Boznae iam p<r>aemisisse non parum (*sic ed., recte: parvum*) peditum numerum ad obsidendum Clyzium, subsecuturum ipsum quoque brevi cum valido equitatu: 1524 BROD. *Epist.* p.89.

**valisium, -ii n.** *'latinul'* : *körülírva* — *magyarul*  
per te vel tuos deferendis arnesiis, valiis ac ce-  
teris quibuslibet bonis ac rebus libere transire  
(scil. permittant Onofferum de Florentia): 1413  
*Zsigm.oklt.* IV,1.

**vallis, -is** *f.* (valis)

(Scil. de metis) ad quandam valem (!) descendendo: *1413 Zsigm.oklt.* IV,1013.



## **vallo, -are**

Demum in fine ... cum littera imperiali auctoritate confecta et autenticorum testium solempni vallata testimonio, ... non solum illius durissime captivitatis nexibus solutus, verum etiam illius cruentissime secte diabolica infectione absolutus liber exivi: GEORG. HUNG. *Tract.* p.410.

**valor, -oris m.**

Cum nos ad facies predictorum quinque iugerorum terrarum ... permutatim traditorum ac etiam preceptorum decem iugerorum terrarum ... discretos viros ... concanonicos nostros ad prehabitorum qualitates, valores et utilitates con-  
tuendum et inspiciendum ... duxissemus trans-  
mittendos: *1380 Veszpr.okl.* II p.317.

**valor, -oris** *m.*

Ad generalia interrogatus respondit in bonis temporalibus se habere ad valorem quadraginta florenorum et ultra secundum estimationem suam: Erdélyi, *Register* p.111.

**valor, -oris m.**

Vitam gratie perficit, quia est forma et perfectio,  
decor et valor omnium aliarum virtutum et operationum: *Serm. Quinqu.* 18 (p.56).

**valor, -oris** *m.*

Interrogatus respondit se habere triginta annos  
vel ultra, et habere bona ad valorem decem floren-  
norum: Erdélyi, *Register* p.85.

[Hegyí] 2015.2.16.

**valvae, -arum f.**

Sin autem per affixionem presentium nostrarum litterarum citatoriarum ad valvas monasteriorum et ecclesiarum ac aliis locis publicis, in et sub quibus iidem citandi degere et commorari creduntur: Erdélyi, *Register* p.15.

**vaniloquium, -ii n.**

Vaniloquium est etiam otiosa verba ex ore proferre: PAUL. HUNG. *Penit.* p.206.

**vanitas, -atis f.**

Que (*sc. B.Margareta*) ... paucis contenta verbis  
... vocabula etiam iactantiam vel vanitatem so-  
nantia omnino respuebat: *Vita Marg.* p.18–19.



**vanum, -i n.**

Ex quo gemtes nostre in vanum iacuerunt: 1465  
*Szapolyai oklt.* p.109.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**variatio, -onis f.**

Praenotata signa metalia ... suo modo et effective demonstrari et temporis propter vetustatem et rerum mutabilem factam variationem per eosdem magistros ... reperiri non potuissent: 1524 Katona, *Hist.crit.* XIX p.469.

**variatio, -onis f.**

praenotata signa metalia ... suo modo et effective demonstrari et temporis propter vetustatem et rerum mutabilem factam variationem per eosdem magistros ... reperiri non potuissent: 1524 Katona, *Hist.crit.* XIX p.469.

## **variegatus, -a, -um**

Supra scutum est galea suo colore depicta, e vertice autem galeae utrimque flosculi variegati dependent, qui veluti flatu aliquo agitati varie in se crispantur reflectunturque: 1504 Katona, *Hist.crit.* XVIII p.358.

## **vario, -are**

Notarius ... fatebatur ... se ... nec aliquid addidisse, nec quitquam ex eo (*sc. testamento*) penitus diminuisse, variasse: 1463 Zimmermann, *Urbk.* VI p.155.

**vario, -are**

Idem decanatus ... praedictam consuetudinem cupit et vult variari seu permutari: 1453 Zimmermann, *Urkb.* V p.422.

## **variolinus, -a, -um**

Licet ... racione ... rerum ... mobilium cum eadem quondam domina Anna tempore desponsationis et traductionis eiusdem datarum et assignatarum, puta ... duarum vittarum muliebrium gemmis ornatarum, ... trium subarum ex athlasio aureo, unius sabellinis, alterius variolinis et tercię hermellinis pellibus subducatrum ... quedam causa in curia nostra regia ... mota

fuisset: 1526 *Arch.Majtényi* p.560; *Dl* 73 240.

[Szovák] 2015.2.16.



**variolinus, -a, -um**

Item subam variolinam albam, quam porto, lego  
confessori meo, plebano de Kertweles: *1515 MTT*  
XI p.134.

## **variolus, -a, -um**

Franciscus ... episcopus ... Petro Tharnock florenos ducentos, vestem unam pavonacei coloris subductam pellibus variolis legavit: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.28; *Dl 89199*; cf. *ibid.* p. 30: Item Stephano plebano de Ygen legavit florenos viginti ... et vestem nigram pellibus ventrinis variolorum subductam.

## **variolus, -a, -um**

Franciscus ... episcopus ... Petro Tharnock florenos ducentos, vestem unam pavonacei coloris subductam pellibus variolis legavit: 1524 Bunyitay, *Gyulafehérvár* p.28. = *Dl 89199.*; cf. *ibid.* p. 30: Item Stephano plebano de Ygen legavit florenos viginti ... et vestem nigram pellibus ventrinis variolorum subductam.

**varix, -icis** *m.*

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... abest, ut ... va-  
rix: BONE. *Symp.* III,446.

**varus, -i m.**

Quin etiam singula membra propriae infestant  
egritudines: caput caphelea, ... abest, ut ... va-  
ri: BONF. *Symp.* III,446.

**vas, -is n.**

Item sabato ... incepit dominus magnificus bibere de uno vase vini: 1520 Nógrádi, *Kanizsai* II,254 (p.28).

**vasallus, -i m.**

Et si est colonus, iobagio seu vasallus dicti domini Petri patroni, aut illum sub magna reverentia et timore observet: Erdélyi, *Register* p.46.

**vasallus, -i m.**

Non est vasallus domini Petri Erdedi: Erdélyi, *Register* p.135.

[Hegyí] 2015.2.16.



**vasculum, -i n.**

Item de Solton portatum est parvum vasculum vini 1: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* III,431 (p.81).

**vastitas, -atis** *f.*

Ut domus ipsa sive monasterium, nisi aliter illi de aliis vite melioris religiosi ibidem auctoritate apostolica provisum extitisset, in summam et extremam vastitatem redactum fuisset: Erdélyi, *Register* p.28.

**vastitas, -atis f.**

Et ecclesiarum Dei plerisque in locis vastitas et  
ruina testatur: *1511 Szapolyai oklt.* p.325.

**vectigal, -is n.**

Necnon exactoribus vectigalium regalium salutem et favorem: *1478 Szapolyai oklt.* p.145.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**vector, -oris** *m.*

Item eodem die vectoribus Petro et Iacobo dedi  
in sortem servitiis suis fl<oreni> 2: 1520 Nógrádi,  
*Kanizsai* II,369 (p.35).

**vector, -oris** *m.*

Item eodem die consorti Petri vectoris, ut nutriet  
puerum Kathiche, d<enarii> 50: 1521 Nógrádi,  
*Kanizsai* IV,580 137).

**vector, -oris** *m.*

Iacobo vectori, qui fert triticum ad molendinum,  
pro subsolatione calcii dedi d<enarios> 12: 1520  
Nógrádi, *Kanizsai* 16 (p.14).

**vector, -oris** *m.*

Item Philippo, vectori meo lego unum florenum  
auri: 1477 Neumann, *Korlátköviek* p.181.



**vector, -oris** *m.*

Ut velitis comittere ad partes Tycie, ut in via in  
ductione per vectores fiant auxilia et sequantur:  
1515 Horváth–Neumann–Pálosfalvi–C. Tóth, *Le-  
velesláda* p.100.

## **vehemens, -entis**

Quia idem ... propter eius festinum decessum et vehementem super donatione ipsius sessionis litteras emanari facere nequiverat: *1343 Mészáros, Visegrád* p.109; *CD Zichy XII* p.12–15.

**vehemens, -entis**

Lampas enim fuit Christus, positus in candelabro crucis et accensus vehementi igne passionis:  
*Serm. Quinqu. 8* (p.38).

## **vehemens, -entis**

In quibus *litteris* scribebatur ... regem Galliae undique ab Hispanis, Anglis, Germanis ... vehementissime premi: 1523 BROD. *Epist.* p.79.

## **vehemens, -entis**

Cumque aliquantulum a ripa processisset, ecce vehemens turbo et tempestas mox exorta est in aere et aquis adeo, quod navis cepit periclitari:  
Szilády, *Temesvári* p.6.

**vehementer** *adv.*

Etiam vehementer etiamque valeas et Aegidio supradicto Augustini epistolas huiusmodi tradas: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.175). Hoc te vehementer iterum atque iterum rogo: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

**vehementer** *adv.*

Gallos affirmant Novariae a caesarianis obsideri  
et ad exeundum ex Italia vehementer urgeri: 1524  
BROD. *Epist.* p.96.

**vehementer** *adv.*

Item ponit, quod iidem fratres ... mulierculas huiusmodi suspectas ad monasterium ipsum et ad refectorium contra normam discipline monastice introducebant, et cum illis conversabantur, propter quod Christifideles vehementer scandalizabantur: Erdélyi, *Register* p.28.



**vehementer** *adv.*

Vehementer dicit se admiratum fuisse (*sc. testis*):  
Erdélyi, itRegister p.116.

**vehementer** *adv.*

Pontifex in facto pacis inter caesarem et Christianissimum regem faciendae vehementissime laborat: 1525 BROAD. *Epist.* p.110.

**vehiculus, -i m.**

His enim diebus tres vehiculos oneratos ordeis  
et siligine ... per tributarios ibidem constitutos  
aufferri fecisses: 1502 Wenzel, *Dóczyak* p.52.

**veka, -ae f.**

Item eodem die unam vekam emi d<enarii> 5:  
1521 Nógrádi, *Kanizsai* IV,420 131).

**velut** (velud)

Velud id fidelitates vestre aperte cognoscunt: *1500*  
*Szapolyai oklt.* p.261.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**velutum, -i n.**

Velutum de carmasino rubeo et figurato pro una giploide d<ominationi> v<estre> transmisi et licet sit satis exiguum et parum minusculum, tamen spero vos benignitate vestra gratanter accepturos: 1449 TSz 1929 p.134; *Dl* 80935.

**vena, -ae f.**

Dehinc tendendo directe ad plagam meridionalem pervenissent ad quandam venam aquae Bella dictam: 1364/XVII Keglevich, *Garamsztb.* p.135; *cf. ibid.* p.136: iuxta quandam venam aquae Jestrebe dictam ventum est ad montem Ozelne.

**venalis, -e**

Ne huiusmodi misera anima pro suis venalibus et mortiferis excessibus in condemnationem deducatur et in eterno igne puniatur: 1343 Mészáros, *Visegrád* p.111; cf. *CD Zichy XII* p.15–16.



**venalis, -e**

Quomodo omnes mercatores mercantias exercentes atque ceteri rebus venalibus qui utuntur:  
*1463 Szapolyai oklt. p.75.*

[Szebelédi] 2015.2.16.

## **venalis, -e**

Concives nostros ... singulos singulatim avisan-  
tes tocius civitatis nostre communitatis voluntate  
terram fossati venalem plane explicavimus: *1511*  
*/1521 Entz, Kolozsvár p.150; Df 277780.*

**venalis, -e**

Cum religiosus frater, Gaspar Sculteti, prior conventus ordinis predicatorum cum fratribus unā intellexisset, fossatum veteris castri scilicet venale vicinosque concives ab empcione supersedissee: 1511/1521 Entz, *Kolozsvár* p.150; *Df* 277780.

## **venaliti<sup>u</sup>s, -a, -um**

Quinam isti sunt, qui tantum sibi vindicant? ...  
Nempe ... venalitii servi, homines molles et languidi, Asiatico luxu ac illecebris effeminati?: 1521  
Katona, *Hist.crit.* XIX p.254.

## **venalitius, -a, -um**

Quinam isti sunt, qui tantum sibi vindicant? ...  
Nempe ... venalitii servi, homines molles et languidi, Asiatico luxu ac illecebris effeminati?: 1521  
Katona, *Hist.crit.* XIX p.254.

**venator, -oris** *m.*

Item eodem die misi venatores ad silvam Ablanch, expensas dedi d<enarios> 15: 1521 Nógrádi, *Kanizsai* II,836 (p.57).

## **vendico, -are**

Quod si, ut ex priscis rerum gestarum annalibus pontificiisque monumentis liquido constat, nonnulli sanctitatis vestrae predecessores quosdam non puberes, sed integrae ac maturioris etatis, non errore lapsos, sed diuturno consilio firmatos, non alieno suasu, sed suae voluntatis impulsu, nec primo tyrocinio, sed post emeritam in religione miliciam ab his tamen compedibus solutos

in pristinam libertatem publicae utilitatis provin-  
ciarumque tutandarum gratia vendicarunt: 1515  
Theiner, *Mon.Slav.* I p.561.



**venditio, -onis *f.***

Supplicatur maiestati vestrae in personis fidelium eiusdem ... in eo humillime, quatenus dignetur maiestas vestra ... fassioni et perpetuae venditioni ... gratum praebere consensum: 1524 BROD. *Epist.* p.105–106.

## **vendo, -ere**

Quod ... iidem ... habita predicta quantitate pecunie prelibatam domum nobis ... vendere, remittere et resignare debebunt: *1360 Mészáros, Visegrád* p.126.

## **vendo, -ere**

Quod domina relictā ... quendam fundum curie  
... vendere et alienare intenderet: 1358 Mészáros,  
*Visegrád* p.122.

**veneficia, -ae f.**

In epistola ad galathas que sunt manifesta fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, avaritiam ydolorum servitus veneficia inimicitie: PAUL. HUNG. *Penit.* p.200.

**veneno, -are**

Et patiemini ... tantis opibus, tantis viribus praediti cruentam hanc venenatamque pestem latius serpere?: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.254.

**veneno, -are**

et patiemini ... tantis opibus, tantis viribus praediti cruentam hanc venenatamque pestem latius serpere?: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.254.

**venerabilis, -e**

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Erdélyi, *Register* p.30.

[Hegy] 2015.2.16.

**venerabilis, -e**

Ad quam *haeresim* retundendam magno nobis ex usu sunt ipsi fratres conventuales, praesertim venerabilis Marcus a Turri commissarius et provincialis regni nostri: 1525 BROD. *Epist.* p.109.



**venerabilis, -e**

Ut ... universis Christianis venerabiles futuri  
estis: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.261.

[Szovák] 2015.2.16.

## **venerabilis, -e**

Non est ... dubium, quin eodem tempore et eodem suo facto extimacionem etiam atque auctoritatem suam ac Sedis Apostolicae redditura sit (sc. Sanctitas vestra) apud has rationes et venerabilior et augustior (ed. Mendose: augustionem):  
*1525 Theiner, Mon.Slav. I p.588.*

**venerabilis, -e**

ut ... universis Christianis venerabiles futuri  
estis: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.261.

**venerabilitas, -atis f.**

Symon, rector altaris ... vestrae venerabilitatis  
exorator assiduus: 1460/XV Zimmermann, *Urkb.*  
VI p.87 = Koller, *Hist. Quinqu.* IV p.297—298.

**venerabilitas, -atis f.**

Dignentur vero vestre venerabiles talia diligentius pensare: *1425 Pozsonyi vizály* p.262.

**veneratio, -onis f.**

Veneratio est virtus, qua reverentiam exhibemus maioribus in corporis umiliatione, gestu, et miti verborum emissionem: PAUL. HUNG. *Penit.* p.212.

**veneratio, -onis** *f.*

Debitum vero nostrum ad puerum natum comprehenditur in tribus, scilicet in dilectione, compassione et veneracione: *Serm. Quinqu.* 10 (p.42).

**venereus, -a, -um**

Quod predicti fratres ... in ecclesia eorum habuissent rem et actum venereum cum pravis mulieribus: Erdélyi, *Register* p.147.

[Hegyí] 2015.2.16.



**veneror, -ari**

Quas (*sc. imagines B. Margareta*) summo venerabatur affectu: *Vita Marg.* p.19.

**veneror, -ari**

Quam (*sc. dominationem vestram*) dispeream, si  
non ex toto corde et amo, et observo, et veneror:  
1525 BROD. *Epist.* p.114.

## **veneror, -ari**

Pro quo maiores, quas possum, ago et habeo gratias nomini numinique Sanctitatis vestrae colamque et venerabor illam, ut patrem clementissimum perpetuo.: 1526 Theiner, *Mon.Slav.* I p.590.

## **venialis, -e**

Contra culpam originalem principalem datur baptismus, contra actuaalem mortalem penitencia, contra venialem extrema unccio: *Serm. Quinqu.* 29 (p.76).

**venio, -ire, veni, ventus**

Quae nova venerunt ex Constantinopoli et habentur pro certissimis: 1524 BROD. *Epist.* p.97.

## **venio, -ire, veni, ventus**

Quod si neque de pace sive induciis, neque de  
sufficienti subsidio spem aliquam superesse ma-  
iestates vestrae viderent, veniendum esset omni-  
no ad illum extremum, de quo superius scripsi:  
*1523 BROAD. Epist. p.74.*

**venio, -ire, veni, ventus**

Et quidem de his ac de negotio Barensi hactenus.  
Venio ad alia: 1525 BROD. *Epist.* p.118.

[Monostori] 2015.2.16.

## **venio, -ire, veni, ventus**

Nunc vero non ita, neque aliam causam affert, nisi litteras et mandata ... regis serius, quam oportebat, venisse: 1525 BROD. *Epist.* p.118.



**venio, -ire**

Quos iam pridem venire sub hasta aut mactari oportuit: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.254.

**venio, -ire**

Venit in mentem antemurale castris veteris eius-  
que fossatum: 1511/1521 Entz, *Kolozsvár* p.150;  
*Df 277780.*

## **venio, -ire**

Magno enim affectu et quasi ultra vires ieiunia et ceteras regulares observantias suique utiles ipsis (*sic ed. et ms., recte forsitan: temporis*) occupationes conabatur observare (*sc. S.Margareta*), propter quod et sepe ad magnos sui corporis defectus veniebat: *Vita Marg.* p.19.

## **venio, -ire**

Graecanicus ille, versiculis nostro quidem Marte, dum Italia haberemus, in hunc modum interpretatus: «>All' <'octis >alite=in dun'amenos o>u bo'uletai; fortior ille quidem, qui miser esse potest», in mentem venerat: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

## **venio, -ire**

Quos iam pridem venire sub hasta aut mactari oportuit: 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.254. Iam has obsignaveram, ubi mihi in mentem venit, te Augustino meo ... usum fuisse quam familiarissime: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174). Credo illum ipsum, qua iam pridem venerat, pulchram Viam paulo nummatiore propediem repetiturum: 1514 TAUR. *Epist.* 1 (p.129).

**venter, -tris m.**

Benedic<cionibus> uberum et vulvarum, in maris et femine coniunccione, que in vulva, id est in ventre concipiunt: *Serm. Quinqu.* 26 (p.69).

**venter, -tris m.**

Quod magis ventri et gule indulgebant: Erdélyi,  
*Register* p.137.

[Hegy] 2015.2.16.

**ventilabrum, -i n.**

Ventillabrum manuale cusini de cute: 1521 Entz,  
*Gyulafehérvár* p.186. = *Dl* 82577.

[Szovák] 2015.2.16.



**ventilabrum, -i n.**

A qua corona veluti radii solares seu virgulae, solis iubar splendide multiplicatum ex utraque parte ipsius galeae sursum deorsumque et supra galeam similes ad modum radiorum solarium cum ventilabris banderiae et pictura antiquorum armorum desuper radiis coruscare egredi et diffundi videntur: 1416 Katona, *Hist.crit.* XII p.246.

## **ventilare**

Quamvis quedam causa et litis materia inter nobiles viros, ... ratione quarundam possessionum et portium possessionarium in possessionibus Rozalya, Lonka, Polyana et Dolha habitarum ... coram nobis diutius mota et ventilata foret: 1466 *Szapolyai oklt.* p.117.

**ventillabrum, -i n.**

Ventillabrum manuale cusini de cute: 1521 Entz,  
*Gyulafehérvár* p.186; *Dl* 82577.

## **ventillo, -are**

Nos in quadam causa in facto cuiusdam vinee religiosorum fratrum heremitarum ordinis Sancti Pauli primi heremite de Chatka ... inter ipsos fratres heremitas ac honestam dominam ... relictam ... coram religioso fratre Michaele custode dicte ecclesie Sancti Martini alias mota et ventilata ... novum iudicium concessimus: 1497 Horváth, *Pótlások* p.176.

**ventilo, -are**

Cardinales tres, quibus cognitio huius causae demandata fuerat, fere quotidie per multas horas hanc rem in arce ventilant: 1523 BROD. *Epist.* p.73.

**ventosus, -a, -um**

Vacuum autem erat ut spongia et ventosa: *Serm. Quinqu. 3* (p.30).

**ventrinus, -a, -um**

Item Stephano plebano de Ygen legavit florenos viginti ... et vestem nigram pellibus ventrinis variolorum subductam: 1524 Bunyitay, *Gyulafehervár* p.30; *Dl 89199*.

**ventrinus, -a, -um**

Item Stephano plebano de Ygen legavit florenos viginti ... et vestem nigram pellibus ventrinis variolorum subductam: 1524 Bunyitay, *Gyulafehervár* p.30. = DL 89199.



**ventus, -i m.**

Tempore nocturno, dum ventus magnus et horribilis affuisset: *1375 Mon.civ.Zagr. I p.246.*

**ventus, -i m.**

Tempore nocturno, dum ventus magnus et horribilis affuisset: *1375 Mon.civ.Zagr. I p.246.*

**venundatio, -onis f.**

Quod non debeant (*sc. artifices*) eadem (*sc. vasa*)  
ad venundationem ad sedes Cibiniensem ... et  
Bros ausi esse deducere: 1468 Zimmermann, *Ur-  
kb.* VI p.350.

**Venus, -eris f.**

Matres familias maritis praesentibus misereque spectare coactis ad nefandissimam Venerem verberibus cogunt (*sc. Turci*): 1521 Katona, *Hist.crit.* XIX p.248.

**venustas, -atis f.**

quum corde revolveret virum tanta morum venustate virtuosum et in actibus strenuum in flore iuventutis inopinatae mortis voragine repente sublatum ex medio mundanorum: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.146.

**venustas, -atis f.**

Quum corde revolveret virum tanta morum venustate virtuosum et in actibus strenuum in flore iuventutis inopinatae mortis voragine repente sublatum ex medio mundanorum: 1412 Katona, *Hist.crit.* XII p.146.

**vepres, -is f.**

Si iidem magister aut sui vepres expurgando in ipsa terra pratum ordinarent: 1387 Keglevich, *Garamsztb.* p.225.

**ver, -is n.**

Item singuli colonorum in vere seminant cum semine domini iugera duo: *1524 SMM 1981 p.34.*



**ver, veris** *n.*

Ne futuro vere a potentissimo hoste ... penitus  
opprimar et degluciar: 1524 Theiner, *Mon.Slav.* I  
p.584.

**ver, veris n.**

Quid rebus sic stantibus in ver futurum sit, futurum de nobis, Deus novit: 1524 BROD. *Epist.* p.101.

**ver, veris n.**

Qui *oratores* agerent apud omnes principes ...  
pro subsidio competenti ab omnibus regibus et a  
sede apostolica pro proximo vere vestris maiesta-  
tibus suppeditando: 1523 BROD. *Epist.* p.74.

**veraciter** *adv.*

Nisi misterio sancte Trinitatis veraciter sit imbutus et per characteris impressionem substantialiter ei informatus: GEORG. HUNG. *Tract.* p.390.

**veraciter** *adv.*

Testis interrogatus respondit se audivisse et veraciter intellexisse ab incolis oppidi Kermend: Erdélyi, itRegister p.114.

[Hegyí] 2015.2.16.

**veraciter** *adv.*

Qui veraciter et effective resciant: *1516 Szapolyai*  
*oklt. p.379.*

[Szebelédi] 2015.2.16.

## **verax**

Dicitur quis verax vel fallax. Potest quis ergo esse verax et verus si verum dicit et verum esse intendit. alioquin est aliquis verus: PAUL. HUNG. *Penit.* p.205.

**verbalis, -e**

Cuius quidem articuli continentia verbalis haec  
est *etc.*: 1524 Katona, *Hist.crit.* XIX p.466.



**verbalis, -e**

Cuius quidem articuli continentia verbalis haec est (etc.): 1524 Katona, *Hist.crit.* XIX p.466.

**verbalis, -e**

Quatenus illis verbalem tuam correptionem impertias: 1516 TAUR. *Epist.* 2 (p.174).

[Szovák] 2015.2.16.

**verber, -eris** *n.*

Ut plerumque in dicto oppido et villis cum rusticis in tabernis symposia et ebrietates necnon rixas, iurgia et contentiones usque ad verbera et sanguinis effusionem aliaque malorum genera cum maximo, non solum religiosorum, verum etiam totius cleri et multorum Christifidelium scandalo exercerent: Erdélyi, *Register* p.28.

**verber, -is** *n.*

Qui etiam Iohannes Elberbok aliquando ad visum et auditum testis comminatus fuisset ipsis fratribus verbera et alias penas, nisi ad meliorem vitam ... se reducerent: Erdélyi, itRegister p.126.

**verberatio, -onis f.**

Nescit tamen, si venissent ad contentiones et verberationes: Erdélyi, *Register* p.82.

## **verbero, -are**

Quod Iohannes ... quendam iobagionem ipsorum ... in proprio suo agro arantem ... crudeliter verberasset: 1373 Keglevich, *Garamsztb.* p.184.

## **verbero, -are**

Ladislaus ... missis suis famulis ... iobagionem  
... captum ... cum tribus baculis pariter et bi-  
cellis verberassent semivivum reli<n>quendo:  
*1370 Keglevich, Garamsztb. p.173.*

## **verbero, -are**

Quod dicti fratres ... in dicto monasterio constituti se vicissim verberassent: Erdélyi, *Register* p.58.



**verbero, -are f.**

Quod Stephanus ... villicum ... affugasset et ... quendam alium iobagionem suum ... securem eiusdem auferendo eundem dire et immaniter verberasset: 1378 Keglevich, *Garamsztb.* p.198.

## **verbosus, -a, -um**

Omnibus hiis curandum est, ut ... non sint verbosi, sed linguam restringant.: GREG. GYÖNGY. *Epit.* XXVIII (p.53<sup>v</sup>).

**verbotenus, -i m.**

Ac si presentibus omnes tenores earum verbotenus de verbo ad verbum inserta et conscripta forent: *1509 Szapolyai oklt.* p.300.

**verbum, -i n.**

Literas testamentales ... secundum illud legis,  
quod in ore duorum vel trium stet omne verbum,  
quo ad omnes suas ... continentias ... accepta-  
mus : 1463 Zimmermann, *Urkb.* VI p.155.

**verbum, -i n.**

Quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra ad prosequendum et pertractandum causam predictam ... libellum seu libellos et quascunque alias petitiones verbo vel in scriptis dandum: Erdélyi, *Register* p.42.

**verbum, -i** *n. theol.: Iesus Christus — Jézus Krisztus*

Nos utcumque in Verbo credimus: *Serm. Quinqu.*  
15 (p.50).

**verbum, -i n.**

De verbo ad verbum insertas (*sc. litteras*) accepimus: *1513 Szapolyai oklt.* p.337.

[Szebelédi] 2015.2.16.

**verbum, -i n.**

Dicatis ... et committatis eisdem verbo nostro regio, ... ut *etc.*: 1497 Horváth, *Pótlások* p.176.



**verbum, -i n.**

Ut verbis utamur eiusdem: *1248/XVIII CD Hung.*  
IV/2 p.23.

[Szovák] 2015.2.16.

**verbum, -i n.**

Nescio autem, quibus verbis vestrae maiestati gratias agam: 1525 BROD. *Epist.* p.110.

[Monostori] 2015.2.16.

**verbum, -i n.**

